




**Refutatio defensionis assertionum Iesuiticarum de Ecclesia
Christi hoc anno aeditae. : in qua praecipua Religionis
Pontificiae capita refelluntur.**

<https://hdl.handle.net/1874/427266>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

J. HEERBRANDI
de Mutatis defensionis
Assertionum Jesuiticarum
Lc.


Rariora

**E. qu
276**










Rariora


**E. qu
276**





mag.


276

UNIVERSITY OF
TORONTO









Refutatio
DEFENSIONIS
ASSERTIONVM IE-

suiticarum de Ecclesia Christi,

hoc anno æditæ. *H. G. in Blyssum T. J. J. J.*

*In qua præcipua Religionis Pontificiæ ca-
pita refelluntur.*

Authore.

IACOBO HEERBRANDO DOCTORE

& Professore Theologiæ in Academia
Tubingensi.



TUBINGÆ.

Excudebat Georgius Gruppenbachius,
Anno 1577.



*Ex donatione Hub. a
Muesel.*

Retarlio

DEFENSIONIS

ASSERTIONVM

Institutione de Eccl[esi]a Christi

h[ab]it[ati]o[n]e[m] h[ab]it[ati]o[n]e[m]

Insuperioribus & inferioribus

h[ab]it[ati]o[n]e[m]

h[ab]it[ati]o[n]e[m]

JACOBO BERTHOLOMEO DOCTORE

h[ab]it[ati]o[n]e[m]

h[ab]it[ati]o[n]e[m]



TRIPLEX

h[ab]it[ati]o[n]e[m]

Handwritten signature or text at the bottom left of the page, possibly including a name and a date.

GENEROSIS,
ET MAGNIFICIS,
PIETATE, VIRTUTE, SA-
pientia conspicuis viris; Dominis Præsilibus
Prouincialibus, totiq; Ordini Nobilium
Illustris Styriæ Ducatus laudatissi-
mo, Dominis suis officiosè
colendis.

S.



Hyssing
ANTE biennium, & amplius, Iesuita qui-
dam Gratzij in Styria, Disputationem adi-
dit, cui titulum fecit, de vna sancta Catholi-
ca Christi Ecclesia: in qua præter multa ab-
surda & impia, quæ in ea continentur, se,
suosq; complices, agnoscentes Rom. Pontifi-
cem vniuersalis Ecclesiæ Episcopum, eiusq; decreta amplecten-
tes, solos pro Christi Catholica & vera Ecclesia, vendit at: Nos
verò non solum ab ea excludit, sed Schismaticos, & Hæreticos
pronunciat, multisq; alijs onerat ac proscindit conuictijs. Hanc
ego statim, postquam in manus meas peruenit, ne crimina hæc
agnoscere, & silentio nostro, quasi malè nobis in tota causa con-
scij, (arx enim hæc est, & caput causæ) probare videremur,
opposita alia, eodem titulo, & anno, mense Maio, solidis ac fir-
mis Scripturæ sacræ, & Patrum etiam testimonijs, per Dei
gratiam refutavi.

Inter ea non conquieuit aduersarius, sed prolixam suæ il-
lius

PRÆFATIO.

lius Disputationis defensionem, mea verò Refutationem, in qua omnia à me, quantumuis rectè & benè dicta, calumniatur, deprauat, peruertit, pueriliter etiam in rebus serijs ludit & sophisticatur, parauit, quæ hoc anno demum in lucem prodijt: vbi magno conatu, & omnibus viribus, multas magnas non nugas tantùm extruxit; verumetiam impietates, adeoq; blasphemias, contra nostram veram & synceram Religionis doctrinam, & sacrosanctam ipsam Spiritus sancti scripturam, quam more suorum, multis & magnis proscindit conuitijs, euomuit, obscuritatis & imperfectionis eam arguens: contra verò, traditionum humanarum, quas omnes specioso ornat titulo, Apostolicas vocitans, & Romani Pontificis auctoritatem amplificat, vt in progressu demonstrabitur. Verissima igitur sunt illa, quibus præfationem

» suam orditur Iesuita, de Dracone magno, & ruffo, eiusq; ministris, quòd seducere, & scandalizare soleant pusillos in Christum

» credentes, bona omnia instar aranearum corrumpendo, officia patris sui Diaboli perficiendo, zizania in agro Domini superseminando, quorum sermo sicut cancer serpat. Et quæ in hanc sententiam ex Hilario & Ignatio, de impostorum calliditate & astutia, prolixè in loco cõmuni recitat. Sed in nullos quadrant Hæreticos aptius, quàm in iuratos Iesu Christi, verbiq; eius hostes, nouam Iesuitarum sectam. Quamprimùm enim serè post horrendos, diuturnos, Pontificios, ac crassos errores, tenebrasq; plusquàm cimmerias, lux verbi Dei, immensa ipsius bonitate nobis illuxit, statim Draco ille magnus factum parturire cœpit nouissimum, Iesuitas dico, qui & seculorum aliquot veterinosos, turpissimos, ac perniciosissimos, luce meridiana manifestiores errores, claritate doctrina cœlestis, hoc nostro seculo, ingenti Dei beneficio, immensaq; bonitate detectos, palliare, regere, verborum lenocinijs inuoluere, rhetoricisq; coloribus pingere, maxime

PRAEFATIO.

ximè autem augustissimo titulo & praetextu Catholicae Ecclesiae, caeperunt. Quo potissimum colore crassissimos quosvis Antichristianos errores, tegere, & defendere: Sacrosanctae Scripturae, atque Ecclesiae Dei verae Catholicae omnium temporum, hinc à mundo condito conseruatam & propagatam doctrinam, verbum Dei, erroris, & haereseos maliciose & fraudulenter damnare, omnibus modis hactenus, sicut & hic meus antagonista, sategerunt

Non autem fortuito casu accidit, quòd Romani Pontificis satellites, plerumque Libros suos & Disputationes, non à verbo Dei, aut Scripturae sacrae, quae meritò praeponi debebat, sed à Loco de Ecclesia ordiuntur: certo enim quodam, & suo id faciunt consilio, ut videlicet, non Ecclesia à Scriptura sacra, sed haec ab illa auctoritatem suam habere, atque ab eadem dependere videatur. Nec stultè sapiunt. Hac enim auctoritate, & licentia ipsorum Ecclesia munita, omnes ipsorum, quantumuis enormes, & palpabiles errores, contra verbi Dei accusationem & condemnationem stabilientur. Cumque, se propter loci successionem in Ecclesia possessione vel quasi esse gloriantur: iam hoc compendio omnia ipsorum dogmata, decreta, traditiones, cultus, summa, quicquid habet, & agit Romana Ecclesia, etiam nulla reddita ratione, pro Spiritus sancti oraculis, ab omnibus agnoscenda & adoranda proponuntur. Quid enim quaeris aliud? Ecclesia ita sentit, haec obseruat, & tradit: Ne quaeras causam aliam, sed tanquam filius obediens in gremio illius acquiescas.

Hic iam nemo amplius contra hiscere audeat. Statim enim venerabile nomen Matris Ecclesiae opponitur, cui contradicere est piaculum.

Sic olim quoque Pontifices & Sacerdotes, contra Hieremiam Prophetam Domini fortiter vociferabantur, Templum Domini,

PRÆFATIO.

ni, Templum Domini, Templum Domini. Non peribit lex à Sacerdote, neq; consilium à sapiente, nec sermo à Propheta.

Ad eundem planè modū hodie ad rauim vsque clamant Pontificij, Ecclesia, Ecclesia, Ecclesia, Pontifex Roman. caput Ecclesia, vniuersalis pastor à Christo constitutus, Petri successor, Christi in terris vicarius: cui, etsi propria, fraternaq; salutis sit immemor, & quotidie multa animarum millia secum cateruatim abducatur in infernum perpetuè cruciandas: nemo tamen dicat, quid facis? Quia nemo dictis illius derogare potest. Quinimò, contra Epistolas Pauli potest statuerè. Quia maior Paulo. Et potest etiam formam Sacramentorum ab Apostolis traditam immutare. Supra Concilia est, ad quæ ab ipso appellari posse asserens, Hereticus est, vt Pius 2. voluit.

Dist. 40. Si Papa.

Secundum Rotæ decisiones. Carolus Ruinus, Anthonius de Rosalis Archidiaconus.

a. Theff. 1.

Quis iam sanus amplius dubitare potest, hunc verè esse Antichristum, hominem illum sceleratum, & filium perditum, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, & colitur.

Longè autem aliter electum illud Dei organum de Ecclesia scribit, quòd nempe sit super fundamentum Prophetarum, & Apostolorum superstructa, ipso angulari lapide Iesu Christo, quem Deus caput super omnem Ecclesiam dedit. Porro, quemadmodum adificium non fundamento prius est, nec hoc super illud extruitur, sed contra potius: Ita nec Ecclesia prior est verbo Dei seu Scriptura, sed ex hac, illa nascitur, nec supra, sed infra illam est. Esset enim nihilominus verbum Dei, & propter Deum auctorem, à quo profecta est, summa Scripturæ Sacrosanctæ authoritas, etiamsi Ecclesia eam non suo calculo approbaret. Verùm Ecclesia illa, Dei Ecclesia non amplius esset, aut permaneret, illam si non amplecteretur. Quod & Romana accidit. Dicitur quidem, & est etiam Ecclesia columna & firmamen-

PRAEFATIO.

mamentū veritatis, quia scilicet non alibi Dei veritas est, ma-
ner, aut habitat in mundo, quā in ea. Nec alia ratione sic dici-
tur, quā quatenus retinet Dei veritatem, apud quam eā depo-
suit, ad quā & ipsa est alligata, eamq; sequi tenetur in omnibus.

Ad legem, inquit *Propheta*, & ad testimonium eius, quod *Isa. 18.*
si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.
Mosen habent, & *Prophetas*, hos audiant. Item: *Scrutamini* *Luc. 16.*
Scripturas. Quas si ipsa non audiat prior, & sequatur, adeo *Iohan. 5.*
nulla illi deivincti sumus verecundia, vt certum sit, ceterum il-
lum amplius Dei Ecclesiam non esse, cum absq; illis cogitari ne
quidem possit: sed damnanda potius, deserenda, & à Deo ab-
ijcienda. Sicut Dominus dicit: *Iudicate matrem vestram, iu-* *Of. 2.*
dicite. Quia ipsa non est vxor mea, & ego non vir eius.
Sed quare non est amplius vxor, seu sponsa Domini? Et vnde
iudicanda, & damnanda? Non aliam ob causam, nec aliunde, *Ibid. 4.*
quā quod, sicut ibidem additur, repulit scientiam (Sacerdos)
Ideo, inquit, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Et oblita
es legis Dei tui: Ideo obliuiscar & ego filiorum tuorum.

Et si aut hoc videatur tantum de Synagoga Iudæorū dictum:
tamen quia de similibus idem est iudicium, sibi quoque dictum
sciant Romanenses. Si enim Deus ramis naturalibus non pe-
percit, sed quia Christum, eius que Euangelium fide amplecti no-
luerunt, propter incredulitatem fracti, & abiecti sunt: Nec
istis parceret Dominus, eadem peccata admittentibus: Si, in- *Rom. 11.*
quit Saluator, manseritis in sermone meo, & sermo meus man-
serit in vobis, verè discipuli mei eritis, & veritatem cognos-
cetis.

Hoc autem agunt hactenus strenuè Romani Antichristi sa-
tellites & patroni, vt hunc Iudicem & Lydiū lapidem, Scriptu-
ram sacram, in Ecclesiasticis certaminibus & controuersijs non
admittant;

PRÆFATIO.

admittant: sed suspectū reddunt, & declinant, quòd sic imperfecta, obscura, dubia Scriptura, mortua & occidens litera, cereum habens nasum, Lesbia regula, non vox Iudicis, sed materia litis. Hisce enim stulosculis eam exornant, & consimilibus. Contrà verò ad Ecclesiam (Romanam intelligentes) prouocant, huius auctoritatem mirè amplificant. Fidei magistram appellant, quæ in fide & doctrina errare non possit: de quo certi sibi esse videntur, & persuasum habent. Hanc audiendam, huiusq; decretis standum, extra hanc nullam esse salutem, magnificis, & sesquipedalibus verbis prædicant, & declamant. Et quidem audiendam esse Ecclesiam, non diffitemur: sed veram Christi, quæ habet, audit, intelligit, docet & interpretatur Scripturam sacram. Non eam, quæ extra & præter hanc alia proponit dogmata, tanquam ad salutem necessaria: Oues enim Christi vocem eius audiunt. Alienum verò non audiunt, sed aufugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem eius, & sibi cauent à Pseudopphetis, in hypocrisi loquentibus mendacium, (de traditionibus hominum) cauterizatam habentibus conscientiam, prohibentibus nubere, & abstinere à cibus, &c.

Iohan. 10.

Illam igitur retinentes, & sequentes doctrinæ normam, in arenam cum aduersario descendemus. Nihil terrii ampullis verborum magnificorum, aut sententiarum hinc inde collectarum congerie, varijsq; interpretationibus magno & magistrali supercilio additis. Multò verò minus sophismatis, verborū lenocinijs, & inuolucris, quibus causam suam pessimam Iesuitæ tegere & palliare, & sic imperitis fucum facere, coloribusq; Rhetoricis ruinosam suam domū inducere, pingere, & incrustare cupiunt.

Hunc fucum, & verborum præstigias detegendas, & res ipsas nudè proponendas, erroresq; refutandos esse absque pompa (simplex enim veritatis oratio) iudicauit.

Nec

PRÆFATIO.

Nec moueor etiam copiosa eius oratione, qua me exagitat, subindè criminis falsi reum agens, quasi Scripturas sacras corruptè citauerim, sanctorum Patrum sententias in alienum sensum detorserim, Romanum Pontificem eiusq; Ecclesiam iniustis calumnijs, ac conuitijs mordacibus prosciderim, & odiosè traduxerim: cum non solum benè mihi in hac causa sim conscius, sed etiam iudicium & de mea Disputatione, & hac Refutatione, adeoq; tota causa, pio & æquo Lectori, verèq; Christi Ecclesie libenter concedam.

Interim nihilominus, modestè se mecum acturum, nec iniurias sibi à me illatas vindicaturum, sed patienter laturum protestatur, & nescio quam mercedem, qua præmia operarius infidelis, propter miram hanc suam patientiam sibi pollicetur. Sed protestatio est contraria factò. Plaustra enim conuiciorum in me congerit, quorum modestissima sunt, schismaticus, sectarius, Hereticus, blasphemus. Adeoq; impotentis est animi virulentus hypocrita, vt ne quidem mitis ille, & mansuetus spiritus, in Epistola ad Sereniss. Archiducem Austriae Carolum, cui parcendum fuerat, temperare sibi potuerit. Quæ tamen, vt dixi, à tali profecta homine, minimè curo: cum probè sciam, Spiritu sancto me in verbo suo docente, dentes illorum hominum esse gladios, & linguas eorum nouacula acutiores, & mendacia ac crudelitatem cum hypocrisi esse coniuncta. Hac illa lenitas est, hæc charitas Euangelica, quam verbis profitentur, viri sanguinum, & dolosi, cupientes adimplere mensuram Patrum suorum, vt veniat super eos omnis sanguis innoxius, qui effusus est à sanguine Abel iusti. Hoc agunt crebris suis exhortationibus ad Imp. Reges & Principes potētissimos, quos inflammant, ne conquiescant bellis susceptis, & perturbata tranquillitate

PRAEFATIO.

rati Reip. Christiana, donec nobis oppressis, extinctis & penitus deletis, brachia sua in sanguine nostro lauent.

Quibus licet armis carnalibus nos simus impares, & longè inferiores: gladio tamen Spiritus, quod est verbum Dei, superiores nos esse multò, re ipsa potius in hoc Responso demonstrare, quàm verbis splendide, ipsorum more, polliceri malumus. Quòd si durius à me quoque, quàm delicatè & tenerè ipsius aures ferant, exceptus, & tractatus fuerit, sibi imputer. Qui enim quæ vult dicit, quæ non vult audit. Verè enim à me dicta esse illa, intelligent qui vel scriptum ipsius legerint, vel hoc hominum genus nouerunt.

Non autem de Ecclesia solum agitur, sed plurima hinc inde, & varia vtrinque sunt inpersa, vt de tota ferè Religione agatur: sicut reuera non in paucis tantùm, sed omnibus propemodùm, non verbis, sed re ipsa, nec studijs solum, sed totis castris, imò etiam in Principijs dissideamus.

Nostra enim principia sunt, Iesus Christus, vnica peccatorum expiatio, caput Ecclesiæ in cælo & in terra, Saluator & Mediator vnicus omnium in se credentium: Scriptura sacra, ex qua controuersie Ecclesiasticæ sunt dijudicanda: Romanensium verò Æxar, Pontifex Romanus caput Ecclesiæ, eius decreta, traditiones & doctrinæ humana: Missa sacrificium verè propiciatorum, &c. Operum iustificatio, Mortuorum hominum inuocatio. Concilia Episcoporum Roman. Pontifici deuictorum. Sicut hæc omnia, ac singula, multaq; alia in aduersarij Libro copiosè tractantur.

Horum igitur quædam, ita re postulante, copiosius tractantur à nobis, & refutantur: quædam verò breuiter attinguntur, quòd à nostris alibi, vt alia quoque omnia, solidis & firmis sint refutata argumentis.

Vobis

PRÆFATIO.

*Vobis aut, Generosi Domini & Magnifici viri, iisdem cau-
sis motus, quibus antea Disputationem istam de Ecclesia, con-
tra Iesuitam nuncupavi: hanc quoque Refutationem Pontifi-
cia Religionis dedicare volui, vt fides vestra ex verbo Dei con-
cepta, & in Petra fundata, confirmata, & inconcussa maneat,
cum intellexeritis, nihil firmi aut solidi contra eam posse ex
Scriptura sacra afferri. Ideoq, hanc Lucifuga isti, tanquam no-
Eua solem, non solum fugiunt, sed etiam instar canum lacerant,
& ore sacrilego blasphemant.*

*Deum vnum & trinum toto pectore precor, vt nos in agnita
veritate clementer conseruet, & arceat furores Diabolorum,
& organorum eius, quæ vel vi, & armis, vel dolo, fraude, &
corruptelis, synceram Religionis Christianæ doctrinam adulte-
rare & euertere cupiunt, vt cum nostra posteritate ipsum verè
agnoscentes, colamus, & celebramus, & in hac præsentì,
& altera perpetua vita, Amen. Data Tu-
bingæ, Anno, &c. 77. Mensis
Iunio.*

**Iacobus Heerbrand, Doctor
& Professor Theologus in A-
cademia Tubingensi.**

The first part of the book is devoted to a general
 description of the nature and extent of the
 human mind, and to a discussion of the
 various faculties and powers of the soul.
 The second part is a treatise on the
 principles of logic, and the art of reasoning.
 The third part is a treatise on the
 principles of metaphysics, and the nature
 of being, and the existence of God.
 The fourth part is a treatise on the
 principles of natural philosophy, and the
 nature of matter, and the laws of motion.
 The fifth part is a treatise on the
 principles of natural history, and the
 nature of life, and the history of the
 human race.

Jacobus Phil. Brand, Doctor
 & Professor Theologiae
 Academiae Thiburgicae

REFVTATIO EPI- STOLÆ DEDICATORIÆ à Iesuita Gratzensi conscriptæ.

Authore Iacobo Heerbrando D.



Inimè dubito & inter illos, qui adhuc Romæ
næ Ecclesiæ, eiusque Pontifici adhærent, mul-
tos prudentes & graues esse viros, qui emenda-
tionem multorum abusuum, quos agnoscunt,
ex animo optent, & desiderent: pertinaxque
suorum Theologorum studium in illis defen-
dendis omnibus, improbent. Sicut in Comi-
tijs Norinbergæ, anno Christi 1523, celebra-
tis, Grauamina octuaginta Pontificis Hadriani VI. Legato, ab Or-
dinibus Imperij sunt exhibitæ, quæ tolli & emendari petuerunt.
In Comitijs autem August. à Carolo V. anno 30. petiit, cur-
raret, ne Papa amplius Indulgentias in Germaniam mittat. Sicut
& Imperator Opt. Ferdinandus, valde sollicitè multis precibus à
Pontifice Romano, integræ Coenæ dispensationem impetrare sate-
git. Dux Saxonix Georgius confessus est, plurimos esse in Ecclesia
Romana abusus: sed non ferendum, vt Monachus vnus ex angu-
lo prorepens, reformationem instituat. Et in Concilio Tridentino,
magni nominis Princeps, solenni oratione, sacerdotibus coniu-
gium concedi, suppliciter poposcit: Quòd inter centum, vix vnum
aut alterum habeat, qui castè viuat & honestè, sacrificem. Quod
& longè ante Pius eius nominis II. confessus est, causam olim fu-
isse, cum sacerdotibus coniugio interdiceretur: sed iam longè ma-
iorem esse, cur restituendæ sint. sed tanta iam est Pontificiæ im-
pietatis patronorum nouorum impudentia, vt non modo nul-
los, quantumuis manifestos, & cum sacra scriptura è diametro pu-
gnantes errores, agnoscant: verum etiam eos tanquam oracula Sa-
era coelitus per spiritum sanctum prodita, venditare, totique Ec-
clesiæ quæsitis nouis coloribus, verbosa oratione, obtrudere co-
nentur. Cuiusmodi sunt, quod de remissione peccatorum, quam
tota sacra scriptura nos credere præcipit, sicut & in symbolo pro-
fitemur: dubitare isti docent: hancque dubitationem peccatum
esse

100.

Refutatio defensionis

esse negant, verum humilitatem esse affirmant, ac defendunt. Contra vero, bonis operibus ita esse fidendum, docent, vt ad expianda peccata, iram Dei placandam, & vitam æternam consequendam, necessaria sint, atque vtilia. sic alius Catholicus dicit: Quod Protestantibus obijciunt, bona opera non facienda, vt confidamus per ea iustificationem coram Deo mereri: non possum non improbare, præsertim, quod scripturis sacris est dissentaneum. Docent, non esse verum, nihil extra scripturam ab Ecclesia recipiendum: sed mendaciū, asserere, nullum Deo cultum placere, quem ipse non præceperit. Idem docent, alteram tantum & dimidiam partem cœnæ Dominicæ, integerrimum esse sacramentum, cum manifesta sit Christi institutio, à Paulo Apostolo repetita, & Ecclesiæ vt à Dño acceperat, tradita. Docent contra scripturam sacram turpissimam idololatriam, homines nempe mortuos, vt opitulatores in necessitatibus inuocare, quin & officia inter illos, vt olim Ethnicis ignari Dei, distribuunt. Sic Missarum & Indulgentiarum nundinationes instituerunt, qui quæstus longè est vberimus, sed maxima est cœnæ Dominicæ prophanatio, & meriti Christi diminutio, cui Sanctorum merita coniungunt: aliosque plurimos excogitarunt modos consequendi remissionem peccatorum. Pro quibus vero in hac vita non satisfiat, in altera poenis purgatorii ignis expianda esse. Taceo alia quàm plurima, quibus, Christi beneficijs oblitteratis, Religio Christiana planè in Ethnicismum est mirabili metamorphosi transmutata. Quæ etsi manifestissimè cum s. s. scriptura pugnent, tamen tantum abest vt agnoscant, quin acerrimè propugnent, & pro ijs tanquam pro aris & focis suis dimicent. Interim nos, qui errores istos aduersæ partis, firmis & perspicuis scripturæ sacre testimonijs impugnamus, & refutamus, diris criminationibus proscindunt, vociferantes, nos non solum Nouatores, sed etiam Hæreticos esse &c. Quas silentio præterire non possumus: cum non de honore tantum nostro, sed in primis de gloria Dei, nostra, adeoque totius posteritatis nostræ salute agatur.

Multi multa ab initio rabiosè contranos, nostramque, quam profitemur doctrinam, scripserunt, Eccius, Pyghius & alij: sed haud scio, an quisquam hac verborum atrocitate vti ausus sit.

Talis nuper in me insurrexit Iesuita Grætzensis, Rhetor grandiloquus, qui vt bonam papyrum commacularet, & perderet, verba mea oratione insectatur, insulto & maledico ædito libro. In quo hoc agit præcipuè, vt Papatus omnia quantumuis absurda, impia, cum scriptura sacra manifestè pugnantia, adeoque vt vno verbo

verbo dicam, Papatum ipsum defendat, ne macula vlla in eo appareat. Ea vero quæ à me rectè dicta sunt, & Scripturæ sacræ testimonijs confirmata, calumniatur. Antilogias colligit, me quæ mihi contradicere, deprauata petulanter verborum meorum sententia, per calumniam fingit ac nugatur. Nostras deinde nobis multoties obijcit dissensiones, Et quia non agnoscamus Romanam Ecclesiam matrem nostram, Pontificemque eius caput vniuersalis Ecclesie, Christi in terris vicarium, Petrique successorem legitimū; nos Ecclesiam Christi, esse non posse, sed putrida membra, à vite, & corpore Christi resecta: Hæreticos damnatos, qui & veteres Hæreticis resuscitent, & nouas excogitent, & alia in hanc sententiam quam plurima: hunc suum coccyssimum subinde ingeminans. Quæ iam à me commemorata, si dempseris, pauca de prolixo illo libro remanebunt.

Et vt similes habeant labra lactucas, hoc idem in Epistola Dedicatoria, eiusque statim Exordio valde prolixè tractat, communi sumpto argumento, de Dracone magno & russo ex Apoc. 12. Vnde in locum communem digreditur, de malorum studio, quod omnia peruertere conentur, araneis eos conferendo, Quin & Hilarij testimonio id, perinde ac si quis in Thesi hæc neget, de Hæreticis confirmat. Quæ omnia esse verissima, nemo est, qui dubitet. In nos autem quod detorquere conatur, more Phariseorum veterum id facit, qui se Abrahæ semen esse gloriabantur. Christum verò Dominum, samaritanum, & Diabolicam afferentem doctrinam, accusabant. sed verè & rectè ipsi progenies viperarum vocantur, Vnde & in neminem rectius hæc competunt, quam in ipsosmet Iesuitas, qui haud dubie hoc consilio à sathana, postremus eius conatus, sunt excitati, vt cursum repurgatæ nostro seculo, singulari Dei beneficio, & immensa bonitate, doctrinæ coelestis, totis viribus, omni studio, totaque animi contentione impediant: Qua, inquit Isaias, aspidis rūpunt, & telas araneæ texunt. Qui comederit ex ouis eorum, morietur, & quod fractum est, erumpet in regulum. Hi ipsi sunt, qui scripturas sacras ac Patrum dicta, mirè detorquent, deprauant, peruerunt, ac corrumpunt, quod in progressu Disputationis planum faciam ac demonstrabo. sicut Maiores ipsorum insignem illam, ac omnium primam Euangelij de Christo venturo promissionem corrupto textu Biblico, ad D. Virginem Mariam, quemadmodum, & totum spiritus sancti Psalterium de Deo, eiusque filio coæterno, ad eandem transulerunt, diuina omnia, & quæ solius sunt Christi propria, omnipotentiam

Isa. 59.

Gen. 3.

Refutatio defensionis

Psalter. Mariæ
Psal. 30.

tentiam etiam illi tribuentes: huius misericordiam & opem implorantes, huic totam suam vitam, & in fine, animas suas commendantes. Quos absurdissimos, teterrimos, manifestos ac palpabiles errores suæ Ecclesiæ, silentio suo approbant, & confirmant, ne vsquam errasse videatur sancta illa mater Romana Ecclesia, cuius ipsi se obedientes filios profitentur. Quæ illorum plena impietatis, cum opposita Disputatione reprehenderim, & confutauerim scripturæ & Patrum testimonijs: temeritatis me arguit Iesuita, quod non cuiusuis sit priuari, qui legitime vocatus non sit, de Fidei & Religionis rebus statuere, sed voluntatem filij Dei esse, vt audiamus Apostolos, eorumque successores, quos Deus in Ecclesiam posuit: ne veritati contradicam, neue Matri Ecclesiæ sim rebellis aut contumax, monens. Initio audire mihi videor phariseos murmurantes, & Baptistam interrogantes, cur baptizaret, cum neque Christus, neque Propheta esset? Deinde quod postulat: audimus omnino quod præcipit filius Dei, Apostolos ipsius: quod vtinam facerent leuitæ cum suis Prælati, & minus foret Idololatriæ in ipsorum Ecclesia. Audimus & legitimos ac veros ipsorum successores, non autem laruatos, titulos tenus Episcopos, non alienos, fures aut latrones: & obedimus illis, qui perauigilant pro animabus nostris: sed non perdendis, aut lacerandis ouibus Christi: verum saluandis: qui pabulo verbi Dei incorrupti eas pascunt, Quod ad nostram vocationem attinet, etsi suo loco sumus respondiuri copiosius: tamen id iam dico, D. Petrum, Apostolorum principem quem isti vocant, ex spiritu sancto electis aduenis scripsisse omnibus: esse illos genus electum, regales sacerdotium, gentem sanctam, populum acquisitionis, vocatos à Deo in admirabile lumen, vt virtutes eius annuncient. Hoc omnium est & singulorum Christianorum, pro sua cuiusque conditione, sicut omnibus Christus & singulis præcipit, vt sibi à pseudoprophetis caueant. spiritualis enim omnia iudicat. In primis verò Doctorum in Ecclesia Christi, hoc est officium. Et quod tibi Iesuitæ mirum videtur: potest & debet futor & sactor statuere, vos esse Idololatrias, eiusque vel ex sola oratione Dominica vos conuincet, qua Christus discipulos suos rogantes, vt se orare doceret, respondit, cum vultis orare, dicite: PATER NOSTER &c. non præcipit, vt dicant sicut vos cantatis: Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. Sic potest & debet quiuis Idiota etiam, vestra conciliabula, Constantiense dico & Tridentinum, te quoque Doctorem eximium & Patrem Reuerendum, sacrilegij

1. Petri. 1.2.

Matth. 7.

damnare

damnare ex Catechetica coenæ Dominicæ doctrina, qua iussit Saluator ipse Christus, OMNES, sanguinem suum, qui vt Chryso-
 mus dixit, ex latere Domini in cruce fluxit, bibere in calice. Sic ijs-
 dem dogmata vestra, de Fidei dubitatione, & iustificatione, quæ
 secundum vos, fieri per opera dicitur, ex Symbolo Apostolico
 dijudicant & damnant, cum profitentur, Credo, non dubito, res-
 missionem peccatorum. Si est remissio, gratuita est, non propter
 opera, quod Christus simplices homines similitudinibus docuit,
 Marth. 18. Luc. 7. à debitoribus sumptis, qui cum soluendo non
 essent, remisit illis ex misericordia. Num hic tu Reuerende Pater,
 opus esse iudicis magno multorum Episcoporum in retam aperta
 conuentu? Sed quemadmodum principes, & senatores Iudæorū Acto. 4.
 rum, & scribæ Hierosolymis, & Annas princeps sacerdotum, &
 Caiphæ, & Iohannes, & Alexander, & quotquot erant de genere
 Sacerdotali, etsi conuicti in conscientia sua: tamen minantes, de-
 nunciant Apostolis, ne omnino loquerentur neque docerent in no-
 mine Iesu: Ita hi quoque eorum successores de genere sacerdotali
 prohibere nos volunt, ne beneficia Christi, sanguine eius nobis par-
 ta, prædicemus. Quia scilicet ab ipsis nec rasi, nec vncti sumus ran-
 cido oleo. Ad me quod attinet: veritatem cerè, cuius simplex
 est oratio, ex animo semper amaui: mendacia falsa, & fucata dog-
 mata omnia, eosque qui sophisticè loquuntur, angue peius & cane,
 imò vt Diabolum, patrem eorum, odi. Nec Ecclesiam Christi ve-
 ram quam veneror, sed malignantium, & sathanæ synagogam
 perfecto odio persequor. Nec principi populi Dei, vt iste me ac-
 cusat falso (quemadmodum Paulum vocantem principem sacera-
 dotum parietem dealbatum &c. Parasitæ astantes, qui antea colas-
 phos ei infregerant, dicunt, summū sacerdotē maledicis, Act. 23.)
 sed Antichristo, Diaboli vicario, & Iudæ Ischariothis successori
 maledico, & maledicam semper, quàm diu vixero, Deo me iuuan-
 te, Pacem etiam cum omnibus pijs colam. Et hic meus labor est,
 hoc studium: quod cupio meo loco, illustrare gloriam Dei, & filij
 eius dilecti Domini nostri Iesu Christi, ac spiritus sanctis doctri-
 nam verè & purè sonare, Ecclesiæque saluti pro virili consulere, vt
 verè æternum Deum patrem liberatoris nostri Iesu Christi, fiducia
 Mediatoris inuocet. Hanc scio esse voluntatem filij Dei. Vt igitur
 mandato diuino obtemperemus, et hanc inuocationem in Ec-
 clesia ipsius purè sonemus, necesse est Idola, & vitiosos cultus ve-
 stros, ac dogmata impia taxari. Nec dubito, Deo, & veræ eius
 Ecclesiæ studium nostrum probari: sicut etiam doctrinæ hoc genus,
 quod.

Refutatio defensionis

quod profiteretur, vere esse consensum Catholicæ Christi Ecclesiæ, certo scio, & hoc Deo propicio semper fideliter aduersus omnis generis furores & corruptelas quorumcunque, qui falsa dogmata & Idola defendunt, & solus & cum alijs pro talento mihi diuinitus concedito tuebor. Sicut etiam Athenienses veteres in formula iuramenti, quod ciues præstare solebant, in hæc verba iurabant: pugnabo pro aris & focis, & solus & cum alijs. Quanto magis nos, qui Christo nomen in baptismo, & sacramentum in hanc militiam dedimus, renunciantes Sathanæ, & omnibus eius operibus, hoc facere æquum est? Nec ignoro Iesuitam aduersarium meum suomore, hæc etiam calumniaturum, quasi ad nos hæc minime, quod ab Ecclesia, videlicet Romana alieni sumus, pertineant. Sed de Ecclesia similiter & nostra vocatione, postea pluribus. Hoc magis noperè oro lectorem pium, vt diligenter consideret, quid in vtraque parte, reuera agatur, & qua de re vtrinque pugnetur. Antequam hæc certamina de Religione mota sunt, passim magna fuit caligo, imò tenebræ plusquam Cimmeriæ in Pontificio regno, sicut etiamnum hodie. Ethnico more inuocati sunt mortui homines: ad statuas concursationes factæ sunt. Humanis traditionibus innumeris Ecclesia est oppressa. Orbis Christianus Monachis ociosis & ignauis ventris repletus, politia Ecclesiastica in regna planè mundana conuersa, Impuro cælibatu Sacerdotes, qui typus fidelium in castitate esse, suisque auditoribus vitæ honestate præluere debebant, vagisq; libidinibus fuere polliti, Ad eò vt Palingenius ipsorum Poëta scribere non sit veritus in Italia, non ita ante multos annos: Sed tua præcipuè non intret limina quisquam Frater vel Monachus, aut quauis lege Sacerdos. Mantuanus verò longè turpiora de illis ipsis. Quod experientia testatur, & res loquitur ipsa, Similiter quod ad doctrinam attinet, non melius habuit Ecclesia. Doctrina enim de pœnitentiâ, quibus non spinis disputatorum inextricabili, de contritione, attritione, enumeratione singulorum peccatorum cum omnibus circumstantijs, satisfactione priorum operum indebitorum, de indulgentijs &c. fuit obruta & Ingens fuit silentium de fide, qua merita Christi nobis applicamus, & remissionem peccatorum accipimus. Discrimen Legis & Evangelij, quod lux est totius doctrinæ cœlestis, de Iustificatione hominis peccatoris, densissimis tenebris fuit obscuratum. Vnde plurimi alij crassissimi errores nati sunt, Homines posse legi Dei satisfacere, Deum diligere super omnia ex puris naturalibus. Quod non discernere legem diuinam, à traditionibus & præceptis humanis, quæ

quæ longè illi prætulerunt. Longè enim maius peccatum iudicabatur, violare hæc, quàm illa: grauius etiam puniebatur, si quis sœria sexta carne vesceretur, quàm si adulterium perpetrasset. Si Sacerdos honestam duceret vxorem, quàm si cum plurimis meretricibus liceret. Cœna Domini magna ex parte ad homines mortuos translata est, & horribiliter contaminata ac prophanata. Idolomania, inuisione, circumgestatione, pompa plane Perfica, adoratione panis consecrati, mutilatione. Doctrina de vera Dei vnici inuocatione in nomine vnici veri, Mediatoris, iacebat. Et vt vno verbo multa complectar, Philosophiam Aristotelicam cum Theologia syncera confuderunt: E duobus integris, vnum facientes corruptum. Quæ omnia nostri, immensa Dei bonitate, in integrum restituerunt. Et nos hoc vnum agimus: cupimus propter gloriam Dei, & nostram & aliorum salutem, doctrinam puram, synceram, ac salutarem Ecclesiis propugnari, conseruari, adq̃ posteritatem nostram propagari. Hæc non esse maxime necessaria, nemo pius, nemo sapiens, aut intelligens facile affirmabit.

Hoc dum agimus, aduersarij suo quæstui, honori, Pompæ, ac splendori, simul & opibus metuentes: Principum & potentum animos ad exercendam iniustam sœuitiam contra nos inflammant. Non loquunt iam de clandestinis machinationibus: Scripta illorum in hoc argumenti genere quæ extant, loquuntur, & restatur ipsa. At tantis contumelijs nos onerant, vt nullo modo nomen nostrum posset turpius traduci: quod & Iesuita Grætzensis facit, subinde crimen Hæreseos obijciens & ingeminans, cum alijs conuicijs, quibus nos obruit: quæ ne agnoscere videamur, & silentio nostro confirmare, omnino respondendum fuit. Interim tamen patientiam suam miram prædicat. Insuper persecutionem se pati à me, queritur, quemadmodum scilicet lupo ab agno sibi turbariaquam querebatur: quod à se non læsus, durius à me fuerit exceptus, hocq̃ nomine, nescio quam sibi pollicetur beatitudinem. Age verò Iesuita, An à te non sum læsus, cum ex æquo omnes nos per tuam Disputationem, ab Ecclesia Christi vera exclusos, & alia horrenda in nos, totamq̃ causam, quam Deo propitio secundum Scripturam sacram agimus, dixeris? O nimium delicatos Martyres, qui in pace, summa tranquillitate, & ocio viuentes, rebus omnibus abundant, à nemine infestantur, patientiam suam plenis crepant buccis. Ego verò neminem noui, qui propter confessionem Pontificiæ Religionis mortis supplicium nostra memoria, sustinuerit. Sed contra plurimos & innumeros ab istis Pontificijs Carnificibus crudelissimè, varijs suppliciorum.

Refutatio defensionis

Suppliciorum generibus, propterea piæ doctrinæ confessionem, miserabiliter istorum instinctu ex cruciatis. Cum quibus verò omnium mitissimè est actum, in exilium eiectos, nouimus. Num hoc veram Dei Ecclesiam deceat, ipsi viderint. Augustinus certè Doctor Catholicus affirmat, nullis Bonis in Catholica placuisse, si in quenquam licet Hæreticum, vsque ad mortem sauiatur. Neque verò si longè à morte cuiuslibet molestijs libido vlciscendi malum pro malo retribuatur, approbamus. Multò amplius detestantes, si ex hac occasione, velut pro vnitatis conandi, concupita quis auferat aliena, quorumcunque priuata. Hinc Iesuita cognosce, vos nec bonos, nec Catholicos secundum Augustinum esse. Ad me quod attinet, nihil præter officium feci. Profiteor enim me membrum esse eius Ecclesiæ, quam ipse defensionis & Hæreseos accusat, damnat, & à regno cælorum (quantum quidem in se est) excludit, propterea quod notam bestię & Antichristi recipere se posse negat. Cuius Sacramenta diuinitus instituta, mutilat, prophanat, conspurcat, ipsamq; Ecclesiam, sanguine filij Dei redemptam excommunicat, Meritum Christi annihilat, & ita gloriam nominis Dei blasphematur. Quis igitur hoc æquo animo ferre possit Christianus? Qualis autem est patientia eius, talis est & modestia, quam in hac disputatione pollicetur & prædicat. Aded enim impotentis est animi, vt ne quidem in Epistola Nuncupatoria, vbi serenissimo Archiduci Austriæ Carolo parcendum fuisset, petulanti & mordaci sua lingua à conuicijs abstineat: sed tot ferè in me congerit conuicia, quot habet illa, non longa admodum, verba: sicut postea idem agit in responsione ad meam dedicatorem Epistolam Draconi magno ex Apocal. & araneo me conferens, impostorem, fraudulentum vocans, qui crimen falsi commiserim, corruptè citando scripturæ & Patrum testimonia detorquendo, calumniatorem, qui vertiginis, erroris, & contradictionis spiritu exagiter, sciolum, superciliosum, linguarium voce noua, (sed quid nisi nouæ Iesuitarum creaturæ, ex scoria sua liceret etiam reprobam nouam cudere monetam?) contumacem, rebellem, ac degenerem Ecclesiæ filium, Hæreticum, schismaticum, sectarium, arrogantem, temerarium, Ecclesiæ calumniatorem, qui virus perfidiæ spargam, & periuros homines sequar, filium denique Diaboli. Hæc illa est, quam promittit, modestia. Postea autem in toto libro suo inepto, loquaci, impio ac prophano, tantum est conuiciorum, quantum ne vna quidem nauis vehat. Nihil enim illic nisi sectas, schismata, & hæreseis crepat. Quare protestatio plane est

August. con. Cress.
Grammat. lib. 3.
Cap. 50.

nè est, vt Iureconfulti loquuntur, facto contraria. Non igitur ini-
què facere videbor, si paulo durius, & pro merito, ac dignitate,
mollem hunc, & delicatum martyrem tractaero, quod rei india-
gnitas, in causæ iustæ defensione, inuito etiam mihi extorsit. Cum
nemo pariens adeo esse possit, quin stomachum ei conuitia hæc,
contumeliæ & iniuriæ tam atroces in Religionem, moueant.

Quorsum enim attinebat aduersus doctrinam veram, quam pro-
fitemur, & ex verbo Dei confirmamus, aduersus tot Ecclesias Dei,
quæ rectè Deum fiducia Mediatoris filij Dei inuocant, aduersus tot
honestas Respublicas, Magistratus pios, qui Deum sincere colunt,
disciplinæ, honestatis, & pietatis sunt amantes, nostramque agno-
scunt & amplectuntur doctrinam ac Religionem: tot blasphemias
euomere? quæ nullius erroris, nullius Hæreseos sibi sunt consciæ,
aut de vlla, conuictæ vllò sunt Scripturæ sacræ testimonio, vel les-
gitimo iudicio. Nam Conciliabuli Tridentini, quod idem est cum
Hierosolymitano Annæ & Caiphæ contra Christum celebrato,
decreta absurda, impia, prophana, putida, sacrilega, blasphema,
cum tota Sacra Scriptura pugnantiâ, minimè curamus, sed merito
cum omnibus pijs, contemnimus, damnamus, execramur. Quod ce-
candorem itidem promittit, quem adhibeat in refutatione meæ ce-
Disputationis, quod præfationem meam, & Antiheseis verbore- ce
nus bona fide posuerit: agnosco candorem, quem verbotenus
adhibuit, vt promissit. Verba enim mea bona fide recitat, adeo vt
etiam vicia Typographica, quorum causa, miserè me postea exa-
gitat, ponenda sibi existimari. Hactenus igitur promissis stetit
bonus vir. Sententiam verò quod attrinet: passim studiosè per cas-
lumniam peruertit, ac detorquet, non secus ac $\chi\upsilon\lambda\epsilon\upsilon\epsilon\varsigma$ tessaris lus-
dens, aut præstigiator quispiam celeritate quadam, oculis homi-
num illudens, vt putent se aliud videre, quàm res ipsa est. Ita hic
Iesuita, nihil ferè ex meis in genuino sensu, aut bona fide recitat.
Quod suo loco monstrabo. Porro nomen quod sibi tribuit Ca-
tholici: Vrinâ verus esset & syncerus Catholicus, & sublatum esset
inter nos dissidium omne. Nunc verò cum sit $\kappa\alpha\kappa\omicron\lambda\upsilon\kappa\omicron\varsigma$, mihi
tam non potest cum illo conuenire, quàm nec Christo cum Belial,
luci cum tenebris.

Me quod Tubingensem vocat, tam non offendit, vt magni be-
nefici loco agnoscam, quod Deus me in hanc honestissimam sta-
tionem & locum collocare dignatus sit, quo spartam quam ipsius
gratia nactus sum, pro virili exornare, & officium facere studeo,
B speroque

Refutatio defensionis

speroque laborem meum non esse irritum in Domino. De quo nolo gloriari amplius.

Coniugia, quæ in me congerit Iesuita, negligo. Sufficit mihi testimonium conscientiæ meæ, & aliorum bonorum virorum recte iudicantium, quod scio operam meam Deo gratam esse, & alijs non inutilem confido. Postremo, quod addit apostrophen ad Sereniss. Archiducem Austriæ Carolum, inquiring, obrectatores reuerentur Celsitudinis V. auctoritatem, nisi prorsus omnis pudoris expertes videri velint. Respondeo, Magnificescentiunt Lutherani, quos isti ita vocant, de omni Magistratu politico, quod sit bona ac salutaris Dei ordinatio, eiusque Minister, ac Vicarius ipseus in terris. Vnde & Dñi vocantur à S. S. quod diuinum gerant officium. Sicut & de Sereniss. Archiduce Austriæ Carolo, qui hætenus Dei beneficio, non sãuit in pios & sinceros verbi Dei confessores, nec admittit cruenta Doëgitarum consilia, sed clementer fert, & Ministros Ecclesiæ nostræ confessionis, & Proceres Sereniss. suæ Cell. fidelissimos, atque ad omnia officia paratissimos. Vos verò Pontificij, qui nomen vobis arrogatis honestissimum, Catholicorum (sicut scorta honestarum matronarum sibi vendicant) cum vestris, etiam Christianissimorum Monarcharum colla pedibus calcatis, Scribæ & Pharisei, Sanguinarij, crudelissimi Elauitæ, non cessatis potentum animos contra nos incitare. Rectissime ergo vobis respondemus, quod D. Ambrosius Auerentio semper ne de Cæsare seruulis Dei inuidia commouetur? Et ad calumniam sibi accessit impietas, vt imperiale nomen obtendat; &c. Tum magnificatis Pontificij Magistratum secularem, cum eius brachio vobis opus est, vt opera eorum ad exercuandos miseros & pios Christi famulos, tanquam carnificum vestrorum abutamini. Quos cum Dñi sint, & salutaris Dei ordinatio, tamen vos in Concilijs vestris damnatis. Ita enim habent verba Synodi Romanæ sub Syluestro celebratæ cap. 16. Sacerdotes non intrent in curiam. Quoniam omnis curia à cruore dicitur, & immolatio SIMV LACHORVM est. Hætenus verba Synodi, scilicet sicut Pharisei adducentes Christum ad Pilatum, eique crucifigendum illum tradentes, nolebant ingredi Prætorium, ne polluerentur Hypocritæ sancti, colantes culicem, & deuorantes camelum. Sic & Concilium Eliberinum cap. 56. Magistratum vero, quo anno agit diuuiratum, prohibere placet, vt se ab Ecclesia cohibeat. Hoc scilicet honore est afficere Magistratum, eiusque reuereri auctoritatem. Ita scilicet vos honore afficitis Magistratum. Hæc ad tuam Iesuita Epistolam dedicatiam respondere breuiter volui, ne tibi sapere videaris.

Refutatio

REFUTATIO RE-
SPONSIONIS IESVITICÆ
ad Disputationis meæ Præ-
fationem.

Modestiam se in responsione sua adhibiturum pollicitus est Iesuita. Hanc ut præstet, refutaturus ea, quæ in Nuncupatoria scripsi Epistola, titulum fecit: In calumniosam, & erroneam cuiusdam Tubingensis Præfationem &c. Sed non adeo magnopere ipsius euro verba. Vituperari enim ab illaudatis, malis, & improbis, illis que displicere, in laude esse ponendum sapientes docuerunt, ideoque sorda quasi aure prætereunda, & contemnenda, sicut equus generosus latratus canum negligit, & contemnit. Quare ad alta progrediendum. Initio me fugillare dicit, quod Patrum usus sit testimonijs in confirmandis suæ disputationis assertionibus. Quia in re, iniuriam mihi facit luculentam: nec ex meis id verbis colligi potest. Sed hoc reprehendi, sicut mea habent verba. Quod solum imperitis facere illis voluerit, cum ea, quæ multa & magnifica olim ante mille ducentos & amplius annos, de Romana Ecclesia, quæ tum virgo fuerat, ad huius præsentem statum accommodare conatur, cum hic plurimum, ac per omnia fere ab illo, qui olim fuit, discrepet. Non autem in melius, sed in peius, est mutatus, Tantumque ab illo distat, qui fuit olim, quantum inter album & nigrum est discrimen. Sicut propheta Isaias olim de Hierosolyma est concionatus: Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Et quæ sequuntur alia in hanc sententiam plurima. Thraſonicè autem subiicit rationem, & gloriatur, quod veritas suarum Assertionum, testimonijs Maiorum facilius constet, ac inde suam merito censi debere Catholicam Ecclesiam, præsertim, cum à se Patrum sententiæ non corruptè, (ut hæreticis in more positum est) non truncatim, non alieno sensu (quod nec Tubingensis diffiteri potest) sed integrè, bonaquè fide, iuxta germanam, & genuinam mentem ac intentionem, semper & vbique fuerint adductæ. Interrogauit Maiores nostros, ad quos me Scriptura sacra direxit. Quod veritatem promittit, familiarè hoc etiam Manichæis hæreticis fuisse, docet Augustinus:

Refutatio defensionis

Deut. 32.
August. contra
Epiphan. funda-
menti Monach.

quæ tamen si tam manifesta ab illis, inquit, monstraretur, ut in du-
bium venire non posset, præferenda esset rebus omnibus: sed sola
est (ut ibidem addit) apud illos veritatis pollicitatio, & ut dici-
tur: In verbis quiduis, in rebus nihil habebis. Nam quod ait, se
non corruptè, nec alieno sensu, sed bona fide, iuxta germanam
eorum mentem, Patrum sententias adduxisse, quod nec ego qui-
dem (quem Tubingensem vocat) diffitear: imò maxime diffi-
teor, & verè diffiteor. Et ut quàm verum sit, quod gloriatur,
omnes intelligant, vel vnico iam exemplo proposito, demonstra-
bo. Infra contra 109. meam propositionem, inter reliqua pro-
baturus Romani Pontificis primatum: quem à Gregorio damna-
tum esse asserimus, dum affirmat, vniuersalem Episcopum qui se
vocat, Antichristum esse: Hic bonus ille vir, in hæc verba scri-
bit: Et D. Gregorius Antichristum esse dixerit eum, qui sibi ven-
dicaret hunc titulum **ABSQVE LEGITIMA AVTORI-
TATE**, sicut Ioannem Constantinopol: Episcopum fecisse con-
stat. Quæso te mi Iesuita, vbi D. Gregorius dicit aut scribit;
ABSQVE LEGITIMA AVTHORITATE: sed sic se-
quitur: In isto enim **SCBLESTO VOCABVLO** (vniuersalis
Episcopus) consentire, nihil aliud est, quàm fidem perdere. Et qui-
dem verum est, quod de Episcopo Constantinopolitano, & contra
eum scripserit, qui sibi hunc vendicauerat titulum, idque sine legiti-
ma autoritate, instar quorumcunque aliorum. Sed non solum
hunc eo reprehendit nomine, verum etiam omnes alios in vniuer-
sum, qui eo vti voluerint. Sic enim verba habent Gregorij: **Fra-
ter**, & Episcopus noster Ioannes Constantinopolitanus **MAN-
DATA DOMINICA, APOSTOLICA PRÆCEPTA, RE-
GVLAS PATRVN DESPICIENS**, eum (Antichristum) per
elationem præcurrere conatur in nomine. Et paulo post: Si enim
hoc dici licenter permittitur, honor Patriarcharum omnium ne-
gatur. Et cum fortassis in errore perit, qui **VNIUERSALIS** di-
citur, nullus iam Episcopus remansisse in statu veritatis inuenitur.
Et postea ibidem vocat superbum, prophanum, friuolum, & stula-
tum vocabulum, **VNIUERSALIS EPSCOPVS**. Et ne quis hoc
tantum de Ioanne Constantinopolitano, aut alio, qui absque le-
gitima autoritate hunc sibi vendicat titulum, intelligat, sicut hic
noster Iesuita, de suo perperam addit: Audi pie lector, quid subiun-
gat concludendo generaliter, absque vlla exceptione, D. Grego-
rius. Ego autem, fidenter dico, **QVIA QVISQVIS SE VNI-
VERSALEM VOCAT**, aut vocari desiderat, in elatione sua
Anti-

Greg. Mag. lib. 4.
Epistola 27.
Et lib. 7. Epiphan.
194.

Nota pondera
verborum.

Antichristum præuenit. Quia superbiendo se cæteris præponit. Hactenus verba Gregorij. Hoc scilicet non est crimen falsi, non est peruertere Patrum dicta, non est addere in re seria, contra mentem & sententiam Autoris. Quod alias in me reprehendit etiam, ubi prorsus non mutò sententiam. Iudicet iam æquus lector, iudicet vniuersus orbis Christianus, iudicent aduersarij nostræ religionis, iudicet ipsamet societas Iesu, qua fide socius ille suus, bona an mala, corrupte, vel incorrupte, sensu genuino, vel alieno, iuxta germanam, vel Italicam mentem, sententiam illam Gregorij adduxerit: ne scilicet vniuersalis suus Pontifex (quem caput esse asserit vniuersalis Ecclesiæ, nos vero cum Gregorio Antichristum esse affirmamus) à Gregorio Magno, & ipso Ecclesiæ Romane Episcopo, Antichristus esse conuincatur. Quòd si vacaret mihi per alias vocationis meæ occupationes, & liberet bonas horas perdere, ac sententias Patrum, à Iesuita isto libro suo contra me scripto, citatas, suo quasque loco inuestigare, & examinare: minimè dubito, quin eandem fidem in illo viro non vero Israëlita, sed Ismaëlita, esse inuenturus. Sed non ita ocio abundo: pergamus ergò in instituto. Quòd igitur dicit, se interrogasse Maiores, & Patres de semitis antiquis, ad quos Scriptura sacra eum duxerit: Agnosco verba Moïsis, & Prophetæ Ieremiæ: sed eadem fide adducta, qua Gregorij sententia. Non enim vel Moses, & Ieremias, vel alibi Scriptura sacra, Ecclesiam ad scriptores Ecclesiasticos, quos Patres vocant, audiendos ablegant, vt ab illis veritatem, vel Ecclesiam cognoscere discamus. De his enim verbum in Scriptura sacra nullum. Sed ad sanctos Patriarchas, & prophetas populi Dei, Euangelistas, & Apostolos eorumque scripta, super quorum fundamentum ædificata est Ecclesia: in omnibus dubijs, & controuersis ablegamur. Idque non solum à Christo, qui vult nos scrutari scripturas, in quibus viam ad vitam æternam discamus, & Mosen ac Prophetas audire, quos & interpretatur suis discipulis, ex eisdem edocens scitu de se necessaria. Et interrogatus, ac disputans de controuersis Religionis, ex illis respondet, aduersariis osque conuincit. Sed etiam ab ipsismet Patribus. Quòd enim addit: Si legisset Tubingensis Vincentij Lyrinensis libellum &c. si quoque legisset D. Augustinum, haberet exploratum, non solum quantum ille Patribus honorem detulerit, sed etiam quem admodum sancti Patres in rebus fidei controuersis, sine integri, & incorrupti Iudices: si porro consulisset Basilium Magnum &c. si denique perpendisset quando legit Socratem, quantum ipse quoque

Deut. 32.
Ier. 6.

Iohan. 5.
Luc. 16.
Ibid. ultimo.

cc. 14. in b. supra
cc. 10. supra
cc. 11. supra

Refutatio defensionis

1. Theodosius Imperator Catholicissimus, eis tribuerit &c. Veritas
2. fortassis aduersarius de Patrum autoritate, requirit Sacrae scripturae
3. testimonia: Audiat ergo Christum de Patribus sic nobis praecipien-
tem. Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Et legis-
se me patres, & quidem diligenter, ac cum iudicio, melius quam
meum aduersarium, quantumque sibi & alijs Patribus tribuerint, in
eis me reperisse, nae breui faciam, vt intelligat lesuita. Et primum
quidem quod ad Lyrinensem attinet, etsi durum hoc eis videatur:
tamen verum est, non tantam esse illius in vera filij Dei Ecclesia auto-
ritatem, vt fides illius sit habenda dictis, nisi firmis Scripturae sacrae
testimonijs sit iussulta. Hic enim dicit quidem, duplici modo mu-
tendam esse fidem aduersus Haereticorum fraudes, primo scilicet
diuinae legis autoritate, tum deinde Ecclesiae Catholicae traditione.
Deinde rationem inquirens, quare Canon scripturarum, cum per-
fectus sit, non tamen ad omnia satis superque sufficiat (sic enim Pon-
tificij ipsi eius verba referunt) & quid opus sit vt ei iungatur Ec-
clesiae intelligentis autoritas: sic responderet: Quia videlicet Scriptu-
ram sacram, pro ipsa sui altitudine, non vno eodemque sensu accipi-
unt. Idcirco necesse est, vt Propheticae, & Apostolicae interpreta-
tionis linea, secundum Ecclesiasticam, & Catholicam sensus normam
dirigatur. Hadenus ille, sed quid magis praeposterum aut peruer-
sum hac Lyrinensis opinione, vt non immerito quis, delirante eum
dicere posset, si, n. perfectus est scripturarum Canon, sicuti est, quor-
sum opus erit traditione? An non enim hac ratione imperfectio-
nis Scriptura arguetur? Item, an non vnus & perpetuus est Scri-
pturae sacrae sensus? Et quidem ille ipse, quem litera & grammatica
secum affert? An ne scriptura id sonare cogitur, quod Patres vo-
lunt: Et non potius contra, Patrum omnia scripta, secundum Scri-
pturam canonicam iudicanda? An etiam aliquis esse potest Ecclesi-
asticus, et Catholicus sensus, qui Propheticae & Apostolicae scriptu-
ris non sit manifeste expressus, de rebus ad salutem cognitu necessa-
rijs? Nec enim ad ea, quae saluti sunt necessaria, tanta in Scripturis
sacris peruenitur difficultate, inquit Augustinus. Qui etiam ab uno
de docet, vnde controuersiae Religionis Ecclesiasticae sint diiudican-
dae: ex Patribus ne, an vero ipsa scriptura sacra? Ita enim scribit:
Ista controuersia Iudicem quaerit. Iudicet ergo Christus, & cui rei
mors eius profecerit, ipse dicat. Hic est, inquit, sanguis meus, qui
pro multis effunderetur in remissionem peccatorum. Iudicet cum
illo & Apostolus, quia & in Apostolo ipso loquitur Christus. Cla-
mar, & dicit de DEO Patre: Quia proprio filio non pepercit, sed
pro nobis omnibus tradidit illum. Puto quod ita dicat, Chri-
stus

August. de nuptijs
& concupiscentia
lib. 22. cap. 33.

scum pro nobis omnibus traditum, vt in hac causa parvuli non separentur a nobis. Quibus verbis D. Augustinus non Patres, sed Christum, & Apostolum eius Paulum, Iudices constituit, qui per verbum, & scripturam sacram, sententiam pronuntient, & controuersiam diiudicent. Idem alibi. Sed vt dicere coeperam, non audiamus, Hæc dico, hæc dicis, sed audiamus: Hæc dicit DOMINVS. sunt certe libri Dominici, quorum autoritati vtrique consentimus, vtrique credimus, vtrique seruiamus. Ibi quæratum Ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram. Ibidem: Auferantur ergo illa de medio, quæ aduersus nos inuicem, non ex diuinis Canonicis libris, sed aliunde recitamus. Quærat fortasse aliquis, & dicat mihi: Cur ergo vis ista auferi de medio, quando communio tua, etiam si proferantur, inuicta est? Quia nolo humanis documentis, sed diuinis Oraculis sanctam Ecclesiam demonstrari. Et iterum: Nec tu mihi quos nominas, ex Euangelio legis, Nec ego quos nominas, ex Euangelio lego, Auferantur de medio chartæ nostræ, procedat in medium Codex DEI. Audi Christum dicentem, audi veritatem loquentem. Et idem: Ego vocem Pastoris inquirō. Lege mihi de Prophetâ, lege mihi de Psalmo, recita de Lege, recita de Euangelio, recita de Apostolo: Inde ego recito, Ecclesiam toto orbe diffusam, & Dominum dicentem: Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Auferantur chartæ humanæ, sonent voces diuinæ. Idem: Qui (libri Patrum) non præcipiendi autoritate, sed proficiendi exercitatione scribuntur a nobis. Quod genus literarum, non cum credendi necessitate, sed CVM IUDICANDI LIBERTATE legendum est. Distincta est a posteriorum libris, excellentia Canonice autoritatis veteris, & Noui Testamenti: sed nullo modo illi sacratissimarum Canonicarum scripturarum excellentiæ coæquantur. Etiam in quibuscunque eorum inuenitur eadem veritas, longè tamen est impar autoritas. Et paulo post: Tamen liberum ibi habet lector audi torue iudicium, quo vel approbet quod placuerit, vel improbet quod offenderit. SI DISPLICVERIT, AVT CREDERE NOLVERIT, NON REPRÆHENDITVR. Et idem alibi: Ego huius (Cypriani) autoritate non teneor. QVIA LITERAS CYPRIANI NON VT CANONICAS HABEO, SED EAS EX CANONICIS CONSIDERO. Et quod in eis diuinarum scripturarum autoritati congruit, cum laude eius accipio. Quod autem non congruit, cum pace eius respuo. Ibidem: Nunc verò, quoniam Canonicum non est, quod rectas: ea libertate, ad quam nos vocauit Dominus, eius viri, quod aliter sapuit, non accipio.

Ibidem lib. de vnit
tate Ecclesie
cap. 3.

Ibidem Enarr: in
Psalum 57.

Idem lib. de Passio
nibus caput 14.

Idem con. Faust.
Manich. lib. 11.
cap. 5.

Idem contra Cre
scentium Gram.
lib. 2, cap. 32.

Et mox

Refutatio defensionis

Et mox: Quapropter ita hæc Cypriani non accipio, quamuis inferior incomparabiliter Cypriano, sicut illud Petri Apostoli, quod gentes Iudaizare cogebat, nec facio, quamuis inferior incomparabiliter Petro. Talibus innumeris sententijs libri Augustini sunt referti, quas nimis foret prolixum recensere. Consului & Basilium, & legi, ad Scripturam sacram eum nos reuocantem. In hæc enim verba scribit: Quis verò expendendi modus iustior fuerit, quam ut doctrinis à SPIRITV nobis datis, orationem comparantes, QVOD QVIDEM ILLIS CONSONVM REPRÆBEMVS, ID SVSCIPIAMVS: EIVERO QVOD CONTRARIE SE HABET, FIDEM DEROGEMVS: & velut hostem, id ipsum fugiamus. Primum itaque illud ostendat, qui sanctigenituram, & creaturam Christum appellarunt, Quas Scripturæ voces habeat ad demonstrationem. Et idem iterum: Non putamus iustum esse, apud ipsos obrinentem consuetudinem, legem & regulam facere rectæ doctrinæ. Si enim fortis res est ad rectitudinis demonstrationem ipsa consuetudo: oportet & nos continuo illos sequi. Igitur Scriptura diuinitus inspirata, arbiter à nobis constituatur: & apud quos inuenta fuerint dogmata diuinis sermonibus concordantia, his omnino etiam veritatis suffragium accedet. Perpendi etiam historiam Socratis, non iam primum monente Iesuita, sed ante multos annos: in qua scribit, Constantinum Magnum suam auctoritatem interpoluisse, ac Episcopos & Patres Concilij Nicæni, ad mutuam cohortatum concordiam: & intestina illorum bella ac dissensiones, exultis non modo libellis eorum sibi oblatis, sed prolixa etiam oratione pietatis plena, composuisse ac reconciliasse. Quæ eadem Nicæni Concilij Acta, Historia quoque Tripartita describitur: quam legi, & inueni Constantinum verè Magnum, primum Christianum Imperatorem, qui etiam primum coëgit Concilium trecentorum & octodecim Patrum, normam & regulam illis præscripsisse, quam in controuersia ab Arrio de Filij DEI diuinitate moram, dijudicanda, obseruare ac sequi deberent, ac dixisse. Euangelici enim libri sunt, & Apostolici, antiquorumque Prophetarum sanctiones, qui nos erudiant quid de Sacra lege sapiamus. Expellentes igitur hostile certamen, ex verbis diuinitus inspiratis, solutionem Quæstionum mente percipiamus. His autem etiam loco addendus est Chrysostronus, qui ita dicit: Quomodo igitur gradientur per angustam viam? Ne igitur multorum opinioniones habeamus, sed res ipsas inquiramus. Quomodo autem

non

Basiliius contra
Eunomij Apole-
get: Luciforio
lib. 2.

Idem Epistol. 80.

Socrates lib. 1.
cap. 8.

Historia Tripart.
lib. 2. cap. 5.

Et non Rom. Pon-
tifex vt isti nugan-
tur,

Chrysostr. in 2. secun-
da ad Corinth. ho-
milia 13. in fine.

non absurdum propter pecunias alijs non credere, sed ipsas numerare, & supputare: Prorebus autem amptioribus aliorum sententiam sequi simpliciter, præsertim, cum habeamus OMNIUM EXACTISSIMAM TRUTINAM, ET GNOMONEM, ET REGULAM, DIVINARVM inquam LEGVM ASSERTIONEM. Ideo obsecro & oro omnes vos, vt relinquaris quidnam huic vel illi videatur: deque his à scripturis hæc omnia inquiretes & veras diuitias discentes, eas sectemur, vt æterna bona allequamur.

Quod porro ad Theodosium attinet, qui consilia communicat cum Nectario Episcopo: Qua nam ratione Ecclesia vniatur. Hic autem vsus consilio Lectoris Sisinnij, Quæstionem proponi curat ab Imperatore Theodosio Arrianis: Quo loco Doctores habeant, qui ante Arrium fuerunt? Num eorum recipere velint authoritatem, nec ne? Ratio ibidem additur, quam reticet hoc loco Iesuita. Quoniam, inquit Socrates, sciebat ille (Sisinnius) Veteres initium Essentiæ Filio Dei dare noluisse: eò quod intellexerint, eum coæternum esse Patri. Hactenus ille. Sed vnde, quæso te Iesuita, intellexerunt Patres hoc? nonne ex Scriptura sacra? Vnde &, vt demonstratum est, Constantinus Magnus Quæstionum solutionem petendam esse docuit.

Quod ad Christi sententiam attinet, ea quoque non propriè est à Iesuita citata. Loquitur enim Christus cum Apostolis, eosque doctores totius orbis Christiani constituit, hos vult audiri. Hi porro non ita defuncti sunt suo docendi munere, dum in terris agerent, vt viua tantum voce doctrinam de Christo spargerent, sed id Euangelium, inquit Irenæus, quod præconiauerunt, postea per Dei voluntatem nobis in scripturis tradiderunt, fundamentum, & columnam fidei nostræ. Atque ita etiamnum hodie eos doctores nostros agnoicimus, audimus, & controuersiarum Iudices in suis scriptis, per quæ semper loquuntur vsq; ad mundi finem, constituimus. Imò & in extremo iudicio secundum eorū doctrinam, in qua voces decisivæ omnium controuersiarum habentur, summus Iudex viuorum & mortuorum finalem pronuntiabit sententiam: Christo ipso hoc affirmante: Vnde & Ecclesia de Apostolis canit: O vos seculi Iudices. Hi verè incorrupti sunt iudices, affectibus carentes: hos nobis audiendos mandat saluator noster: NON PATRES ALIOS, qui non semper bene in scriptura sacra audiunt: Patres tui (inquit Esaias) peccauerunt, & interpretes vel doctores tui præuaricati sunt primi. An verò tu Iesuita,

Irenæus lib. 3. cap. 1.

Luce 22.

Esai. 49.

Refutatio defensionis

putas maiora & illustriora Patres accepisse Spiritus sancti dona, quam Apostolos? Et hos obscurius scripsisse, quam illos? Num DEVS & mentis & cordis & linguæ artifex, discretè loqui non potest? Imo vero summa prouidentia facit carere voluit ea, quæ diuina sunt, vt omnes intelligerent, quæ ipse omnibus loquebatur. Sic & de Apostolis constat, quòd in doctrina non errauerint. De Patribus verò non immeritò dubitatur, Imò certum est errasse, quòd non dissententur ipsi. Augustinus enim ita de se scribit: Vos autem si me talem asseritis, vt me nusquam meorum scriptorum errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscipietis. Facile in ea me ipso iudice superamini. Idem alibi dicit, se libros Retractationum scribere, & addit: Quandoquidem arrogantius loquor quam verius, si vel nunc dico me ad perfectionem, sine vilo errore, iam in ista ætate peruenisse. Et iterum: Neque vilo modo meas literas ab omni errato liberis audeo vel putare, vel dicere. In quam sententiam & Erasmus scribit: An hoc agitur, ne quis putet, in veterum libris esse quicquam erroris? Atqui laetere, vt aiunt, lauerit, quisquis istuc conetur. Hanc felicitatem DEVS solis diuinis voluminibus peculiarem esse voluit. Alioqui nemo, quantumuis eruditus & oculatus, non labitur, non cœcutit alicubi, videlicet vt omnes meminerint, homines esse, vt à nobis cum delectu & iudicio, simulque cum venia legantur, vt homines. Hactenus ille. Quæ omnia non hoc à me scribuntur consilio, quòd Patres contemnam, aut abijciam. Reuerentior enim illorum caniciem? & tantum illis tribuo, quantum ipsi sibi tribui volunt: sed vt ex illis ipsis docerem, & probarem, non à Scriptura sacra ad Patres, multò minus verò ad Pontificem Romanum, eius Cardinales, et Episcopos, quos Apostolorum successores falso Iesuita nominat, prouocandum, & confugiendum, & hos controuersiarum iudices designandos. Hoc enim esset, à DEO ad homines, à fontibus viuis & salutaribus Israëlitis, ad cisternas, aquas continere non valentes, à luce ad tenebras, à veritate ad errores & mendacia (omnis enim homo mendax) remittere. Sed contra potius, à Patribus ad scripturas sacras, docente & iubente filio DEI, ad Moysen, Prophetas, Psalms, Euangelistas & Apostolos iudices appellandum, hinc causas disceptandas, discutiendas & determinandas.

- 22 Eadem fide asserit Iesuita: Nec boni consulit ille (Tubingenfis)
 23 quòd veram Christi militantem in terris Ecclesiam agnoscimus,
 24 reueremur, & populo Dei commendamus: quam tamen nobis
 25 audiendam præcepit Christus, Ego vero insignem mihi fieri à
 Iesuita

Kaſtantius

August. Episto. 7.

Idem de bono perſeuerantia, cap. 21.

August de Baptifmo contra Donatistas lib. 5. cap. 7.
Erasmus Epistola Dedicat, in Hilari-

Pal. 176

Iesuita Injuriam affirmo : meque veram Christi in terris Ecclesiam venerari, eiusque membrum esse profiteor, & cum regio Plake ex animo dico : Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea ad atria Domini. Cor meum & caro mea, exultauerunt ad Deum viuum. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Quia melior est dies vna in atrijs tuis, super millia. Elegi abiectus esse in limine in domo Dei mei, magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Psal. 84.

Hæc Dei Ecclesia, sed non Iesuitica (verū est quod dicit Iesuita,) Hæreseis damnat omnes: Sed non propria sua authoritate, verum per Dei verbum, in quo omnes Hæreseis, antequam nascantur, damnatæ sunt. Ecclesiam autem Romanam, hanc Catholicam esse, ciuitatem Dei inexpugnabilem, id verò pernegamus, sed malignam, Antichristianam, & Sathanæ synagogam pronunciamus. Quod à Deo vero, à verbo ipsius prior defecerit, idque, vnà cum sacramentis diuinitus institutis, corruerit, Idololatriam manifestissimam contra verbum Dei defendat, mortuos inuocans homines. Quod & in Disputatione probatum est, & in progressu amplius, Deo iuuante demonstrabimus. Ideoque hanc perfectio odio odimus, ab eaque Babylone ad mandatum Dei, exiuimus, cauentes nobis à Pseudoprophetis, & Idola fugientes. Quod igitur dicit Romanam Ecclesiam à Christo per Apostolos inchoatam, & hætenus per eorum legitimos successores auctam, propagatam, & conseruatam, In eaque sola, verum esse Dei cultum, veram fidem, veritatem Catholicam, legitimum Sacramentorum vsum, purum Dei verbū, veramque scripturarum intelligentiam. Hæc omnia falsissima esse, nihil quod horū probari ex scriptura sacra posse, affirmimus.

ce
ce
ce
ce
ce

Ex ratione enim temporis, & annorum, qui à Diuo Paulo in Epistolis eius sunt annotati, colligitur, anno conuersionis ipsius decimo octauo, Petrum adhuc fuisse Hierosolymis, vbi eum Paulus reperit doctorem Iudeorum. Postea dicitur Petrus Antiochie septem annis sedisse, vnde festum Cathedræ Petri. Quæ si vera sunt, sequitur Petrum non vltra duodecim, & sic postremos tantum vitæ suæ annos, Romæ fuisse. Vnde amplius colligitur, nec Petrum, nec Paulum fundamenta Ecclesiæ Romanæ iecisse. Scripsit enim Apostolus Paulus Epistolam ad Romanos, antequam ad eos peruenisset Corintho, (quò venit anno conuersionis sue decimo octauo,) in cuius initio, annunciari dicit fidem tum illorū in vniuerso mundo. Quo tempore Petrus adhuc fuit Hierosolymis, Gal. 2. Ita vt dubium sit, à quo Romana Ecclesia fuerit fundata.

Gal. 1. 2.

Rom. 2.

Refutatio defensionis

Sed parum ad pietatem interest, quis primus illius fuerit doctor, & fundamenta Religionis iecerit. Vna enim est & eadem doctrina Euangelij, à quocunque sincere doceatur: nec vlla prærogativa ex persona (quam Deus non respicit) docentis, Ecclesie accedit. Quod tamen Pontificij vehementer vrgent, & contendunt. Cum multæ interierint Ecclesie ab utroque Apostolo fundatæ. Inter quas etiam inprimis numeramus Romanam Pontificiam, quam tamen Iesuita hic, vt audiimus, multis prædicat nominibus, de
” quibus suo dicitur loco. Quibus addit, quod sola pulchra sit, in
” qua macula non sit vlla, sola Christi sponsa, & prorsus nulla alia.
” Ego verò incredulus Thomas valde dubito, & adduci non possum, vt credam Romanam esse adeo pulchram, vt macula in ea non sit, præsertim quòd per omnem meam vitam audierim, quòd & in prouerbiū abijt (quod certè non oritur de nihilo:) Quo propior Roma, eò peior Christianus. Et illud alterum similiter, Quòd qui Romam proficiscatur, primò quærat nequam. Secunda vice eò se conferens, inueniat illum. Tertia, reportet secum. Si verò docilis sit, prima vice hæc tria omnia consequatur. Præterea audiui, quòd multorum ore celebratur, aliquando Iudæum ad Religionem Christianam conuertendum, priusquam sacris nostris initiaretur, omnino prius Romam proficisci voluisse. Postquam vero inde redisset, professum esse, Christianorum Deum esse optimum Deum. Interrogatus causam, respondit, quòd ferre posset in sede sancta, tanta, tam horrenda flagitia, scelera & abominaciones. Et sic, castissima virgo, ante partum, in partu, & post partum. Quòd si Iesuita nec Romæ vnquam fuit, nec horum quicquam vnquam audiuit: audiat saltem Poëtam Pontificium, cui notiores iuere Aulæ Romanæ mores, vtpote Romæ viciniori, Mantuanum dico, quomodo is Ecclesie pulchritudinem Romanæ, & castitatem eius, coloribus suis genuinis depingat.

Petriq; domus polluta fluente

*Marcessit luxu. Nulla hic arcana reuelo,
Non ignota loquor, liceat vulgata referre.
Sic vrbes populiq; ferunt, ea fama per omnem,
Iam vetus, Euripam, mores extirpat honestos.
Sanctus ager scurris, venerabilis ara Cynedie*

Seruit,

*Seruit, honoranda Diuūm Ganymedibus ades.
Quid miramur opes reciduaq̄ surgere lecta?
Thuris odorati globulos, & Cinnama vendit
Mollis Arabs, Tyrij vestes: venalia nobis
Templa, Sacerdotes, altaria, sacra, coronæ,
Ignes, thura, cælum esse venale, Deusq̄.*

*Hæc sancta, casta, immaculata, sola pulchra, sola Christi sponsa,
Romana est Ecclesia.*

Quod si iam singulorum Pontificum Romanorum virtutes, ex rerum scriptoribus atque historicis recensere vellem, tempus me citius deficeret, quam materia profligatæ, turpissimæque illorum vitæ, ac scelerum nephandorum. Ut quod de Alexandro eius nominis sexto, qui præfuit, vel obfuit potius, sedi Romanæ, Anno 1490. epigrammate iam olim scriptum est.

*Hoc iacet in tumulo Lucretia nomine, sed re
Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.*

*Et alio, Humana iura, nec minus coelestia, Ipsosque sustulit Deo.
os. Item alio. Lapis hic contegit omne scelus.*

Et paulo ante hunc, Anno 1471. Sixtus turpissimus fuit Leno: qui, vt refert Agrippa declamatione sua ad Lauonienſes, Romæ nobile admodum extruxit lupanar, idque vtrique assignauit Veneri, meretricumque cohortes, vt ex quaestu meretricio, non nihil accumularet suo arario emolumentum, aluit. Et vt refert VVesselus Groningensis, Lux mundi dictus, tractatu de Indulgentijs Pontif. concessit suorum nepotum Cardinalium domesticæ familiæ, vt tribus anni mensibus, Iunio, Iulio, & Augusto, masculino coitu frui liceret, cū hac clausula, Fiat vt peritur. Faceo iam magiam, taceo Simoniam, plerisque vsitatam, & alia atrociam criminatam. Hæc scilicet sine macula est Ecclesia Romana. A qua sodomitica meretrice omnium turpissima, Babylonia illa, nos defecisse, discississe, separasse mandato Christi, eiusque Apostoli, tantum abest vt nos pigeat, pudeat, poeniteat: quin insuper, Deo patri coelesti nos nunquam dignas posse persolvere grates, pro hoc ingenti beneficio, profiteamur, quod nobis turpitudinem huius scorti, & prostibuli, quæ alias fuit, vt Mantuanus testatur, per totam Europam, publica voce & fama decanata, patefecerit. Sed hæc tot & tanta, quæ de Pontificibus Romanis, ex historijs fide dignis diximus:

Refutatio defensionis

personarum vicia esse Iesuita dicit, sat scio. Cæterū, quod ad fidem ac Religionem, hanc semper sinceram, incorruptam, sanctam, illibatam, & inuolatam in Ecclesia Ro. permanisse. Quia super petram firmā ædificara. Audio quid dicatur, sed quomodo probetur non video. Sed audi tu quoque vicissim, ego quid dicam. Sed non ego dicam, me enim non audiet. Alij ergo quid dicant, qui ἀντισταί, & pars papatus nō minima fuere, audi Iesuita. Franciscus Petrarcha Florentinus, natus est anno 1304. magnæ dignitatis vir, & clarissimus Archidiaconus Parmæ, & Canonicus Patavinus, & si voluisset Pontifici Ro. Benedicto 12. in re turpi admodum gratificari, more aliorū, Cardinalis Ecclesiæ Ro. factus fuisset. Is ergo in Italicis quæ eius extant plurima, quibus & acerrimè Romanam insectatur Ecclesiam, inter reliqua ait, eam esse errorū scholam, & Hæreseos templum. Curiam porrò Romanam describens, inter cætera ait: Audire nunc mendaces linguas, spectare membranas vero vacuas, & pendentem plumbulo versas, in retia, quibus in nomine eodem (Christi) sed in operibus Belial, credula Christianorum turba concluditur, vt mox squam is exuta, curarum flammis, & desolata torijs carbonibus exuratur, auari ventris expletura voraginem. Idem. Vifa loquor, non audita: noui expertus, vt nulla ibi (Babylone) pietas, nulla charitas, nulla fides, nulla Dei reuerentia, nullus timor, nihil sancti, nihil iusti, nihil æqui, nihil pensi, nihil denique vel humani amor, pudor, decor, candior inde exulant. De veritate quidem scio. Nam quis vsq; vero locus, vbi omnia mendacijs plena sunt, aër, terra, domus, turres, vici, atria, porticus, vestibula, aulae, thalami, rectorum laquearia, murorū rimulæ, diuersoria ædium, penetralia templorū, iudicium subsellia, Pontificium sedes: ad postremum ora hominum, nutus, gestus, voces, frontes, animi. Quid ais? An mentior, an verò de mendacijs verum loquor? Si illic fuisti, & nullo tuo maiori negotio distractus, in nephariam illam scelerum scenā, acumen ingenij, atq; oculos intendisti, alium Iudicem non optabo, quàm scilicet omnia ibi virtute, veroque sint vacua, plena criminibus, plena fallacijs, plena fucis, plena peisimis artibus, &c. Idem. Si Christū colis, quod semper religiosissimè fecisti, conspecta hostium eius impietas, magnum pietati, & fidei tuæ calcar adiciet. Vides enim populum, non modo Christi aduersarium, sed quod est grauius, sub Christi vexillo, rebellantem Christo, militantem Sathanæ, & Christi sanguine tumidum, lasciuientem, & dicentem: Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? Confert eos postea Iudæ Ischariotæ, qui osculo Christum tradidit: & Iudæis, qui illudebant illi, saluantes, Aue Rex Iudæorum: & addit: Quid enim, quid oro, aliud assidue geritur hos inter Christi hostes, & nos

Ariema

Franciscus Petrar-
ska.

Epistola 5.

Edem Epistola 14.

Babylon Romanam
intellegit.

Id. Epist. 17.

Populum hic, abus
sive pro vulgo Sa-
cerdotum accipit,
quod ex sequenti-
bus apparet.

Tri temporis Pharisæos: Nonne etiam Christum ipsum, cuius nomine die ac nocte altissimis laudibus attollunt, quem purpura atque auro vestiunt, quem gemis onerant, quem salutant, & adorant cernui: eundem in terra emunt, vendunt, nundinantur eundem, quasi velatis oculis non visurum, & impiarum opum vepribus coronant, & impurissimi oris sputis inquinant, & vipereis sibilis infestantur, & venenatorum ætuum cuspide feriunt, & quantum in eis est, illusum, nudum, inopem, flagellatum, iterum atque iterum in Caluariam trahunt, ac nefandis assensibus, cruci rursus affigunt. Et o pudor, o dolor, o indignitas, talium hodie Roma est. Et idem iterum, illa te Babylon traxit, illa te detinet: durum, sed ferendum, Loci natura est, omne bonum ibi perditur, sed primum omnium libertas, mox ex ordine quies, gaudium, spes, fides, charitas, animæ iacturæ ingentes: sed in regno avaritiæ nihil damno adscribitur, modo pecunia salua sit. Futuræ vitæ ibi spes, inanis quædam fabula: & quæ de inferis narrantur, fabulosa omnia: Resurrectio carnis, & mundi finis, & Christus ad iudicium venturus, inter nœnias habent veritas ibi dementia est: abstinencia verò rusticitas, pudicitia probrum. Ingens denique peccandi licentia, magnanimitas, & libertas eximia: & quo pollucior, eò clarior vita: quò plus scelerum, eò plus gloriæ: bonum nomen, cæno vilius: atque vltima mercium, fama est. Et postea, Samosa dicam, an infamis meretrix, fornicata cum Regibus terræ: illa quidem ipsa es, quam in spiritu sacer vidit Euangelista, illa eadem inquam es, non alta, sedens super aquas multas, siue ad literam, tribus cincta fluminibus &c. Habes Iesuita glossam & interpretationem ex ordij tui, de Dracone magno & russo, in Apocalypsi. Idem enim is est, quæ meretrix illa magna. Sicut in eadem Epistola Petrarcha dicit, Et certè quod sequitur, tibi vni Romani & Pontifici Romæ, conuenit, non alij. Babylon mater fornicationum, & abominationum terræ, mater impia partuum pessimorum. Quando quicquid vsquam terrarum abominabile, quicquid fornicationum ex te prodit: & cum semper parias, semper tunces, & taliū plenus, & grauidus tuus vterus est. Si nunc quoque dissimulas, audi reliqua. Et vidi (inquit) mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine Martyrum Iesu. Quid files? Aut aliam hoc sanguine ebriam ostende, aut omnino si potes, te hanc ebriam nega. Vera enim Euangelistæ, & Apostoli visio: qui site in spiritu videns, miratus est admiratione magna: quanta nos admiratione perfundimur, qui aperte oculis te videmus, ex omnibus quidem fornicationibus tuis, de quibus hiberunt omnes gentes, & Reges terræ, & ex omnibus abominationibus, quid expectas? nisi quod Iohannes idem ait: Cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorum. Nota sunt quæ sequuntur.

Id. Epistola 14.

Verè

Refutatio defensionis

Id. Epist. 19.

Vere iam talis facta es, quanto enim HOMO PERDITVS, & deperata nequitia, dæmone melior? Vere habitatio, imò REGNUM DÆMONVM facta es, qui suis artibus, humana licet effugie, in te regnant. Et in alia Epitola. Nulla vnquam te mala cupiditas tangat, vt illos PRINCIPES TENEBRARVM rursus adeas, quos cum suis opibus, suisque flagitijs, dii, dæque omnes, imò vero Deorum Deus, viuos ac mortuos male perdat, qui coelestis agni sanguine saginati, calcitrant, ac rebellant: eò me (mirum) meus ille nunc euocat, quo te præsentè persuadere mihi non potuit, vt venirem: ille mihi hortator est fidus quidem, sed improvidus, vt in Babylone viuere elegim, ac mori. Cur autem, siue ad quid? vt videam bonos mergi? malos erigi? reptare aquilas & asinos volare? vulpes in curribus? coruos in turribus? columbos in sterquilinio? liberos lupos & agnos in vinculis? CHRISTVM denique BXLVLEM? ANTICHRISTVM DOMINVM? BEELZEBVB Iudicem? Ad hæc spectacula reuocor, non audiam, male mihi cum illis, male illis mecum conuenit; o crudelis & impia SECTA hominum, nil nisi se ipsos amantium, idque ipsum peruerse prorsus, ac nephariè. Quis releuabit oppressum orbem? Quis vindicabit afflictam urbem? Quis euerfos mores reformabit? Quis colliget sparsas oues? Quis pastores erroneos arguet? Quis reducet, aut retrahet in sedem suam? Nullus ne licentiæ ac icelerum modus erit? An frustra per Prophetam Spiritus sanctus intonuit? Hæc fecisti, & tacui; existimasti inique, quod ero tui similis &c. Intelligite, inquam, vobis loquitur, Dei hostes, intelligite: surdis loquitur sopitisque: nunquam intelligent, nisi horrendo tonitru. Sed quoniam tonuisse non sufficit, triuulco fulmine experrecti &c. Verum hætenus satis ex Petrarcha. Ex quibus apparet, eum Pontificem Rom. & Ecclesiam Romanam, non solum propter mores corruptissimos exagitasse: sed etiam propter Impietatem summam, quod Christum cum sua doctrina, Religione, fide, & pietate profligarint, damnasse, ac Diabolo tradidisse, cum aperte Antichristum vocet, dæmonum regnum, Principes tenebrarum, Beelzebub Iudicem illic, Et sic fidei Articulos, de Christo omnes rideri, ac pro meris haberi fabulis.

Lutherus.

Hæc ergo est Ecclesia illa Romana, casta virgo, sine ruga, tota pulchra, in qua macula non est, vt canit Iesuita. Sed aliud cecinit Petrarcha, qui in Capitolio Romæ maxima cum gloria Lauream accepit: postea vero propter hanc suam dicendi libertatem, ab inquisitore hæreticæ prauitatis Dominicastro, Monacho

Solf

Sollipodio cognomine, tanquam Hæreticus est diuexatus. Cum tamen non audita, sed tantum visa se loqui testetur. Postea multa congerit Iesuita, simulque corey smum suum, & hic & in toto suo libro ingeminar, de Ecclesia Romana Catholica, ordinaria & legitima suorum Prælatorum successione, & de nostris dissensionibus, nos traque uocatione, ut sua loquacitate, verborumque inani strepitu, obruat, & obrundat incautum lectorem: suis uero cantilenam suauissimam & gratissimam decantet. Nam si cæcus est illius (Tubingensis) inquit, non Antichristi colluuiæ, sed vera est Christi Ecclesia, quemadmodum sibi persuadet: ostendat ex qua autoritate prodierit, edat originem illius Ecclesiæ, euoluat ordinem Episcoporum suorum, reddat originem cathedræ suæ, Constringat saltem aliquid, de successione sua. Sed nec quod constringat habet.

Hic in suo versatur regno Iesuita, sibi que de nobis quasi de uictis ac captis hostibus, quos constrictos tenet, triumphare serio videtur.

Verum Deo me bene iuuante, non solidum hoc erit ei gaudium: sed triumphum hunc imaginarium mox illi eripiemus. Non ignoramus, Patres de successione Apostolorum multa suo quodam consilio, & tum temporis fortè non inutiliter scripsisse contra Hæreticos: qui volebant esse membra Ecclesiæ Christi, & tamen à doctrina Apostolica defecerant, aliam huic contrariam afferentes. Hic docent ac probant per successionem ordinariam, semper hinè ab Apostolis in Ecclesia ita doctum esse, & hanc sonuisse doctrinam. Ad quam potissimum respiciunt, & prouocant in illa successionis descriptione: nedum ut à sola loci successione Ecclesiæ Christi veram æstiment. Sic enim uetustissimus scriptor Irenæus loquitur: Qui uero crediti sunt à multis esse presbyteri, feruiunt autem suis uoluptatibus, & non præponunt timorem Dei in cordibus suis, sed contumelijs agunt cæteros, & principalis consecutionis tumore elati sunt, & in absconsis male agunt: Ab omnibus igitur talibus abstinere oportet, adhærere uero ipsi, qui & APOSTOLORVM, sicut prædiximus, DOCTRINAM custodiunt, & cum Presbyterij ordine SERMONEM SANVM, & conuersationem sine offensa præstant, ad informationem & correctionem reliquorum. Hactenus ille.

Irenæus lib. 4.
cap. 44.

Et ut uideas Iesuita, nos, te uelle iuuare etiam ex Patribus: dicimus Tertullianum iubere Hæreticos originem suam per successionem Episcoporum ab Apostolis probare, quemadmodum

Tertullianus libro de præscriptionibus aduersus Hæreticos.

Refutatio defensionis

Regulæ veræ &
Apostolicæ suc-
cessionis.

Smyrneorum Ecclesia Polycarpum habeat à Ioanne Apostolo si-
bi commendatum. Conſingant, inquit, tale quid Hæretici, quid
enim illis post blasphemiam illicitum? Sed etsi conſinxerint, nihil
promouebunt. Ipla enim doctrina eorum cum Apostolica com-
parata, ex diuerſitate seu contrarierate ſua, pronuntiabit, non eſſe
Apoſtoli alicuius authoris, neque Apoſtoli. Et poſtea ibidem.
Ad hanc itaque formam prouocabuntur ab illis Eccleſiis, quæ li-
cet nullum ex Apoſtolis vel Apoſtolicis Authorem ſuum profe-
rant, vt multo poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur: ta-
men in eadem fide conſpirantes, non minus Apoſtolicæ deputan-
tur, pro conſanguinitate doctrinæ.

Hieronymus Epi-
ſtola ad Heliod. &
repetitur diſt. 40.

Hieronymus. Non ſanctorum filij ſunt, qui tenent loca ſan-
ctorum, ſed qui exercent opera eorum. Hæc Hieronymus. Ope-
ra autem ſanctorum Apoſtolorum, non tantum ſuere miracula,
aut pietatis exercitia: ſed præcipuum vocationis eorum officium
fuit, docere ea, quæ à Chriſto didicerant, Matth. & Marci vlti-
mo.

Auguſtinus con-
tra Petilian Do-
naſtiſt. parte cap.
26.

Argumenta Pon-
tificia refutantur.

Et D. Auguſtinus. SED VTRVM IPSI ECCLESIAM
TENEANT, NON NISI DIVINARVM SCRIPTURARVM
CANONICIS LIBRIS OSTENDAT. Quia nec nos
propterea dicimus nobis credi oportere, quia in Eccleſia Chriſti
ſumus. Quia ipſam quam tenemus commendauit Mileuitanus
Optatus, vel Mediolanenſis Ambroſius, vel alij innumerabiles no-
ſtræ communionis Epifcopi. Aut quia noſtrorum Collegarum
Concilij ipſa prædicata eſt, aut quia per totum orbem in locis
ſanctis, quæ frequentat noſtra communio, tanta miracula vel ex-
auditionum vel ſanitarum fiunt.

Recenſet idem D. Auguſtinus contra Epiftoſam fundamenti,
multa Eccleſiæ ſui temporis ornamenta præclara, quibus ſe in Cas-
tholica retineri affirmat. Inter quæ & Epifcoporum ſucceſſio-
nem enumerat. Quorum nullum eſſe apud Manichæos ait: ſed ſo-
lam veritatis pollicitationem. Quibus ſtatim ſubiicit: quæ qui-
dem, ſi tam manifeſta monſtratur, vt in dubium venire non poſ-
ſit, proponenda eſt omnibus rebus, quibus in Eccleſia teneor.

Et D. Chryſoſtomus, vt diſt. eadem 40. habetur. Videte ergo
fratres, quomodo ſedeatis ſuper cathedram. Quia non cathe-
dra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram. Non locus ſancti-
ficat hominem, ſed homo locum ſanctificat. Qui benè ſederit
ſuper cathedram, honorem accipit cathedræ; qui male ſederit, ini-
uriam facit cathedræ.

Ex quibus

Ex quibus omnibus & singulis Patrum testimonijs apparet, ab eis non tam loci & temporum, quam doctrinae Apostolicae successione, & quidem huius multo maxime nobis commendari. Nam quod ad loci successione, (vt quod Petrus Romae praedicasse à quibusdam scribitur: eius iam ideo successorem esse Pontificem Romanum, eiusdemque dignitatis, auctoritatis, potestatis) sciant Iesuita & Pontifici omnes, eam ad Euangelium Christi Ecclesiamque Noui Testamenti, in toto orbe dispersam, non pertinere admodum, nec necessario requiri. Nec vipsam à Christo in Nouo Testamento instituta. Sed esse carnale quiddam, Iohan. 1. sicut Apostolus testatur, filios Dei, & sic Ecclesiam quoque quae ex singulis Christi fidelibus constat, non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nasci. Quem Gal. 1. admodum Apostolus, inquit. Sed licet nos, aut Angelus de caelo euangelizet vobis, praeterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Et repetens immediate dicit. Sicut praediximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit praeter id quod accepistis, anathema sit. Successio igitur loci, etsi inde vsque à Petro nunquam fuisse interrupta probaretur; signum tamen est non Catholicae Christi, sed Pontificiae Romanae Ecclesiae: nequaquam conferenda Annae, Caiphae, cum toto Pharisaeorum collegio, successioni. Haec enim eorum ordinaria successio, diuina erat ordinatione instituta, in qua illi Aharoni succedebant, & ad eam populus Dei & Ecclesia erat alligata. Cuius rei nullum simile extat Dei in Nouo Testamento mandatum, & est impossibilis, Ecclesia per totum terrarum orbem dispersa, nec amplius Poliria certae gentis existente. Et nec tunc quidem illi ordinarij successores erant Ecclesia Dei, aut veri Aheronis successores, nisi in loco, sed nequaquam in doctrina, quam plane corruperant, & amiserant, Christum & Apostolos persequentes, damnantes, occidentes. Ideoque à Deo penitus sunt abiecti.

Nec enim Ecclesia similis est reliquis huius mundi regnis, quae ad certas familias, et ordinariam successione sunt alligata, in quibus Rex summum est caput, ius & potestate habens ferendi leges & interpretandi, secundum quas subditis omnibus necessario viuendum. At non sic in Ecclesia Christi, in qua non de rebus rationi humanae subiectis, vt in regnis huius mundi, sed de gloria Dei, de rebus ad aeternam animarum salutem pertinentibus, & quae supra captum rationis humanae sunt positae, quas Deus per verbum suum in Scripturis sacris patefecit, agitur. Hic Episcopi, Praelati, Doctores & Pastores etiam pñ, non sunt Dñi, vt Reges & principes, absolutam habentes pro arbi

Refutatio defensionis

trio suo statuendi & decernendi potestatem; sed serui sunt & ministri Ecclesiae, ac dispensatores Mysteriorum Dei, in quo officio Imitatam, ac certis legibus astrictam potestatem habent, alligati ad scripturam sacram, cui sua decreta consentanea esse doceant ac persuadeant, non autem vi cogant, aut gladio. Ad hanc normam nisi sua decreta quadrare demonstrare possint, non debetur illis obedientia, Nec sunt ipsi Ecclesia Dei.

Duplex igitur est in Ecclesia, Apostolorum successio. Vna in loco, quae nihil admodum ad rem facit, praesertim si sola sit, ut probatum est. Altera in doctrina Apostolica consistit, quae ubique cunq̄ue reperitur sincera, cum legitimo Sacramentorum usu, ubi veram esse Christi Ecclesiam, dubitandum est minimè. An tu enim, heus Iesuita, te appello, tuamq̄ue si quam habes, conscientiam; ubi inuenis in cætu aliquo doctrinam Apostolicam, hoc est, verbum Dei sincere praedicari, Sacramenta iuxta Christi institutionem administrari, clauium legitimum, vsum, non tyrannicè cum abulum, Ministros Ecclesiae pure verbum Dei sonantes, esse fide in spiritu & veritate vnum Deum Patrem per filium ipsius inuocari, honeste homines viuentes (quae apud nos Dei beneficentia esse, luculenter æquis Iudicibus demonstrare possumus) an, inquam, tu negabis illic veram Christi esse Ecclesiam? Sed sat scio, negaturum te esse, si scilicet vnum hoc illi desit, quod Romanum non agnoscat Pontificem, Christi vicarium, Petri successorem, & vniuersalis Ecclesiae caput vniuersale, nec ab eo Chriftina accipiant. Atqui hae nugae sunt, non modo nihil ad veram Christi Ecclesiam hodie facientes, sed prorsus illi aduersantes. Romanum enim vestrum Pontificem, vt scis, non pro Christi in terris vicario, sed pro Antichristo, pro lupo, non pastore agnoscimus, Quod saepe multumq̄ue à nostris euidenter est probatum.

Quae cum sic se habeant, Quod quaerit ex nobis, ex qua auctoritate prodierimus, & vt edamus Ecclesiae illius originem, Nulla vsus circuitione, planè & perspicuè respondeo. Credo Ecclesiam sanctam, Catholicam & Apostolicam semper omnibus temporibus, iuxta symboli hunc articulum, diuinitus mirabiliter conseruatam. Et intrepidè nomino cætum illum, qui sub Pontifice Romano fuit. Sicut olim tempore aduentus Christi, Annas, Caiphas, & reliqui impij sacerdotes, scribae & Pharisei, etsi fuerunt ordinarij sacerdotes, in legitima successione, atque populi Dei Praelati, tamen ipsi nihil minus erant quam vera Dei Ecclesia, eiusue membra vera & viua: sed sub ipsis, eorumque ministerio

erat

erat vera Dei Ecclesia. Ita Pontifex Romanus cum suis Cardinalibus, Episcopis, & Prælatibus ac Sacrificulis, sederunt in templo Dei, id est in Ecclesia Christi, sed non sunt aut fuerunt ipsi ea Dei Ecclesia: Verum extollitur ille supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ostentans se tanquam sit Deus. De quo etiam prædictum est, loquuturum esse grandia aduersus Deum, & occisurum sanctos altissimi. Quod si sedet in templo Dei, vera sub ipso Ecclesia fuit, veri sancti non defuerunt, quos occideret.

Sicut superioribus temporibus fuerunt, anno circiter Domini 1410. Henricus de Halsia Germanus, qui scripsit de Antichristo, & schismate, infectatus Legendas sanctorum, asserens multa in eius fabulosa & falsa contineri. Composuit & libellum contra insulas & noxias Monachorum rixas. Eodem tempore & Ioannes Hus in Bohemia, contra Romanum Antichristum docuit & scripsit: sed Constantiæ contra fidem publicè sibi datam, exustus est sanctus Martyr, à viris sanguinum & dolosis.

Anno 1430. Thomas Rhedonius (vt habet, Archiepiscopus

Antoninus) natione Gallus Carmelitarum ordinis, Magnus prædicator, cum pluribus annis per Franciam prædicasset cum maximo populorum concursu, magnas faciens commotiones IN BONVM, etsi non secundum scientiam. Docuerat enim fieri Romæ magnas abominationes, Ecclesiam magna indigere reformatione, Prælatibus more Christi & Apostolorum viuendum, iniustas Papæ execrationes non esse timendas. In salutem esse multarum animarum, si continere non valentes, nuptijs vt Græcorum more

Antoninus parte 3. titulo 22.

permitterentur. Cum essent tunc immundi, & illicito coitu macularentur, vbi cum vxore propria castitas esset. De quo & Mantuanus in hæc scribit verba: Thomas quidam Gallus, qui pristinum fidei feruorem adhuc in pectore fouebat, cum paucis in Italiam se contulit. Sic enim Deo visum est, vt ea regio, quæ cæteris omni munere præstat, hoc etiam virorum habeat ornamentum. Verum non solum Italiæ, sed etiam viro sancto Deus ipse consuluit. Illi enim dedit, cuius vitam posset imitari: isti verò purpurei diadema Martyrii. Nam dum bene beateque viueret, à quibusdam inuidis apud summum Pontificem capitis accersitur.

Mantuanus libro de vita beata, cap. vltimo,

Et post carcerem, post tormenta, post cruciatus, tandem cum nihil damnabile reperissent, grauius inuestigarunt: quod iure non poterunt, iniuria perficere fortiter accinguntur, & comburendum scelerato rogo commiserunt. Ah quo prorumpis efferate litore Sed tuum non illum occidisti: nequit enim anima extinguui. Sed illius

terrenum corpus violando, fecisti vt citius vita donaretur. Hulus
flammas non Scæuolæ rogo, sed Laurentij posse comparari, non
dubito. Dicant quicquid velint: obstrepant, clamitent, & infanti-
ant, ille summo viuit olympo. Sed multa de hoc viro silentio
præterui. Hactenus ille.

Sic & Florentiæ anno Domini 1499. exustus est conciona-
tor celeberrimus, Hieronymus Sauonarola, vir pietate & eruditio-
ne præstantissimus, cum aliquot socijs. Communionem sub vitra
que specie iste defendit, Indulgentias Papales damnauit, Papæ ex
communicationes non esse timendas dixit. Clauis docuit Ecce-
sæ toti, non vni Petro datas. Papam nec vitam nec doctrinam
Christi retinere asseruit, quod suis Indulgentijs & Traditionibus
plus, quàm Christi merito tribueret. Ideoque eum esse Antichri-
stum, veritatis assertor affirmauit. Negauit primatum Pape, eiusq;
Cardinalium atque omnium spiritualium sceleratam vitam, & of-
ficij neglectiorem grauissimè accusare est solitus.

Quæ ideo recensere visum est, vt quomodo sub Antichristo,
& doctores fuerint, qui syncerius docuerint: & sub eodem Ecclési-
am permanisse appareat. Nos igitur nec noua sumus, neque ex
noua orti, nati, aut propagati Ecclesia: sed ex veteri, vera, sancta,
Catholica & Apostolica, in eaque baptisati: quæ non quidem vos
estis Pontificij, sed sub vobis fuit, in qua & vos nati, & baptisati
estis, in eaque sedistis. Verum ab ea ad falsam Antichristianam
deficientes, non in ea perseueratis. Et si quæ dico, non intelligitis,
exemplo vobis declarabo. Israëlita & Iudæi olim populus Dei,
siue ipsius Ecclesia & semen Abraham electum erant. Nec alia natio
sub sole tum verè, sicut illi, de Ecclesia gloriari poterat. Hi ergo
in vera Dei Ecclesia nati, & circumcisi sunt, & qui in infantia sua
obierunt, absque villo dubio salui facti sunt. At postquam adoles-
uerunt, plerique Pontifices, Sacerdotes, & Laici, deserto vero Deo
Israël salutari, viro ac sponso suo, ad Baal, Astaroth, Molech, &
Ezech. 16 23.
Of. 1. 2. vide loca.
Ierem. 2.
alja dæmonia potius quàm Deos, defecerunt: cum quibus Pro-
phetis adulterari dicebantur, & tot colere Deos, quot habebant ciui-
tates, cum tamen illi nihilominus Deum Israël se honore afficere
profigerentur. Ideoq; hoc nomine Prophetas arguentes & damnan-
tes, occidebant: donec non solum vastata propter hæc regio ab-
ducerentur, & interficerentur, sed tandem etiam penitus excinderen-
tur, & a Deo abijcerentur, ne amplius populus eius sint, aut dicantur
etiam, sed excogati damnentur. Idem planè de vobis est iudicium.

Nos verò non solum in vera ac veteri Ecclesia Dei nati, baptisati, eiusque beneficio renati sumus, non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui, & permanentis in æternum: verum etiam hoc purum ac syncerum, inuitis ac contradicentibus vobis, ac omnibus inferorum portis repugnantibus, Deo propitio hætenus retinemus. Nec vllius erroris, aut hæreseos quisquam nos ex Scriptura sacra conuincere poterit, fremat licet Sathan, dentibus frendant, ac contabescant Iesuitæ, vociferetur mundus, calumnientur quicumq; possunt: gloriam hanc nunquam nobis eripient, nec palmam interuertent.

Hæc igitur o Iesuita, Ecclesia, quæ sponsa est Christi, & mater familias, ius, fas, et potestatem habet eligendi, & vocandi Ministros Ecclesiæ: quod Acta docent Apostolica. Non enim solus Petrus, tanquam Pontifex summus, nec soli Apostoli cum ipso, sed vnà cum illis, tota Ecclesia, quæ non viris tantum, sed etiam mulieribus constabat, Mathiam ad Apostolatum eligunt & vocant. Sic ibidem Diaconos septem eligit & vocat multitudo, hoc est Ecclesia, idq; Apostolorum mandato, quos confirmant Apostoli. Hoc Apostolorum diuina autoritate institutum, postea mansit in Ecclesia, sicut testatur Cyprianus, inquit: Plebs maximè potestatem habet, vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi: hæc enim optimè nouit vitam & mores cuiusq;. Idq; exemplis Ecclesiæ primitiue, & Apostolica probat autoritate.

Acto. 1.

Ibid. 6.

Cypria. lib. 1.
Epistola 4.

Quæ consuetudo multis seculis cum in alijs durauit Ecclesiis, tum etiam Romæ in electione Episcoporum. Sicut author est Eusebius Historiæ Ecclesiasticæ lib. 6. cap. 29. de electione Fabiani, Sic & Ambrosius nondum baptisatus, populi voce & clamore vnanimi, electus & vocatus est ad Episcopatum. Sic Nectarius prætor Constantinopoli, raptus à populo, ad Episcopatum eligitur, Socrates hist. Eccl. lib. 5. cap. 8. Et Nicæna synodus Ecclesiæ Alexandrinæ scribit, quòd populus eligendi potestatem habeat Ecclesiæ Præsules, concedente & simul designante Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopo. Sic à plebe vocatis, postea accessit examen, ordinatio & confirmatio Episcoporum.

Histo. Eccles. Ruf. fini lib. 2. cap. 11.

Theodorus lib. 1. cap. 9.

Quòd verò Apostolus Timotheo & Tito mandat, vt constituent Episcopos oppidatim, & Diaconos: non est existimandum, hos solos absque plebe vocasse. Sed quemadmodum & ex Actis, quæ habentur inter Epistolas Augustini, numero 110. apparet, & ibi in margine habetur: Episcopi ex populi suffragio designabantur.

Eundem

Refutatio defensionis

Amos 3. Eundem ergo ad modum Apostolicum, & primitiue Ecclesie, nos quoque à vera Christi, quam Deus semper mirabiliter, tanquam si pastor ex ore Leonis duo crura ouiculae, aut extremum auriculæ eruat, conseruauit, electi, & vocati sumus.

Quod verò nostra vocatio & ordinatio à Pontificia differat: mirum non est. Cum & ipsorum, ab Apostolica scriptura & Ecclesia, de qua iam ex Scriptura sacra, & Ecclesie primitiue aliquot seculorum praxi, dictum est, & probatum, differat plurimum.

1. Timoth. 3. Tit. 1. Ac rectè facit Ecclesia, ius suum postliminio reuocans, & à malæ fidei possessoribus ac tyrannis repetens: eligens & vocans idoneos, secundum præscriptum Apostoli Pauli. Hi ergo soli veri sunt ac legitimi Ecclesie ministri: adeo vt secundum Apostolicam regulam, minimè sint legitimi vel Apostolorum successores, vel Sacerdotes, qui non sunt boni, docti, idonei, doctibus, virtutibusque istis ornati & instructi, quas ibi in Episcopo & Diacono requirit, etiamsi à vestris histrionica ordinatione consecrati (quod solum, neglectis illis Principalibus, apud vos sacerdotes facit) Chrismate vngantur, & potestatem accipiant conficiendi & offerendi pro viuis & defunctis. Et hoc modo, ea Regula Apostolica obseruata, aut nulli, aut certè admodum pauci, ac benè numerabiles, in tanta sacerdotum colluue apud Pontificios, Legitimi reperientur Episcopi & Presbyteri, nedum Apostolorum successores, cum non nisi de loco gloriari possint: In quo & canis sedere potest, & sathan se ostentauit, dicens, EGO PAPA.

Legitimi igitur nos sumus, ordinarij, & veri Ecclesie ministri: & Ecclesie nostræ, verè Apostolicæ. Quæ etsi nullum (vt paulò superius ex Tertulliano est probatū) ex Apostolis vel Apostolicis authorem proferant, vt multò posteriores, quæ deniq; quotidie instituuntur: tamen in eadem fide conspirantes, non minus Apostolicæ deputantur, pro consanguinitate doctrinæ. Quem admodum Lucas describit Ecclesiam Apostolicam, quæ videlicet in doctrina Apostolorum perseueret, & communicatione, & fractione panis, & orationibus: quæ notæ sunt veræ & præcipuæ Ecclesie Apostolicæ: quibus notis carentes, etiamsi in omnibus locis inueniantur, in quibus Ecclesia designata est, non sunt in Ecclesia.

Quare vos Iesuitæ, veri sacerdotes Christi, eiusque Ecclesie, tantisper non eritis, quàm diu non probaueritis, vestra omnia dogmata, Sacramenta, & preces, Apostolicæ doctrinæ ab ipsis descriptæ: non à vobis confectis traditionibus, aut decretis Pontificijs

scis (quæ falso Apostolica nominatis) esse conformia: quod
tum facietis, cum Diabolus morietur, aut ad Deum, acta poeniten-
tia, se conuerterit.

Ad nos autem quod attinet: si vera est verorum Episcopo-
rum à Paulo ad Timotheum & Titum descriptio edita: veri su-
mus Ecclesiæ ministri, vera est nostra Ecclesiæ: quia nulla diuersa
doctrina, nulli alij cultus, sicut iterum Tertullianus scribit. Com-
municamus cum Ecclesiis Apostolicis, quod nulla doctrina diuer-
sa, hoc est testimonium veritatis. Qua re igitur Apostoli, & Ec-
clesiæ verè Apostolicæ suam ædiderunt originem, contra Ponti-
fices illos suorum temporum ordinarios successores, qui istos dam-
nabant & persequebantur, (qui tantum abest, vt illos vel voca-
uerint, vel consecrauerint, quin etiam magis prohibuerint & minis
additis edixerint, ne amplius in nomine Iesu loquerentur, aut do-
cerent) sincera nempe, & vera verbi Dei doctrina: eadem, no-
stras quoque Ecclesias, ab Apostolis, & Apostolicis Ecclesiis ori-
ginem ducere, iam probatum est.

Tertull. de præ-
script. aduersus
Hæreticos.

Nec Deus semper est alligatus ad istā successionem. Et ab in-
itio, doctrina Euangelij non solum per Apostolos, & 70. discipu-
los est propagata, sed varijs occasionibus vsus est Deus. Primi
Euangelij præcones fuere pastores, Luc. 2. qui verbum hoc de nato
Christo sparserunt, tametsi ordinarij non fuerint Ecclesiæ docto-
res. Sic dubium non est, Eunuchum Reginæ Candaces annunci-
asse suis Christum. Credidi, propterea loquor. Sic interdum per
captiuos & alijs modis. At Iberis eodem tempore, mulier capti-
ua, viam veritatis demonstrauit &c. Et exposuit quam poterat Re-
ginæ accuratissimè diuina præcepta, hortabaturque vt diuinum
templum excitaret saluatori suo Christo.

Theodoretus
lib. 1. cap. 23.

Quod verò à Pontificijs Ordinationem petere nec possumus,
nec debemus, nec volumus, multæ graues & honestæ sunt causæ.
Primum, quia non sunt Ecclesiæ Christi vera, nec veri eius docto-
res, cum impia serant dogmata e diametro cum Scriptura sacra
pugnancia. Non retinentes fundamentum Prophetarum & A-
postolorum, verorumque sacramentorum vsus, sed hostes ver-
bi Dei, Idololatriam etiam exercent multiplicem, cum in inuoca-
tione, tum in reliquis cultibus plerisque. Præterea à se ordinan-
dos ad vota impia obligant, & impossibilia, cælibatum nempe
impurissimum. Ad hæc, quia tantum ad Missas celebrandas,
quæ horrenda sunt, cœnæ Dominicæ diuinitus institutæ prophæ-
tatio, suos consecrant, quod ex ipsorum Formali est manifestum.

Refutatio defensionis

Postremo, quia Tyranni sunt, Lupi, ac persecutores atque occisores piorum doctorum; nec pios, qui hæc ipsorum scelera non approbant, remittunt, aut ordinant, sed sacrificant crudelissimè.

Nec tamen ideo Ministerium nostrum est inefficax, aut labor noster irritus, quòd chrismate, vel axungia illorum non vngamur: sed fructum facit in Domino, qui idoneos nos facit ministros noui Testamenti, non literæ, sed Spiritus, nihil enim ad Ministerij efficaciam, vnctio & consura papistica, praua imitatione legis Moisaicæ, dudum aduentu Christi abrogatæ, introducta. Cum nec à dignitate personæ dependeat, multo ergo minus à chrismate Pontificis magicè consecrato, sed propter promissionem, institutionem diuinam, ac præsentiam Dei, est efficax ministerium, dependens à Christo authore. Hic est enim qui batizat. Sicut & ipsi baptismum ab obstetricibus administratum, ratum habent. Imò & ab Hæreticis baptizatos non rebaptizandos, Ecclesia censuit.

Quare minas & conuicia, quæ in nos congerunt, non curamus: multo quæ facilius, rectius, & verius nobis liceret in aduersarium, eiusque nouam societatem regerere, quæ de non vocatis, de Hæreticis, & pseudoprophetis in genere, cumulat, & euomit; addita declamatione de Ordine, qui nullus apud nos obseruatur, nulla officiorum vel rerum dispositio, nullum personarum ac ministrorum discrimen. Vt quid te Iesuita ad eò turpiter mentiri iuuat? Sed hoc vobis Papicolis solenne est, & vsitatum apud vestræ religionis homines, quibus nostrorum scripta legere non permittitis, vt vobis impune contra nos mentiri liceat.

Est enim Papam in terris, & Magistrum vniuersalem, vt vos, Idolum illud vestrum Romæ, non habeamus: singulæ tamen diuisiones, suos habent Superintendentes, & Consistoria Ecclesiastica. Quod siue scis, siue nescis: imprudenter & impudenter pro tua diuinitate & malicia innata, de nobis fingis temerè: quod à viro bono est alienissimum, nedum vt Theologum deceat, ne habeatur, & fiat Matæologus.

Et Papatu, quo istis nihil videtur ordinatius, nihil est sub sole magis inordinatum. Vt enim nihil iam dicam de tot, tam varijs, & diuersis ordinibus Monasticis, in quibus spirituales illi, si Dijs placent, præ vobis secularibus sacerdotibus Iesuitis, ordinis sui ac Regularum: obseruantissimi scilicet, Deum colere ac promereri videntur. Sed ne ignarus fortè ego vestri instituti, à vobis ridear, videmini esse vespertilioes, inter spirituales, de vtrisque participantes

despantes. Quod si aberro, veniam mihi à vobis Reuerendis patribus dari peto, quod vestras impietates non vsque adeo sollicitè, alijs magis necessarijs ac vtilibus occupatus, inquiram; ne hanc meam ignorantiam ad calumniam rapias, quod tamen non magnopere curo: vt inquam, de his iam nihil dicam, postea enim nobis de ijs dicendi offeretur occasio: Quæso te bone vir, quis hic est ordo, in ordine Sacerdotali, quem omnium maximè ordinatum esse decebat? quod concubinas, quas & quotcunque volunt, vt ante diluuium Gigantes illi, ducunt, conducunt, rapiunt, plagium committentes, cum quibus turpitudinem detestandam exercent spirituales illi, qui castitatem vouerunt omnes & singuli, exemplaria gregis, honestatis, pudicitia, castitatis: easque quotcunque, imò nulla etiam de causa dimittunt, ac subinde mutant, maia conscientia semper in concubinato, aut cælibatu, flammis libidinum vruntur, ac viuunt, ideoque ad gehennam, iuxta Hieronymum, ædificantes. Interim Ordinem coniugalem diuinitus institutum abiurant, contemnunt, carnale vitæ genus vocitant, in quo ipsi sanctuli viuentes polluantur, nec Deo placere possint. Quicquid Paulus, imò per Paulum Spiritus sanctus de ministris Ecclesiæ, quod castè, hoc est, secundum Paphnutium, cum suis proprijs vxoribus consuescere, & in ordine coniugali viuere debeant, dicat.

Magistratum, qui est ordinatio Dei bona & salutaris, & secundus ordo Hierarchicus Pontificij non curatis, nisi vbi vobis eorum opus est opera, tum brachium seculare tanquam vestros patronos, & Ecclesiæ aduocatos imploratis, alias tanto honore eos afficitis, vt pedibus, colla optimorum Principum ac Imperatorum conculcatis: Aspides & Basiliscos blasphemè nominantes.

Et quis ordo est, in ordine vestro, quem præ cæteris vocatis Hierarchicū, in quo omnes vni paretis, eiusque qualibuscunque decretis paretis, cui potestatem tribuitis immensam, nullis terminis circumscriptam, aut limitatam? sed ius fasque habet quiduis statuendi, mandandi, abrogandi, mutandi, dispensandi, peruertendi, qui iura omnia, diuina & humana, in sua manu & potestate habeat, leges figat, pretioque refingat, cuius vnus voluntas sit pro ratione? Quis hic ordo? Imo quæ Babylon? quæ rerum omnium confusio? An non hoc est confusis & perturbatis tribus ordinibus Hierarchicis, oeconomia, politica, & Ecclesiastica, ima sumis (quod tu Iesuita de nobis, sed falso, scribis) sacra prophanis, turpibus honestis semper miscere?

Refutatio defensionis

Ad Lutherum quod attinet, quem nobis, tanquam Ecclesie nostrae originem obiicit, sciat Iesuita, eum non ita nobis sordere, sicut Pontificiae sentinae: Sed agnoscimus eum (etiamsi hoc vobis Hypocritis displiceat) pro salutari doctore & organo, per quod Deus ingentia bona Ecclesiae suae, propter quae ipsi nunquam satis magnas possumus agere gratias, contulit. Per hunc enim Deus nos ex tenebris Pontificijs, & iugo intollerabili Antichristi Romani, liberavit, lucem ac puritatem verbi sui, detectis Papatus erroribus, restituit, sicut & squalore in Papatu obsita, sacra Biblia, eorumque verum & genuinum sensum in illis, obscuratum, in lucem protulit, eruit, & illustravit, Ordines istos Hierarchicos, pristino nitore, & dignitati restituit &c. Nec tamen originem aut fundamentum Ecclesiae facimus nostrae, de quo paulo superius.

Sed quod ad eius vocationem attinet, hoc dico, quod res est. Cum Doctor Theologiae crearetur V Vittenbergae, iuravit, quod velit adherere veritati, haereticas & omnes, veritati, verbo, & Ecclesiae Dei resistentes, deferre, & convincere, pro posse: id quod fidelissimè per Dei gratiam praestitit.

Ex frequenti enim Scripturarum sacrarum lectione animadvertit, Indulgentias Pontificias, quae tum immodicis praedicabantur laudibus, ad emungendam pecuniam: quod videlicet ad tinnitum auri & argenti in pelui, animulae miserae, subito & immedie ex purgatorio igni in caelum subuolarent: Quod sint plenas & gratiam, ut solvere possint hominem, etiamsi quis per impossibile (o impietas, o blasphemia) genitricem Dei violasset.

Haec Lutherus ad Episcopos vicinos Deo coelestis, & Metropolitanos, ordinariè ut vos vultis, perscripsit: admonens, ut petulantem Indulgentiarum impostoris linguam cohercerent. Cum vero nullo eum dignarentur responso, quod is quaestus esset verissimus: ibi ratione & religione iurifurandi, opponere se coactus est: Propositionibus quibusdam ad disputandum publice aeditis & affixis. Quod cum delicati & molles Pontifices ferre non possent: sed tandem per Rom. Pontif. supremum Indulgentiarum nundinarium excommunicaretur, & Haereseos propterea esset condemnatus, hic creuerunt certamina, hic agnoscere didicere Lutherum Rom. Pontif. quem antea Christi in terris vicarium falso habuerat, esse Antichristum, eumque derexit, ac omnibus prijs Christianis cauendum monuit. Atque ita Rom. Pontifex, qui hactenus sederat in templo Dei, Antichristus est agnitus: ma-

nente

Ex libello Indulgentiarum, contra quem scripsit Lutherus,

nente interea & Ecclesia Christi vera, & Luthero in eadem Apostolica Ecclesia sancta, cum ihs, qui veritatem agnoscunt.

Probauimus ergo hactenus nostram & originem, & vocationem, non à Luthero, sed ab Ecclesia Apostolica. Quare non caret fundamento, vt Iesuita calumniatur, sed habet firmissimum: Ideoque non vt ipse *επιχαίρειν* α nos sperat & cauillatur, mox peribit: sed tam diu durabit & subsistet, quàm diu verbum Dei quo permanente, & nos cum illo in æternum manebimus, vobis cum vestra Ecclesia perpetuum, nisi resipiscatis, perituris omnibus.

Ad dissensiones porro nostrorum domesticas, quod attinet, quas nobis obijcit perpetuo, subindè suum coccyinum ingemians, primum in genere respondeo, id non esse signum falsæ Ecclesiæ. Quod non solum in populo Dei variæ fuerint sectæ & schismata, Phariseorum, Essæorum ac Sadduceorum, adeoque impij Pontifices plerique, sed etiam in primitiua Ecclesia, ex qua natae sunt sectæ, schismata, & Hæreses quoque: de quibus Apostolus: Ado. 20. 1. Ioan. 2. Ex vobis ipsis exurgent viri, loquentes peruersa, vt adducant discipulos post se. Et alius: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Et quot sectæ vel in vna Corinthiorum Ecclesia, ab Apostolo Paulo magno studio plantata, quæ tot, tantisque erat ornata Spiritus sancti donis, exortæ sunt? Ergone aut Apostolorum doctrina, aut Ecclesia non fuit vera? Sic colligit Iesuita, acutissimus Philosophus & Theologus. Deinde verum est, statim ferè ab initio renascentis Euangelij, à nobis, & à confessione atque doctrina nostra discesserunt, Cinglius, Oecolampadius, & hos secutus Calvinus, alijsque huius opinionis: de his respondere non est nostrum, quia ad nos non pertinent: etsi doleamus propter hoc schisma, illudque sanare cupiamus. Quicumque verò Confessionem nostram amplectuntur, certè consentiunt in articulis fundamenti omnibus. Præterea non tot sunt inter nos sectæ, vt pro sua malicia & impudentia fingunt aduersarij. Nam quod ad Osiandrum, Maiorem, & alios attinet, iam olim ita hæc sunt somnia, vt nullum superesse sciam, qui errores illorum defendere cupiat, cum eis e sentiat. Ad eò vt Reuerendus vir, & Theologiæ Doctor eximius, D. Lucas Osiander, filius Andreæ Osiandri, ne ipse quidem prober, nullo verò minus defendat patris sui, quam olim habuit de Iustificacione opinionem. Sic Maioris propositionem de operum ad salutem æternam necessitate, quia Pontificiam redolebat impietatem, statim postquam prodijt, hinc inde

Refutatio defensionis

multosque Doctores, impugnare, refutare, & damnare non destiterunt, donec & ipse Maior eam flens abijceret. Et semper nouo alio quo dogmate excogitato, & sparso, plurimi, tanquam ad commune extinguendum incendium, exurgunt. Sed cur non etiam Anabaptistas annumeras?

Cum verò tu Iesuita adeò sis perspicax ac diligens in nostris percentendis dissensionibus, & sectis, quæ tamen Dei beneficio, & vigilantia, ac studio piorum doctorum, tolluntur & refutantur: teque in his, tanquam sus in volubro coeni, subinde in tuo libro lulentio, volutes, sordibusque tantopere delecteris: vt animum explere possis tuum multis & varijs sectis: En tibi catalogum variorum ordinum Monasticorum, & sanctimonialium, iuxta seriem Alphabeticam collectum, exhibebo, vt quàm nullæ apud vos sint sectæ, intelligant omnes.

Sectæ Monasticæ,

Sunt Augustiniani, Antoniani, Ambrosiani. Apostolicus ordo, Agapetini, Alcantaræ milites. Annuntiationis B. Mariæ ordo. Andreæ siue Aurei velleris ordo. Ordo de Auis, tertius ex equestri. Basiliani, Benedictini, Bernhardini, Brigidani, ordo Saluatoris. Beghardi mendicantes, Bethleemitæ Sternmünch. Bonorum hominum ordo. Cistercienses, Claræ ordo, Sorores pauperes. Canonici regulares, Carmelitæ, Unser Frauen Brüder. Clerici regulares, Carchusiani, Cœlestini, Clerici Apostolici, siue Iesuatorum ordo, Camaldulenses, Chalomeriani, Crucigeri, Creuystern Brüder, alia secta eiusdem nominis, Creustrager/Creuysbrüder, Calatranæ ordo, Milites Constantinopolitani, Clauigeri, Cluniacenses, Caputiani, Dominicani, S. Davidis ordo, Dealbatorum ordo, Einsidler/Franciscani, Minoritæ, Barfisser/Flagellantes, Geissheren. Fratres de ordine Martyrum. Fratres de Hispania, Fratres de communi vita, siue bonæ voluntatis. Gladiatorum ordo, Gregoriani, Grandimontenses, Guilelmitæ, Gerundini, Georgiani in Alga. Gilbertinus Ordo, Garterium Ordo, Hospitalarij, Spittelhern. Hospitalarij S. Ioannis Hierosol. Post Rodisez Herin/ hodie Iohanniter zu Malta. Hieronymiani. Humiliati. Hospitalarij S. Spiritus. Helenæ Brüder. Hierusalem Brüder. Iohannitæ, Iesuati, Iacobitæ. Iosephs Ordo. Iosaphats thal Ordo. Johanhauß Brüder Orden. Ordo de ciuitate S. Iohannis. Indiani. Ignorantiæ ordo (qui omnium est maximus) & dicuntur fratres ignorantie, Iesuitæ. Iustine ordo, Lararicæ. Linonchlenij, Lateranensis canonicus Ordo. Milites de Labanda D. Mariæ virginis Milites der Teütschenherren ordo, Minores, Minimi,

Affercionum Iesuiticarum.

ntem, Michaelis ordo, Milites S. Iacobi de Spata, Jacobs Bröder mit dem Schwert. Magdalenen Brüder. Mariæ ordo de decē virtutibus, Martyrum ordo, Montolietani, Meretricium ordo. S. Marci ordo, Milites Christi, Montenses milites, seu ordo sepulchri Dominici. Nollhardi, Lollhardi, Beghardi, Beginæ, Norbertini, Ordo de cruce stellata, Onophriani eremitæ, Itali. Ordo conceptionis Mariæ. Prædicatores. Præmonstratenses, Pauperes voluntarij. Ordo de Purgatorio, Patriarchatus. S. Petri ordo, in Schonbuch, prope Tubingam. S. Pauli Eremitæ. S. Petri de corbulo ordo, pœnitentia Iesu Christi ordo. Rhodij. Reclusorum ordo. Robertini. S. Ruffi ordo. Redemptionis S. Mariæ Ordo, seu de mercede Stephani ordo, Serui Mariæ. Secta de sacco. Stelliferi Sternbrüder / Scheerorden. Schoti, Brüder auß Schotia / Schlaunier Orden / Sylvestrenses, Sylvestrini, ordo humiliatorum diebus. Specularij Steigerherrn. Sepulchritæ Schlüsselherrn. Sarabita, Sophia Brüder / Stellæ ordo. Sachj. S. Saluatoris ordo, Scopetini. Tabennensioræ, in Insula Tabenna fuerunt horum 7008. Templarij: Teutonici Deutsch orden. Trinitarij. Vallis vmbrenses, Ungern herrn Orden. Vallis scholarium ordo, vnser Frauen newer Orden / Venceslaani &c. Et quis singulas sectas enumerare possit, cum adhuc multo plures sint in Italia? Hic verè locum habet, quod nobis Pontificij obijcitis, apud vos tot sectæ, tot religiones, quot capita stolidi, & impia, quæ noui aliquid excogitare saltem possunt. Hi vestra opinione sanctissimi sunt, & pijsimi, qui cultus deuotione magna, absque & contra verbum Dei, & sic Idololatriam instituere, & cumulare possunt.

Defatigatus sum enumerandis tot sectis, in quas Pontificia Resp. fuit & est dissecta. Hæ verò præcipuus flos sunt vestræ Ecclesiæ. Et tamen inter sectas illas non conuenit per omnia, sed multis modis discrepant. Et diuersi hi ordines, se non modo contempserunt inuicem, dum singuli alijs se præferunt, suum commendantes ordinem, sed plus quàm Variniano odio se mutuo sunt persecuti (sicut iam vos quoque Iesuitas Pontificij reliqui Monachorum ordines, & sacrificuli propemodum omnes oderunt, dum sollicitis sapere, & dominari in Ecclesia, ac potentum aulis) De quo argumenti genere Erasim. consulere in colloquijs, egregie ordines illos exagitantem, si placet, licebit. Exorto verò communi hoste Luthero, omnes ex æquo illos damnante, vires vicissim coniungunt: Et reconciliati, quemadmodum Pilatus & Herodes amici facti sunt, contra Christum, denuò conspirauerunt.

Quod

Ordines, & examina
na Monachorum

128.

Refutatio defensionis

Quod igitur ad vnum & eundem finem tendunt omnes: Esto sane, Sed quem finem? Ita abundant bonis operibus & meritis Hypocritæ, Pharisei, Iusticiarij, vt non solum sibi sufficere opinentur: verum etiam superflua se habere, supererogationis facientes opera, quæ alijs recepta pecunia, agris, & alijs bonis, contractuum literis erectis, sigillis insuper confirmatis, vendant, participes eos reddentes omnium suorum cultuum, operum, meritorum. Quod si firmum & ratum, hunc contractum Deus, apud quem est insinuandus, haberet, fortassis benè miseris peccatoribus Laicis coniugatis, qui cura rei domesticæ, & politiarum occupati, ita diligenter in œconomia, aut politica, suaque vocatione Deo seruire non possunt. (quemadmodum spirituales isti in suis claustris, extra mundum, in cœlestibus contemplationibus, exuti carnem, cum omnibus suis concupiscentijs, ἀποβατῶσι) consultum esset, quod pro huius mundi facultatibus, opes cœlestes reciperent.

Matth. 15. Sed quid ad has nundinationes & merita Ordinum Deus iustissimus rerum æstimator (partium enim interest, ne altera defraudetur) Frustrâ, inquit, colunt me mandatis hominum. Quis enim Esa. 29. auctor est harum sectarum? Quis Regulas istas instituit? Non equidem Deus, qui vnum ex æquo omnibus communem ordinem sanxit, in quo sibi vult nos omnes & singulos seruire, Christianorum nempe. Vnde & in Catechismo interrogari iuniorum: Cuius es Religionis? R. Sum Christianus. Verum hoc sanctulis istis mirabilijs, aut monstrosis potius hominibus, impijs mis verò Iesuitis, non sufficit: Sed vt maiorem sibi conciliant sanctimonix opinionem atque autoritatem, etiam Iesuitæ dici volunt.

Quis ergo, inquam, ordines omnes istos Monasticos instituit? singuli suum profitentur authorem, hominem. Sicut Iesuitæ orti ab Ignatio, non martyre illo sancto, sed milite Layola, qui postea Parhisios studiorum causa se contulit nostra memoria, dicuntur. Damnatur autem à Spiritu sancto omne carnis studium: Deut. 4. 12. Non quod tibi videtur: Sed quod ego tibi percipio, hoc tantum Rom. 14. facias Domino Deo tuo. Quicquid non est ex fide, peccatum est. Ex fide porrò esse non potest, quod verbi Dei fundamento caret. Rom. 4. Fides enim ex auditu: Audicus per verbum Dei.

Huiusmodi ordines & sectas eum excogitent Corinthij, dicentibus quibusdam: Ego sum Pauli: alijs verò: ego Apollo. 1. Corinth. 3. Respondet illis Apostolus, Nonne Carnales estis? Et secundum hominem ambulatis? Nonne homines estis? Quibus verbis haud

haud obscure damnat istos ordines omnes, quocumque etiam appellentur nomine, à quocumque homine, quantumvis sancto, etiam Apostolo, excogitati.

Et tamen hactam manifesta sententia & Apostolica auctoritate non deterriti, reperti sunt homines, qui sub nominibus S. Pauli, S. Petri ordines & sectas instituerunt, Neque verò sub horum tantum, sed etiam aliorum hominum nominibus: idque non secundum, sed contra rationem verbi Dei, & Sacrarum scripturarum.

Quæ pro dolor examina hominum ociosorum, superstitionum cauteriatam habentium conscientiam, totum orbem Christianum non secus ac diluuium, inundauerunt, & obruerunt, prætextu longarum precum, domus viduarum, agros, prata, sylvas, vinea, & totius ferè mundi opes deuorant.

Et hæc fortè tolerari poterant: si non & animas impijs suis & in Christi meritum blasphemis opinionibus & persuasionibus, in infernum secum abripuissent. Maledictus enim qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum: Abominatio abominatum hæc est.

Et cuiusmodi cultus, quamque Deo gratos isti præstiterint, audire præstat ex sacra scriptura, veterisque Testamenti historia. Notum est, populum Dei, vel praua Abrahæ imitatione, vel gentium, in quarum medio habitabat, exemplo, seruasse Camarim & Baalim &c. strictissimum obseruantes Ordinem, & Regulam, adeò vt cultellis semet lacerarent: nec his contenti, filios, & filias suas Domino obrulerunt pro peccatis suis, in valle filiorum Hennon tophet, sua opinione cultum vt longè omnium difficilissimum, ita summum, Deoque vero gratissimum præstantes. Sed addit Dominus: Quæ non præcepi, nec cogitauit in corde meo. Ideò addit minas grauissimas: Erit vallis interfectionis, & erit morticinum populi in cibum volucris & bestijs. Hi Monastici planè sunt ordines: & Monasteria atque Regulæ. Sicut enim isti olim dicebant Camarim & Baalim, ac Idolo Moloch se consecrare: Ita & in Papatu Franciscani, Benedictini, Carthusiani, Brigidani, Claranæ &c. suis Idolis. Sed audi, quid Spiritus sanctus de his omnibus pronunciet. Psalmo 100. hanc de illis profert sententiam: **ET IMMOLAUERVNT FILIOS SVOS, ET FILIAS SVAS DÆMONIIS, ET NON DEO.**

Mich. 6.
Iere. 7.

Hoc idem vobis spiritualibus, & non aliud à Spiritu sancto dictum scitote, vbi Iuvenes calibatam & castitatem uouent, quam præstare

Refutatio defensionis

præstare non possunt: sed flammis postea libidinum vruntur, & tanquam æstro perciti, exagitantur, suos omnes, quicumque sibi authores Monachatus fuere, damnant. Quod concupiscentia victi, faciant quæ fieri non decet, & sic in æternum exitium coniunguntur.

Hoc ferè idem, Pontifex Ro. & quia Pontifex, non à semet ipso, sed prophetizans dixit: Sic enim Platina refert de Pio secundo, quod inter Prouerbiales suas habuerit sententias, & has: Omnem sectam autoritate firmatam humana, ratione carere: & sacerdotibus magna ratione ademptum esse coniugium: sed maiori restitutum. Et idem Aneas Sylvius, qui postea Papa & Plus 2. dictus, in Gestis Concilij Basil: libro 2. scribit: solenni oratione coram Patribus habita, in deliberatione grauissima: cum de Pontifice Ro. eligendo ageretur, & Amedæus Sabaudia Dux, in quem plurimum vota consenserant, impediri videretur, quod maritus fuisset, sibi tum quendam dixisse: Id autem quod de vxore dicitur nihil impendo, cum non solum qui vxorem habuit: sed adhuc vxorem habens, assumi queat. Cur enim disputant doctores, an vxoratus electus in Papam, vxori soluere debitum teneatur? Nisi quoniam am etiam coniugatus recipi possit? Fueruntque etiam (vt icitis) in matrimonio Pontifices. Nec Petrus Apostolorum princeps vxore caruit. Quid ista modo obijcimus? forsais non esset peius sacerdotis quamplures vxorari. Quoniam multi saluarentur in sacerdotio coniugato, qui in sterili Presbyteratu damnantur. Hactenus verba orationis in Concilio Basiliensi habitæ. Et Cælius secundus testatur, eundem Pium, Collegia quædam Brigidanarum & Claranarum Monialium dissoluisse, iubens eas exire, ne amplius vrerentur, neue sub religioso habitu, meretricem celarent.

Hæ sectæ ergo sunt perniciosæ, à Magistris mendacibus (vt Spiritus sanctus per Petrum, non Papam, sed Apostolum loquitur) introductæ, Deum negantes, qui emit eos (quia suo cælibatu & virginitate redimere sibi & alijs quoque mereri possunt vitam æternam) & multi sequuntur eorum luxurias, per quas via veritatis blasphemabitur, & in avaritia fictis verbis de vobis negociabuntur. Ne verò me falsi crimine reum agat Iesuita; lege quæso totum caput, lector pie, & videbis à Spiritu sancto per D. Petrum ad eò graphicè Papatum descriptum, vt Pictor penicillo nullus artificiosus, eundem depingere queat. Hæc de sectis dicta in præsentia sufficiant,

Et quia

Nota de coniugio
sacerdotum.

Et quia de crimine Nouitatis non hic modo, suo more, quædam inspergit, sed passim per totum suum insulsum librum cocicissimum suum ingeminat: idè de Nouitate doctrinæ, & Ecclesiæ, breuiter quantum fieri poterit, respondere visum est.

Non nouum doctrinæ genus excogitauimus aut profitemur: sed omnium vetustissimum & primum, quod ipse sonuit in Paradyso, per quod in gratiam recepti sunt & restituti primi parentes post lapsum suum tristissimum: Semen mulieris conteret caput serpentis. Id semen Abrahæ quoque promittitur, qui est Christus, ex virgine Maria natus, qui est filius Abrahæ & Dauidis secundum carnem, Deus & filius Dei, benedictus in secula. Qui in hoc apparuit, vt destruat opera Diaboli: Et non est in alio quoque salus. Nec aliud sub cælo nomen datum, in quo oporteat nos saluos fieri. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius OMNES qui credant in eum, fide purificans corda. Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum super ceruicem discipulorum: quod neque nos neque Patres nostri portare potuimus: sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Hæc Petri sententia est definitiua in concilio summo Apostolorum. Hic consensus est sacerrimus omnium, vt inquit, Prophetarum. Hæc eadem & nulla alia nostra quoque est fides, doctrina & confessio, quæ vt ex his apparet, nequaquam noua est: sed vetustissima, & omnium prima, adeoque veræ Dei Ecclesiæ omnium temporum consensus perpetuus.

Gen. 3. 12.
Gala. 3.
Math. 1. Ista. 7.
1. Ioan. 5.
Astor. 4.
Astor. 10. 15.

Cœnam Domini itidem non nouam celebramus: sed eandem quam Christus instituit, quam electum illud organum Dei, Paulus accepit à Domino, & tradidit Ecclesiæ, quæ & eam vsque ad concilium Constantiense conseruauit.

1. Corinh. 11.

Nec nouas alias regni cœlorum clauis quàm quas Christus non soli Petro, sed omnibus ex æquo suis Apostolis adeoque toti dedit Ecclesiæ, habemus.

Ioan. 20.

Non nouum habemus verbi Ministerium, aut sacerdotium: sed id quod suis demandauit Christus Apostolis, cum diceret: Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ, baptisantes eos in nomine Patris & filij & Spiritus sancti, docentes eos seruari omnia quæcunque præcepi vobis. Hoc facite in mei comemorationem. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.

Matth. & Marci ultimo,

Sic non nouum Decalogum aut præcepta noua constringimus, sed in monte Sina voce cœlesti promulgata, retinemus ac docemus,

Refutatio defensionis

Nec novos euidimus fidei Articulos: sed vetus & vſitatum retinemus Apostolorum ſymbolum, cui cum tota Eccleſia adiungimus Nycenum, Athanaſii, & alia ab Eccleſia tota approbata.

Sic nec nouas, inuſitatas, & à ſcriptura alienas eiſue contrarias excogitamus preces: ſed contenti ſumus veteribus pſalmis, ac canticis ſpiritualibus, ſcripturæ ſacræ conſonſ. Inprimis formula precationis, quam Chriſtus Dominus noſter diſcipulos ſuos docuit: in cuius nomine Deum patrem cœleſtem in ſpiritu & veritate inuocamus.

Magiſtratum diuinitus inſtitutum reuerenter habemus, in omnibus honeſtis & licitis, & cum verbo Dei non pugnantibus, morem illi gerentes.

Coniugij vincula ſanctè apud nos ſeruantur, nec impunè ſeruntur vagæ libidines & concubinatus.

Hæc ita à nobis omnia obſeruari, nouerunt quotcunque nobiſcum ſunt: quæ NOVA nequaquam eſſe, omnes qui Chriſto deſerunt nomen, intelligunt.

Sed hiſ ita contradicit Ieſuita, ſubinde in libro ſuo repetens odioſè, & inculcans: Noua eſt veſtra Doctrina, quæ continetur in Auguſtana confeſſione, quia nuper anno 1530, demum nata & Cœſari Carolo V. & Ordinibus Imperij exhibita, & damnata eſt.

Inſcitiam ne, an malitiam hominiſ prius mirer, dubitarem: niſi ex libro ipſius, Confeſſionem noſtram ab eo lectam cognouiſſem. Video autem vtracq; in illo concurrere. Eſti enim hæc forma, & ordine, orationis primū illo tempore, quo eſt exhibita, conſcripta ſit ſumma doctrinæ & Confeſſio noſtra, de præcipuis Religioſis capitibus: Tamen nec reſ nec verba in ea contenta, noua ſunt, aut noſtra: ſed ſententia eſt totius Sacræ ſcripturæ, ex qua bona fide eſt deprompta, huicque per omnia conſona & conformiſ, hoc conſilio à noſtris compoſita & ſubſcripta, iubente Imperatore, vt eſſet ſymbolum eiſus quam profitemur doctrinæ. Cuius modi etiam ſymbola, prima generalia Concilia conſcripſerunt, in quibus alijs ſæpe verbis vſi ſunt, quàm quæ in ſcriptura habentur, quæ tamen ex eadem probari poterant, vt controuerſias ſuorum temporum explicarent, ſynceramque fidei profeſſionem contra Hæreſeis munirent. Ergo ne, hæc Noua ſuere?

Non ergo noua eſt noſtra Eccleſia, doctrina, fides, Religio, Confeſſio: ſed vt antea demonſtratum, vetuſtiſſima, omnium prima, & totius ſcripturæ ſacræ conſenſus.

Noua autem eſt Eccleſia, Doctrina, & Religio, non Chriſtiana, pia aut ſancta, ſed prophana, impia, Ethnica plane, Papatuſ Romanuſ

Romanus. Et si enim Baptismo initiuntur in Infantia: tamen non retinent Christum, quem in illo induerunt: sed ab illo mox postea, ad annos ut loquuntur Discretionis peruenientes, deficiunt, ut paulo antè est declaratum. Idque partim, quòd ordines Monasticos ab hominibus excogitatos, illi conferunt: Sicut Thomas scribit, in *Vitis Patrum* dici, quòd quidam Patrum vidit eandem gratiam descendentem super eum, qui habitum Religionis assumpsit, & super eum qui baptizatur.

Thomas lib. 4.
dist. 4. art. 3.

Similiter & D. Henricus Kune Minorita affirmat, Religiosum post assumptum ordinis sui, atque Professionis: Sed postea iterum poenitentia ductum, si concipiat nouum propositum voti, ac recogitet: Quòd si Ordinem hunc non suscepisset, denuò ingrederetur Monasterium: æquiuale primo voto, & nouum Baptismum atque innocentiam esse, quoties reuertatur.

Sic & Bernhardinus in *Rosario* docet, Religiosum per suam professionem eiusmodi Deo exhibere obsequium, ut per illud plenariam omnium suorum peccatorum remissionem, à pœna & culpa consequatur, similiter & propositum perseverantiæ in ordine Monastico idem valere.

Vnde & Monachorum fraternitates, in quibus, literis datis vendunt, & confirmant alijs opera supererogationis, quæ à toto sunt ordine.

Hinc etiam factum est, ut Magnatibus, hoc est, Imperatoribus, Regibus, & alijs persuaserint, ut Magistratus officio abdicato, ordinem Monasticum ingrederentur, assumpta cuculla & poenitentia de male quasi, & perperam acta vita agerent, proque peccatis satis facerent.

Quibus verò hoc persuadere non potuerunt, id egerunt, ut post mortem cuculla monastica induti sepelirentur, quòd illorum meritorum participes redditi, citius ex Purgatorij fictiij pœnis liberati, in cœlum subuolarent animæ.

Partim verò quòd docent, post Baptismum lapsis, secundam tabulam esse Naufragij, poenitentia. Quia si quis vestem innocentia in Baptismo perceptam, peccando corruerit, poenitentia medio reparare potest.

Magi. sentent.
lib. 4. cap. 14.

Idem eodem libro,
dist. 16.

Et quidem verum est, per poenitentiam veram, quam Scriptura sacra docet, nos Deo reconciliari: sed non ea quam docent Pontificij, quæ constat compunctione cordis, confessione oris, & satisfactione operis. Hæc NOVA sunt, à vera filij Dei Ecclesia aliena, omnibusque retrò seculis inaudita, Scripturæ sacræ prorsus

Refutatio defensionis

Sus incognita : de quibus in hac (excepta contritione, seu cordis compunctiōe : cui tamen isti, ne quid maneat syncerum aut incorruptum, affingunt meritum, eadem impietate) verbum prorsus nullum, iota aut apex nullus : imò planè illi contraria; de quo supra.

Uaiæ 43. 53. 55. 61. Sic nouæ sunt res Indulgentiæ Pontificiæ, quibus summus indulgentiarius Pontifex Roma. pretio accepto, vendit Remissionem peccatorum miseris hominibus, quam solus Christus sua passione impetrauit nobis, soluens pretium redemptionis nostræ, gratis donans omnibus verè credentibus in eum.

Noua item sunt Ecclesiæ Romanæ, peregrinationes ad loca remota religionis ergò, vt hac itineris molestitia & defatigatione expient peccata, concilient sibi Diuos ad quos discurrunt, & eorum meritis iuuentur.

Sic nouæ sunt, Papisticæ Ecclesiæ, aqua, ad delenda peccata venialia, abigenda spectra Diabolorum, & nonnihil refrigerandas in Purgatorio animas, consecrata. Similiter & Magicæ aliæ consecrationes, olei, vnctionis, & Chriſmatis, ac infirmorum, Palmarum, ignis, carniū cereorum, & A G N V S Dei, quibus à se consecratis tribuunt, quatenus ipsorū veneratione & honore nobis famulis tuis, crimina diluantur, abstergantur maculæ peccatorum, impetrentur veniæ, gratiæ conferantur. Verba sunt formalia de Agnus Dei à se confectis, vt & habent versiculi quos Vrbanum V, ad Imperatorem quendam misisse perhibent.

blasphemia.

*Fulgura desursum depellit, & omne malignum
PECCATVM FRANGIT, VT CHRIS-
TI SANGVIS, & angit :*

Pregnans seruat, simul & partus liberatur.

Dona defere dignis : virtutem destruit ignis :

Portatus mundi de fluctibus eruit vnda.

Nouum est, & Scripturæ sacræ atque primitiuæ Ecclesiæ institutum, dimidiam tantum cœnam Domini Laicis distribuere; In tegram verò in Missarum Pontificiarum oblatione prophanare.

Nouum est & hoc, clauibus abuti ad nouas leges sancindas, & subditos propter merè politica, à iuramento sui Magistratus legitimi, absoluere.

Nouæ sunt & doctrinæ Pontificiæ innumeræ, & non nouæ solum, sed Diabolicæ, de nuptiarum & ciborum prohibitione.

NOVA

Noua est & mortuorum hominum Inuocatio Ethnica, & Idololatrica, quos colunt, & adorant, in quorum gratiam, & vt eos sibi demereantur, ieiunant, festos dies celebrant, eisque sese deuouent.

Nouum est & Festum corporis Christi, ab Urbano demum eius nominis quarto, post annum Domini 1260. instinctu cuiusdam foeminæ Gallicæ, ante Pontificatum illi familiariter notæ, institutum. Quo pompa planè Persica, panis à se consecratus circumgestatur, adoratur, & postea cauæ includitur.

Sic noua hæc Pontificia Ecclesia, veræ & veteri Dei Ecclesiæ incognita, Nouum quoque habet caput, Nouum Legislatorem, cuius decreta (neglectis mandatis Dei) exoscilatur, Et sic Nouum recentemque Deum, quem ignorauerunt Patres & Maiores nostri pij, Pontificem Romanum, qui se extollit super omne quod Deus est, dicitur, aut colitur. Huic etiam si quotidie cateruatim innumeras animas, suæ fraternæque salutis immemor, secum abducat in Infernum, nemo tamen dicat, quid facis? Hoc ne Sathan quidam petere auderet. Nouum hoc esse Ludouicus Cardinalis, & Archiepiscopus Arelatensis, Præses primocq; loco vt iudex fidei, totius Disputationis Moderator in Concilij Basilienis publico consensu dicere non est veritus, inquit: Cumque Oratores vbiq; Eugeniani (Pontifex is erat Rom.) NOVAM DOCTRINAM prædicent, Autoritatem Romani Pontificis supra Generalia concilia magnificerent, ipsumq; supra vniuersalem Ecclesiam extollentes: Ne animæ ignorantium capiantur, conclusiones tres primas publicare non omittetis, Apostolum Paulum imitati, qui Petro ad veritatem Euangelij non ambulanti, neque ad horam celsit: Sed hic mirabilis valde (Papa) quia cœlestium, terrestrium, & infernorum Dominus.

Quinimo, & Christum Nouum habent Pontificij nempe Franciscum, quem alterum esse Christum sinxerunt: qui stigmatibus sibi ab Angelo quodam in loco solitario impressis, seruare possit à morte æterna viros, qui vixerunt à tempore Francisci vsque ad mundi finem.

Quam horribilissimam post homines natos blasphemiam, cum pius quidam vir, opposito scripto, cui titulum secerat, Discursus super libello, cui titulus, Flosculi S. Francisci, refutasset: damnatum est scriptum illud, decreto die decemb. 30. anno Domini 1559. in Catalogo librorum Hæreticorum Romæ ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, publicè affixo.

Dist. 40.

A Eneas Syluius lib. 1. de gestis concilij Basil.

Antoninus Archi-episcopus parte 3. Tit. 22. cap 16. verba Legati Florent. ad Cœlestium 3.

Libellus Italica lingua æditus cui titulus est, Flosculi S. Francisci.

Refutatio defensionis

Ne verò hæc in parte infœliciores essent feminæ, sed vt haberent & ipsæ Saluatricem, in eodem habetur libello, D. virginem Mariam, matrem filij Dei, merito suæ virginitatis seruasse mulieres, quæ vixerunt vsque ad tempora S. Claræ sanctimonialis, synchronæ Francisci, quæ merito suæ virginitatis, in suo ipsius corpore renouatæ, eas seruauerit, quæ porro vsque ad mundi finem victuræ erant. Sed ne hæc quidem indigent admodum, cum singulæ virginitatem professæ, maximum habeant vitæ æternæ meritum. Sicut fr. Petrus à Soto contra nostram VVirttembergensem scripsit confessionem: Docet ergo sana, & Catholica fides, & virginitatem, & cælibatum, cultum esse Deo gratissimum, amplissimas Dei habentem promissiones, eius maxime, quæ futura est æternæ vitæ, Quare sunt & SATISFACTIO MAXIMA PECCAORVM, ET MERITVM VITÆ ÆTERNÆ.

Fr. Petrus à Soto ordinis S. Domini, in sua Catholica fidei Assertionè, loco de votis Monasticis. Nullus hic Christo locus est.

Et vt noua sint omnia Ecclesiæ Nouæ Papisticæ Romanæ, Euangelium quoque nouum, & sic Quintum habent, quod Cyrillus, non sanctus ille, & doctissimus Alexandrinus Episcopus: sed Monachus quidam Græcus, Carmelita, anno Domini 1192. accepisse in Missa per Angelum, ipsius Dei digito in argenteis (non lapideis, vt Moyses in monte Sinai) tabulis græcè scriptum, super futuro Ecclesiæ statu, literarum monumentis perhibetur.

Ecce ergò transferunt vetera, & facta sunt Noua omnia, vt eum Propheta etiam loquamur. Sicut etiam Purgatorium Nouum, in quo, Nouo, & Poëtico, atque Ethnico, Platonico more, & animæ post mortem demum à peccatis, non per Christum, sed per proprias passionis expurgantur. Non enim amplius sunt Christiani, nec Christi Ecclesia, sed Pontificia, Romana, imò Ethnica, & Iudaica Ecclesia, ac synagoga. Non filij Prophetarum, aut Christi Apostolorum discipuli, sed Papæ Noui Dei, Noua creatura.

Et quis Nouitates istas Nouæ huius Ecclesiæ omnes, & singulas, quas partim ipsi confluxerunt, partim à Iudæis, praua quadam imitatione, cum dudum sint abrogatæ, partim ab Ethnicis sunt mutuati, enumeraret? Quæ etsi apud istos secula aliquot durasse, etiam mille annos & amplius, probaretur: Noua tamen sunt, veræ Primitiue Apostolicæ, pariter & Scripturæ sacræ similes & veteri, plusquam quatuor mille annorum Ecclesiæ incongnita.

Hæc igitur, Iesuita, verè Noua est Religio, Noua Ecclesia Pontificia Romana, non Christi sponsa, sed adultera, non virgo immaculata,

immaculata, sed scortum turpissimum, ac Diaboli prostibulum, & sentina, quæ relicto sponso suæ virginitatis, Christo, qui eam sibi in Baptismo desponsauerat in fide & veritate, turpissimè ab eo defecit, facta meretrix, Ecclesia Diaboli, centies Hæretica & Antichristiana. In malam itaque rem cum Noua hac Pontificia Romana Ecclesia, doctrina, & religione. Quod porro in eadem Epistola scripsi, confidimus quidem adhuc multos hinc inde sub signis Romani Episcopi militantes, in fundamento nobiscum facere, præsertim in fine vitæ: repetens aduersarius hæc verba interpretatur, aut corrumpit potius, dicens, hoc est, Papistas, aut Catholicos in præcipuis fidei dogmatibus esse Lutheranos. Videre hic est, quanta sit vis consuetudinis, penè in naturam vt abeat. Ita Iesuita calumniari omnia rectè dicta consuevit. Ideoque verbum serè nullum relinquit mihi, quod non deprauet. Quasi verbum vnum sit & idem, Papista, & sub Papatu viuens. Papista ille est & dicitur, qui omnia Romani Pontificis dogmata, cultus, traditiones, decreta ac deliria: summa, qui Romanam Religionem extra, præter, & contra Scripturæ sacræ genuinam sententiam, amplectitur, & approbat. Quæ dicuntur Papatus: sub quo nihilominus vera semper mansit Christi Ecclesia, quæ tamen illa non omnia probauit, sicut hætenus id exemplis, dictis & factis est abundè demonstratum. Ex charitate itaque Christiana spero, ac confido, & ex symboli articulo credo, certoque insuper scio, ac noui ipse quàm plurimos, in locis Romano Pontifici, quo ad Religionem, addictis, latere, qui in Religione nobiscum sentiant, damnantes Papatum. Nec fides hæc mea, vt Iesuita narrat, super arundine, aut arena est ædificata: sed super firmissimum fundamentum verbi Dei, ac Scripturæ sacræ, quæ vobis quidem Iesuitis, qui plus ris facitis Papæ decreta, & traditiones, quàm illam, arena leuior & mobilior videtur, prijs autem omnibus nihil est firmitus. Hæc nos docet, publicè in regno Israël turpissima vitulorum prostante Idololatria, sub sæuissimâ persecutione impijsissimi Ahab Regis Israelitarum, & crudelissimæ Iesabellæ (vbi etiam Propheta Domini Helias humanæ tentationi succumbens, iudicabat, Omnes Israelitas ad Idololatriam metu suppliciorum defecisse, cum nullum audiret publicè suam fidem profitentem, ac Idololatriæ contradicentem, ideoque omnes putaret in duas partes claudicare, (quæ verba pro se hic Iesuita allegat) seque solum esse relictum, qui sincère Deum coleret) Dominum Deum sibi reliquisse adhuc 7, millia virorum, quorum genua non sint incuruata ante Baal,

Refutatio defenfusen

(Miffa Papiftica.) & omne os, quod non adorauit eum, ofculans
manum, fic & in tempore hoc. Sed inquit Iefuita, funt homines
duplicis cordis, nec calidi, nec frigidi, fed tepidi, ideo euomentur
ex ore Dei, maxime cum erubefcant Chriftum, & Chrifti fidem
coram hominibus confiteri. Agnofeo uerba Scripturæ, quæ ni-
hil ad eos, qui pro tempore, non nihil funt infirmi; hi enim non
damnantur. Qualis fuit & Nicodemus, quem Chriftus ipfe tulit,
& erudiuit humaniffime, Quales fuerunt & difcipuli ipfimet Chri-
fti, non folum ante publicam Spiritus fancti miffionem, metu Iu-
dæorum femet includentes: fed etiam Ecclefa Chrifti, poftquam
admiranda illa Spiritus fancti dona, & robur fidei ac animi accepe-
rant, nocturnos nihilominus egerunt ut plurimum conuentus Hier-
ofolymis, & alibi, cuius rei in Actis Apoftolorum exempla ex-
tant plurima. Contra hos ergo linguam tuam maledicam exeris,
hos ea petis, quos & adoras, damnans illos. Et ita calidum &
frigidum ex vno & eodem ore, contra eosdem efflas. An non &
Chriftiani pñ in primitiua Ecclefa, non folum noctu conuenerunt,
fed etiam in fubterraneis locis, in cryptis? Nec uifum eft illis in
publicum prodire, fuamq; ædere confeffionem femper omnibus;
quibusdam enim hoc tentantibus, infœliciter celfit. Sed dicam
quid uelis, quod Hypocrita meditaris, profireri uero non nihil eru-
befcis. Hoc uobis dolet carnificibus crudelibus, Cainitis, Efauitis,
Doëgitis, uiris sanguinum & dolofis: quod non uobis in illos mi-
feros Chriftianos pios, pro ueftra libidine fœuire, eorumq; fanguis-
nem, quem fititis, bibere licet. Hoc enim facitis, vbicunq; po-
teftis. Vbi uero non permittitur hoc ipfum, tamen datis operam
modis quibuscunq; poteftis omnibus, & apud quoscunq;: hoc
& uiua uoce, & fcriptis agere non ceffatis, ut potentes contra ue-
re pios infligatis, quò brachia fua in hominum piorum & innocen-
tum fanguine lauent. Poft hæc Coccyfimum fuum ftatim repetit
de feftis noftris & difidijs. Quibus fubijcit: fed quorlum contra
manifestum Dei uerbum, facrificium Miffæ, Exequias, Vigilijs, bo-
norumque operum merita: Pontificias nugas aduerfarius uocat?
Nefcit uerbo Dei hæc omnia ftabilia & probata luculenter haberi?
Vtiq; mi Iefuita, nefcio: & hætenus neque in uerbo Dei, quod
iam Dei beneficio annos 40. magna diligentia, nec ut fpero infœ-
liciter difco, lego, meditor; doceo, inuenire; neque ex uobis ue-
ftrisq; fcriptis, in quorum lectione non minus diligenter, (quam
fœliciter, res ipfa loquatur) fum uerfatus, quomodo inde probetis,
discere pofui, Ueftrane culpa, quod docere ex illo non poffitis: an
uero

verò mea, quod adeo sim indocilis, id factum sit, si dubites. Vno, dubitatione te hac verbo liberabo. De his vestris Pontificijs nugis (repeto, quod dixi in præfat.) nullum extat Dei verbum, sed omnia & singula contra manifestum Dei verbum à Pontificijs sunt excogitata. Quòd enim homines bonis suis operibus, vitam æternam mereantur, cum tota Sacra scriptura, & fidei analogia pugnat, cum Prophetæ omnes, & Apostoli magno consensu hoc solius Christi meriti proprium esse doceant, ut paulò superius ex Petri sententijs probatum est. Nam quòd ad alia præmia, vel in hac, vel in altera vita, quibus Deus coronat sua dona in nobis, non disputamus.

Actor. 4. 10. 11.

Venio ad Bernhardum, in quo infœliciter me versatum aduersarius asserit, quod vel hinc constare possit, quia falso dixerim, Bernhardum ordinem Monasticum à se institutum, obseruasse. Cum nullum nouum instituerit ordinem. O me miserum, o me teretq; quaterq; infœlicem, qui ignorem, singulorum ordinum Monasticorum authores. Sed me recreat non nihil, quod de Copres insigni quodam Abbate in Scythia scribitur. Habuit is multos discipulos, qui cum inter se disceptarent de Melchisedech, quisnam fuisset, ac tandem quæstionem ad præceptorem suum Copres determinandam referrent: facta ad se Apostrophe, væ inquit, tibi Copres, quòd quæ Deus tibi mandauit ut faceres, deseruisti; quæ autem à te non requirit, ea scrutari præsumis. Quo dicto, præposteram discipulorum suorum curiositatem, non necessaria curiosè inquirentium, interim verò magis salutaria negligentium, reprehendit. Ita certè melius cum tota Ecclesia ageretur, si nomina etiam hæc ordinum omnium Monasticorum, quos recensuimus, prorsus essent oblitterata: ipsis verò qui posterioribus temporibus in illis vixerunt, longè, multoquæ consultius, si sectæ illæ nunquam natæ fuissent.

Nec est quòd mihi Patres, Basilium Magnum, Chrysostrum, Augustinum ipsum, quos patres Monachorum faciunt, obijciat aduersarius: qui, verum est, admiratores Monachatus fuerunt: sed longè alia Monachatus tum temporis fuit ratio. Patrum enim scholæ fuerunt Monasteria illa, in quibus exercebantur in studijs Sacrarum literarum, vbi liberaliter instituti, deinde euocabantur ad Ministeria Ecclesiastica. Partim verò laboribus manuum suarum in vita illa & conuersatione communi, victum parabant. Quod ex dictorum Patrum scriptis manifestum est.

Refutatio defensionis

Sozomenus hist. Eccles. libro 6. capite 28. Serapion circa Arsenioren degit, habens sub se Monachorum circiter decem milia: quos omnes sic instituit, vt proprijs laboribus necessaria conquirent, & alijs quoque egnis illa suppeditarent. Melsis tempestate pro mercede metentes, sufficiens sibi ipsis frumentum reponabant, & alijs quoque Monachis tradebant. Sic D. Augustinus librum peculiarem in hoc argumenti genere scripsit, cui titulum fecit, De opere Monachorum, in quo refutat ociosorum & ignauorum ventrum prauam opinionem, qui prætextu precum, Psalmorum & lectionum, ocio indulgebant: interim præcepto Domini se obtemperare asserentes, quod de victu non debeamus esse solliciti. Et locum Apostoli, vbi scribit: Qui non laborat, non manducet, de cibo & opere spirituali, dictum imaginabantur. Cæterum Augustinus ex textus circumstantia conuincit, Apostolum de labore manuum corporali locutum. Licere autem orare & psallere nihilominus, etiam dum manibus operantur. Et citius exaudiri vnam obedientis orationem, quam decem milia contemptoris. Obtemperent igitur et ipsi Apostolicis de labore manuum præceptis. Sed conqueritur & accusat Monachos, quod ociosas manus, & plena repositoria velint habere. Et cap. 28. ita scribit: Callidissimus hostis tam multos hypocritas sub habitu Monachorum vsquequaque disperfit, euntes prouincias, &c. Alij membra Martyrum (si tamen Martyrum) venditant, alijs, simbras magnificant &c. mentiuntur, & omnes petunt, omnes exigunt, aut sumptus lucrosæ ægestatis, aut simulatæ precum sanctitatis. Hactenus Augustinus. Quod si igitur patres illi ex mortuis refurgentes, nostrates viderent Monachos, eorum mores, vitam, studia, & Monasteria, nequaquam agnoscerent. Sed vt ad institutum redeam. Quod me reprehendit Iesuita, & dicit me infœliciter in Bernhardo versatum: Ego sanè vt in reliquorum Scriptorum Ecclesiasticorum, ita etiam in Bernhaldi lectione sum versatus, vt me illius operæ nec pudeat, nec pigeat, præsertim cum ex Luthero sanctæ memoriæ, instauratore purioris Theologiæ, præceptore meo Reuerendo, sæpè audierim, in eiusque scriptis legerim, S. Bernhardum optimum inter Monachos fuisse, neque vllum ex his vel doctius scripsisse, vel seuerius vixisse.

Quod igitur ad ordinis Authorem, sciebam equidem, ordinis Cisterciensis authorem fuisse Robertum Monachum, iuxta versiculos,

Anno milleno, centeno, bis minus vno:

Sub fratre Roberto, capie Cistercius ordo.

Sed quia bonus ille frater Robertus, eiusque Monasterium Cistercium, valde obscurum fuerat: Et Guillelmus ipse (qui vix tam Bernardi quinque libris descripsit) dicat, eam domum pauperem, & eo tempore adhuc absconditam, & penè nullam fuisse, adeò quidem, vt sub Abbate Stephano, nouellus & pusillus grex Cisterciensis, eiusque paucitas, tædio ei esse inciperet, & omnis spes posteritatis (verba enim authoris refero) decideret, in quam sanctæ illius paupertatis hæreditas transfunderetur: Bernhardum anno Domini 1113. à constitutione verò domus Cisterciensis decimo quinto, ingressum, ad ordinem Monasticum confortandum, & dilatandum. Cum ergo Bernardus propter generis splendorem, pietatem, & eruditionem, locum illum celebrem reddiderit, Monachi non Robertini, sed Bernhardini sunt vocati. Quod testantur literæ Abbatum eius ordinis in Germania, qui ita scriperunt in literis contractuum, de quibus paulò antic. *Wir N. von Gottes verhengnis Abte / vnd wir Prior vnd Conuent des Closters. N. Sanct Bernhards Ordens / von Eitel.* Testantur hoc etiam tabulæ depictæ in Monasterijs eius Ordinis, vbi D. Bernardus à dexteris, Robertus verò à sinistris depictus conspicitur. Sicut & passim in fenestris circuitus Monasteriorum illius ordinis, historia vitæ Bernardi depicta est. Et Bernardus ordinem Cisterciensem tam celebrem reddidit, vt 160. Monasteriorum Pater fuerit, quæ fundauit in sua vita. Cum ergo à potiori denominandæ sint res, meritò à Bernhardo Bernhardini: a loco verò Cisterciensis ordo dicitur. Et vt intelligas non nouum hoc esse, aut meum iuentum, narrabo vel fabulam, vt habeas calumniandi occasionem Iesuita, vel historiam. Cum enim Abbas quidam indoctus huius Ordinis, in Monasterium Benedictinorum venisset aliquando, & illic Abbas Cænobij mensam his verbis confecerat, Benedictus benedicat: neque ille præ inscitia intelligeret, de Deo id accipiendum: rediens in suum Monasterium, ad imitationem illius, & ipse consimili vsus esse dicitur precationis formula: Bernardus bernhardat.

Libro 1. cap. 3. & 4.

Deinde quod Iesuita dicere non veretur, me scribere, Bernardum à fide Catholica defecisse: iniuriam mihi facit atrocem. Hoc enim neque cogitavi, neque dixi vnquam, neque scripsi vsquam; sed hoc scripsi. Non consilium esse suæ Monasticæ: quod verum est.

Refutatio defensionis

rum est. Atqui Iesuita ita scribit: Tantum abest, vt ille sanctus, cum
 esset moriendum, Monasticæ suæ diffideret: quod vitæ genus tot
 encomijs celebrauerat &c. Quid audio Iesuita? Ergone tu asseris
 & probas Ecclesiæ tuæ Catholicæ hoc dogma: fiduciam suam ho-
 mini in fine vitæ coram tribunalī, Dei existenti, in Monasticæ
 figmentum est, & doctrina, siue traditio humana, quò cultus gene-
 re, Christus ex Propheta testatur, frustra se coli: Docentes inquit,
 Matth. 23. et obseruantes doctrinas hominum. Cum etiam omnia sanctorum
 Ma. 64. pia ac bona opera, atque iustitiæ coram Deo sint tanquam pannus
 menstruatus, nedum cucullæ Monasticæ. Hiscene peisimè tecti in
 Luc. 17. conspectum, & ad tribunal Dei accedent & confident? Maledictus,
 inquit Propheta, qui confidit in homine, & ponit carnem brachi-
 um suum: Benedictus autem vir qui confidit in Domino, & erit
DOMINVS FIDV CIA EIVS. Et Christus disertè damnat fi-
 duciam istam Pharisaicam in propriam iustitiam, Lucæ 18. para-
 bola in super addita. In malam igitur rem cum stercoſaria, plus
 quam menstruata, & maledicta ista Pharisaica, & à Deo toties in
 Scriptura sacra damnata, priorum fictitiorum operum iustitia,
 in eamque fiducia: quam vos Hypocritæ, Pharisei, in Christum
 solum collocandam negatis, & anathematizatis solenniter in ve-
 stro conciliabulo Trid. Sess. 6. Can. 12. his verbis: Si quis
 dixerit, fidem iustificantem nihil aliud esse, quàm fiduciam di-
 uinæ misericordiæ, peccata remittentis propter Christum, vel ea-
 eam fiduciam solam esse, qua iustificamur, anathema sit. Quæ
 hæc peruersitas? quis hic vertiginis Spiritus, negare fiduciam
 in misericordiam Dei propter Christum, peccata remittentis, nos
 iustificari: cum hæc perfectissima sit iustitia, de qua tota Scri-
 ptura loquitur: contra verò docere, Monasticæ, hoc est, cucul-
 læ fordidiæ & pediculosæ in tota vita, eiusque sine confidendum?

Paulus certè longè sanctior Bernhardo, vel Iesuitis omnia-
 bus, qui nihil sibi conscius, tamen se in hoc iustificatum esse ne-
 gat, adeo vt pro stercoſibus reputer omnem suam iustitiam.

u. Cor. 4. Quæ cum verissima sint, & diuina oracula, imò tonitrua
 cœlestia, quibus fiducia in opera hominum in tartara deijcitur:
 Philip. 3. spero Bernhardum (quicquid Iesuita garrat, in fine vitæ omni-
 um suorum operum & meritorum oblitum, non suæ Monasti-

ex confilium, sed ad vnius CHRISTI meritum confugisse, iuxta propriam suam confessionem, & prædicationem: ac in ipsa hac confessione, quam sermone 61. super Cantica ædidi, p̄ se defunctum, & omnem suam fiduciam in CHRISTVM, & non in opera sua Monastica collocasse, iuxta illius sermonis copiosam & exuberantem orationem, qua fiduciam in solam CHRISTI passionem, mortem, miserationem, & iustitiam collocat, ex qua nonnulla breuiter in Epistola mea Nuncupatoria posui.

Non ferebat enim Epistolæ ratio, vt locum integrè exscriberem, quod me aduersarius, nescio quo consilio fecisse insinuat. Quod verò Bernhardi Canonizationem Pontificiam potius, quam Apostolicam vocauit, hanc ob causam factum est, quod demum anno 1164. facta fuerit ab Alexandro. 3. Pontifice, non ab Apostolis, quorum nullum hanc ad rem à mortuis resuscitatum legimus. Irridebit hic sat scio meam Iesuita inscitiam, quod ignorem ea omnia, quæ à Romanis proficiscantur Episcopis, Apostolica dici. Ego verò libenter hac in parte meam & imperitiam, & incredulitatem agnosco & fateor. Quod tantum esse sciam discrimen inter 12. CHRISTI Apostolos & aliquot seculorum Romanos Pontifices, quantum est inter Apostolos CHRISTI, & Diabolum ipsum: nisi de illo, qui fuit ex numero duodecim, Iuda Ischariote intelligant.

Scio & legi etiam locum, quem Iesuita contra me adducit, Bernhard. super in quo D. Bernardus Purgatorium, sicut & Orationes pro defunctis, Inuocationem Sanctorum, & alibi alias quoque Pontificias nugas approbat Quos ipse nauos & verenda, sicut & aliorum Patrum, exemplo Sem & Iapheth, magis tegenda, quam instar Chamis detegenda, ac temporum iniuriæ potius condonanda, quam defendenda esse, existimarem. Dixi etiam antè quàm honorificè de Bernhardo senserit & locutus sit vir Dei Lutherus.

Idem tamen, quia hæc illi non erant ignota, de eodem dixit: quod quando à CHRISTO ad Regulas & Ordines Monasticos, opera hominum, atque alia id genus similia deslectat, planè esse sui dissimilem. Quia in his etiam extra Scripturam loquitur, & hic potius audendi nobis sunt Prophetæ & Apostoli, quam successores quicumque, quocumque viuentes tempore, quantacumque vitæ sanctimonia (vt Augustinus loquitur) possident.

Quod

Refutatio defensionis

Quod si verò Iesuita tanti facit auctoritatem Bernardi in hoc 66 sermone: quærere mihi liber, ecquid sentiat de alijs eiusdem sermonis locis duobus, in quibus agit contra illos, qui nuptias prohibebant & cibos, eosque ex Scriptura sacra conuincit, quod à fide deficientes, doctrinas dæmoniorum doceant, & addit: Quo nomine titulo ue istos censebis? Nullo, quoniam non est ab homine illorum hæresis, neque per hominem illam acceperunt. Absit tamen vt per reuelationem Iesu Christi: sed magis & absque dubio (vri Spiritus sanctus prædixit) per immisionem & fraudem dæmoniorum, loquentium mendacium, prohibentium nubere. In hypocrisis planè hoc, & vulpina dolositate loquuntur: fingentes amore id dicere se castitatis: quod magis causa turpitudinis fouendæ & multiplicandæ adinuenerunt. Res tamen tam in aperto est, vt mirer quomodo vnquam homini Christiano persuaderi potuerit: nisi quod hi ad eò bestiales sunt, vt non aduertant, qualiter omni immunditiæ laxat habenas, qui nuptias damnat; aut certè ita pleni nequitia, & DIABOLICA MALIGNITATE ABSORPTI, vt aduertentes, dissimulent, & lætentur in perditione hominum. Postea aliquoties Hæreticos nominat. Quid tibi, inquam, de his Iesuita videtur? sed facile rimam vulpecula se sperat inuenturam qua elabatur, effugiat, & eludat hæc Bernardi verba, ne contra Pontificios dicta videantur; sed apertiora sunt Apostoli verba, quam vt euadere possit: capta est illis vulpecula, & irrerita. Non enim de certis tantum vaticinatur personis: sed de re ipsa loquitur, quicumque opinione cultus, meriti aut necessitatis prohibeant, doctrinas dæmoniorum docere.

Ad verba quod attinet: Tempus perdidit, quia perditè visis, quæ negat Iesuita in Bernhardo contineri. Esti voces his syllabis & literarum notis non in eo haberentur: tamen si sententiam esse Bernardi, ex eodem docuero, spero me ab æquis Iudicibus absolutum iri, vt me à suspitione malæ fidei liberent, alia certè magis significantia ab eo scripta, facile inueniemus. Ad hunc etenim modum ipsi quoque Apostoli ex veteris Testamenti libris citare testimonia, nihilominus dicentes, sicut scriptum est: & tamen verba vt habentur in originali, non recitant, sed tantum sententiam reddunt, aliquando verò tantum alludunt. Neque ferebat vt dixi, Epistolæ breuitas, integra exscribere loca: sed sententia contentus fui. Sicut in animum inducere non poteram, ad calumniam hæc quenquam rapturum esse. Visum est itaque iam verba quoque, sententiam hanc continentia, describere, quod nihil ab
huius

Notate per Deum
Papistæ verba
Bernhardi.

huius Sycophantæ morsu & calumnia tutum esse videam. Cum enim à Sathana in lucta quadam accusaretur, nil territus, aut turbatus ait: Fateor, NON SVM DIGNVS EGO, NEC PRO-
PRIIS POSSVM MERITIS REGNVM OBTINERE
C OBLORVM. Cæterum duplici iure illud obtinens Dominus meus, hæreditate scilicet Patris, & merito passionis: altero ipse contentus, alterum mihi donat, ex cuius dono, iure illud mihi vendicans, non confundor. In hoc verbo confusus inimicus, conuentus ille solutus, & homo Dei in se reuersus est.

In vita Bernardi
lib. 1. cap. 12.

In vita Bernardi libro 5. capite 2. extat Epistola, quam vicinius morti, vt manus officium facere amplius non possent, ad Arnoldum Bonæ vallis Abbatem dictauit, in qua inter alia habetur: Curate munire votis calcaneum nudum meritis, vt is qui insidiatur, inuenire non possit, vnde figat dentem, & vulnus infligat. Et in eodem capite, de eodem: cui tamen ab olim atque aliter radicata in pectore eius humilitas persuaserat, vt ex intimo cordis affectu, seruum inutilem se esse diceret, & arborem sterilem, ex cuius vita, nullus sibi fructus, nullus alteri cuiquam proveniret. An non hoc est, dicere, ac fateri: Tempus perdidisti, perdidisti vixi? Et ipse serm. 61. cuius antea feci mentionem: In cœlis petra, in illa firmitas atque securitas est. Petra refugium erinacis. Et re vera, vbi tuta firmaque infirmis securitas, & requies, nisi in vulneribus Saluatoris? Tanto illic securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus insidiatur: non cado, fundatus enim sum super firmam petram. Peccaui peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam vulnere Domini recordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non Christi morte saluetur? Si ergo in mentem venerit, tam potens, tamque efficax medicamentum, nulla iam possum morbi malignitate terreri. Et ideo liquet errasse illum, qui ait, maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Et paulo post ibid. Maiorem enim miserationem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro addictis morti, & damnatis. Meum proinde meritum, miseratione Domini. Non plane sum meriti inops, quamdiu ille miserationum non fuerit. Quod si misericordie Domini multæ, multus nihilominus ego in meritis sum. Quid enim si multorum sum mihi conscius delictorum? Nempe vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Etsi misericordie Domini ab æterno, & vsque in æternum; ego quoque miseris

Bernhard. serm.
61. super Cantica.
Nota.

Refutatio defensionis

miseri cordias Domini in æternum cantabo. Nunquid iustitias meas & Domine memorabor iustitiarum tuarum SOLI VS, ipsa est enim & mea. Nempe factus es mihi & tu, iustitia à Deo. Nunquid: mihi verendum, ne non vna ambobus sufficiat? Non est pallium breue, quod secundum prophetam non possit operire duos, iustitia tua, iustitia in æternum. Quid longius æternitate? Et te pariter & me operiet largiter, larga est & æterna iustitia. Et in me quidem operit multitudinem peccatorum; in te autem Domine quid nisi thesauros, diuitias bonitatis. Hæc in foraminibus petrae repositæ mihi. Hactenus ille. | Quod igitur Iesuita addit: Imò nec illa
» verba, quæ sequuntur, peccavi peccatum grande, &c. bona fide
» citantur ab eo, cum sermone 43. in Cantica, nihil eiusmodi à Bern:
» hardo sit dictum. Quis malæ fidei hominem esse neget Iusuitam? quod vitium & errorem typographicum, qui propter cognationem aliqualem figurarum numerorum, pro 61. posuit 43. quacunque negligentia id factum sit, me malæ fidei accusare audeat? quo ipso animi sui morbum, vt forex suo indicio, prodit: verba enim vt iam commemoravi ad verbum habentur in 61. sermone super Cantica. Porro quod dicit nihil eiusmodi sermone 43. à Bernhardo dictum, mirari satis nequeo. Profecto nunquam hoc scripisset Iesuita, si sermonem hunc vel legisset, vel perpendisset. Sic enim in eo scribit super verba, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: Et ego fratres, ab inente mea conversione pro aceruo meritorum, quæ mihi deesse sciebam, hunc mihi fasciculum colligare, & inter vbera mea collocare curavi, collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei, &c. Quæ in salutem nostri generis sylua Evangelica copiosissimè noscitur protulisse. Vbi tanè inter tot odoriferæ myrrhæ huius ramusculos, minimè prætermittendam putavi, etiam illam myrrham, qua in cruce potatus: sed neque illam, qua vinctus est in sepultura. Quarum in prima applicuit sibi meorum amaritudinem peccatorum. In secunda futuram in corruptionem mei corporis dedicavit. Memoriam abundantia suauitatis horum eructabo quoad vixero. In æternum non obliuiscar miserationes istas, quia in ipsis viuificatus sum, &c. Et in hanc sententiam quæ sequuntur plurima. Hæc meditari dixi sapientiam, in his iustitiarum perfectionem mihi constitui, in his plenitudinem scientiæ, in his diuitias salutis, in his copias meritorum. Ex his mihi interdum potus salutaris, amaritudinis. Ex his rursum suavis vnctio consolationis; hæc me erigunt in aduersis, &c.

Hæc

Hæc mihi conciliant mundi iudicem, dum tremendum potentibus, mitem, humilem figurant: dum non solum placabilem, sed & imitabilem representant eum qui inaccessibilis est, Principatibus terribilis, apud reges terræ. Propterea hæc mihi in ore freaquenter, sicut vos scitis: in corde semper, sicut DEVS scit: hæc stylo meo admodum familiaria, sicut apparet: hæc mea sublimior interim philosophia, scire Iesum, & hunc crucifixum. Hæc tamen ille.

Quid, Iesuitæ? Hæcne verba, nihil eiusmodi continent & mente captum te fuisse necesse est (quod sanæ mentis fatebuntur omnes) dum hæc scriberes, si hunc legisti sermonem, qui totus nihil aliud spirat, quam quod vberissimo spiritu sibi & nobis commendat CHRISTI vnicum meritum, quo se in omnibus perturbationibus, & peccatorum amaritudine consoletur, erigat & sustentet: qui hæc non animaduertisti. Aut forte in Phantasia imaginatus es, hunc non amplius extare sermonem, aut à nemine legi posse. Aut ita dementatus & excœcatus es alijs hinc inde ex Bernhardo excerptis de operum meritis, sententiolis, vt ex his illud, & c. interpretandos putares: qui tamen duo, veram & genuinam Sacræ scripturæ de meritis sententiam exprimunt, cum illæ, quas tu ex eodem citas, cum eadem, & cum ipso Bernhardo pugnent. Cum DEVM testetur, hæc, de CHRISTI meritis, semper sibi in corde esse, sequæ in his iustitiæ sibi perfectionem constituere. Et illa, quam alibi ponit, sententia, sufficit ad meritum, scire, quod non sufficiant merita: semper præcedere, & interpretari debeant, omnia reliqua, quæcunque alibi de priorum operum meritis dicit. Non enim nego, diuersas in eo extare sententias.

Et hoc est, quod Lutherus alicubi de D. Bernhardo scribit, D. Lutherus super psal. 117. circa finem. quod vti nam Iesuitæ, & illius farinae homines, non odio personæ contemnerent, in hæc verba: Ich hab es in S. Bernhardo auch gesehen/wann derselbige Mann beginnet von Christo zu reden / da gehts daher das lust ist. Wann er aber ausser disem stuck ist / vnd von Negelein vnd Wercken redet / so ist es nicht mehr S. Bernhard. Sed hæc ad Iesuitæ accusationem, de Bernhardo perperam citato, respondisse sufficiat.

Porro quod scripsi, illos qui sub tyrannide Pontificia viuunt, nobiscum rectè de fundamento sentientes, si nostra legerent scripta, dubium non esse, quin per Dei gratiam plurimis agnitis erroribus Ecclesiæ Pontificiæ, rectius de multis doctrinæ partibus sensuros &c.

Refutatio defensionis

2. Corinth. 11. » Hic Iesuita in uersione utitur, dicens: tales profecto, uestra si legerent
» scripta, dubiū non est, quin per curiosas nouitates, & deceptiones,
» quibus scripta uestra scitent, in graues errores, & perniciosas hæ-
» reseis inciderent. Adducens locum Pauli, metuentis Corinthiis
» atque fidelibus omnibus, ideoque salubriter cauet, dum ait: Timeo
» autem uobis, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita & cor-
» rumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Chris-
sto. Curiosas nouitates, & deceptiones impostor Iesuita uocat
Sacram scripturam, quam nos profitemur: nihil enim ex nostro
cerebro constringimus, sed apertis Scripturæ sacræ testimonijs in
genuino sensu, nostra omnia confirmamus, extra quæ nolumus
fidem nobis haberi. Hæc sudes est in Papistarum ex æquo omni-
um oculis. Hanc sane peius & angue oderunt, quod ea errores
iporum, cultus commenticij, & Idolomania turpissima, ac multis
plex, detegantur, & conuincantur. Ideo non secus eam ac dæmon
crucem fugiunt, imò in corde suo oderunt, imperfectionis, obscuri-
tatis, & ambiguitatis palam eam accusantes. Traditiones uero
humanas longè præferunt, quod planiores sint & pleniores, de-
creta denique sui Pontificis exosculantur omnia.

Quod si Eua uerbo Dei attendisset, in errorem sibi, totique
humano generi exitiosum, non incidisset. Quia uero oculos suos
ab illo auertit, auscultans Sathanæ, hinc decepta est. Ita nos audi-
entes ac sequentes Lucernam & facem uerbi Dei, quam nobis im-
mensa bonitate accendit, in tenebris non ambulabimus, nec in er-
rores aut deceptiones incidemus.

Hic nulla est nouitas curiosa, tantum enim filium Dei audiens
dum docemus, quem nobis Deus Pater cœlestis Doctorem audis-
endum commendauit. Hic per Apostolos suos, eorumque scripta
uniuersam omnium temporum Ecclesiam docet. Hæc uult audiri
cum Prophetis, Moysè, & Psalmis.

Vos uero Iesuite Pontificij, qui aliud & diuersum ab hoc do-
ctrinæ genus, & cultus excogitastis, inque Ecclesiam Christi inue-
nistis, nimium simplices & incautos uestris blandis uerbis, ac do-
ctis fabulis attendentes, sicut Sathan Euam, decipitis. Tales uos
auditores simplicianos habere cupitis, qui nulla tangantur pro-
pria salutis cura, sed uos Reuerendos Patres, Prælatos suos, Apo-
stolorum si dijs placet, successores, tanquam irrefragabiles doctores
audiant, uestra falsa, impia, sacrilega, blasphema, ac uenata an-
tiqui serpentis dogmata, tanquam oracula cœlestia & diuina ex
tripode quasi Apollinis, aut antro potius Trophonij sonantes, am-
plectantur.

plectantur. Sicut Græci veteres dixerunt, ὄνα μύθοι τῆς ἐλεγ' ὄδ' ὄτρα ἐκίει. Fabulam asino quis dicebat, ille verò auribus an-
nuebat.

An non enim Euangelista Lucas, indiuiduus Apostoli Pauli comes, hoc nomine commendat Berrhoenses, quòd cum omni auiditate verbum Dei susceperint, quotidie scrutantes scripturas, num hæc ita se haberent, quæ scilicet à Paulo ex Scriptura dicebatur. Actor. 17.

Quod si huic Iesuitæ Pauli historia describenda fuisset, haud dubie pro suo Magisterio grauisimè in illos inuectus fuisset. Quid sibi, diciturus, curiosæ hæ nouitates, & deceptiones volunt? Nos Præpositi vestri sumus, & oculi, ac pastores: Vos subditi, aures, oues. Ideo nos audite, quæcunque dixerimus, facite, quia in cathedra Moïsis sedemus: ne corrumpantur sensus vestri, & excidatis à simplicitate. Cauete etiam sedulo, ne Lutheranorum (qui sunt homines serpentina) libros legatis, sunt enim corrupti & fallaces. Nostros verò Catechismos, qui synceri sunt, catholicam fidem fideliter docent, ac fortiter propugnant, nocturna diurna versate manu.

Sed vtra pars noua, hoc est Scripturæ contraria dogmata seruat, errores & hæreseis perniciosas foueat, æqui Iudices, vt ex Scriptura pronuncient, facile ferre possumus. Hoc certò affirmamus, Pontificios omnes, coniunctis viribus, sapientia & doctrina suat: ex Sacra scriptura, nullius nos nouæ doctrinæ aut Hæreseos posse: cum contrà istos nulla difficultate plurimarum veterum ab Ecclesia damnatarum, conuincere facile possimus. Cum Ebionæis enim, solam fidem in Christum sufficere, & iustificare, negant. Cum Montano, multa de Spiritu sancto gloriantur, quo se suas que conciliabula regi iactant, ieiuniaque illo Magistro quæ non vno valent obulo, indicunt. Cum Encratitis & Tacianis ac demonijs, cibos & nuptias prohibent. Cum Pelagianis, vires liberi arbitrij in spiritualibus, & legis diuinæ impletione, contra expressum Dei verbum amplificant, Cum Donatistis, suam Pontificiam sectam, solam esse veram Christi in terris Ecclesiam, Taceo iam Mariolatram, & Idololatram eorum multiplicem, plusquam Ethnicam, non dico Deorum, sed mortuorum hominum, inuocationem. Nouos verò errores, quos in Ecclesiam Christi inuexerunt, vltra sexcentos ordine numerare possumus. Desinat itaque Iesuita petulanti sua, & maledicalingua, impuroque & fas-

Refutatio defensionis

crilego ore, hæreseis & nouitates nobis obijcere, qui quid vetus sit aut nouum, verè ignorat, sicut supra in specie demonstratum est.

- » Deñ libros Hæreticorū damnandos & exurendos, multis docet
- » exemplis Iesuita, tam veterum quàm recentiorum Imperatorum,
- » Pontificum, & Conciliorum, vt Constantinensis, in quo Vuicles-
- » si libri publicè sunt combusti. Sic Carolum V. in suis hæreditarijs
- » ditionibus lectione librorum Lutheri interdixisse, graui poena ad-
- » dita. Sic Gallos apud Metenses, libros Lutheri carnifici combu-
- » rendos publicè tradidisse.

Ad quod respondemus, non exemplis, sed legibus iudicandū. Nam & Antiochus Epimanes potius quàm Epiphanes, & Diocletianus, & Maximinus crudelissimi Tyranni, & piorum Christianorum persecutores sæuisissimi, sacros codices diligentissimè requisiti exusserunt. Non tamen ideò rectè fecisse censendi sunt. Sicut nec ideò probanda sunt exempla Constantinensis Concilij, quòd Vuiclesi; aut Metensium, quòd Lutheri libros, nec Caroli etiam V. Imperatoris, malè ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, qui sunt ipsi sexcenties hæretici, crudelissimi ac sæuisissimi Christianorum persecutores, persuasi, exuri curauerunt. Nec dum enim, si maxime detur, Hæreticos libros è medio tollendos, Sacrosanctæ scripturæ testimonijs, M. Lutheri libri Hæreseos sunt conuicti. Sic & Sedecias Rex Iuda, librum Ieremiæ exussit: sed fauillæ cinerum oculos ipsius eruerunt, cum etiam videre coactus esset filios suos trucidari.

Mirum autem, quo consilio, in exemplorum Catalago omiserit Constantinum Christianissimum Imperatorem, qui libellos Episcoporum Catholicorum, et ambiriosorum, Vulcano consecrauit.

Quòd postremò nostro exemplo suam conatur stabilire sententiam. Quòd nos quoq; Catholicorum & Orthodoxorum virorum libros discipulis nostris interdicamus, Manifestum esse sit venia verbo mendacium, nouerunt hic omnes. Et Typographus, qui hæc excudit, qui idem est Bibliopola, & singulis Mercatibus Francofortum proficiscitur, latinamq; linguam intelligit, nouit hæc esse falsissima. Nouerunt & Auditores nostri omnes, qui hæc legunt, mendacium hic à Iesuita committi turpissimum. Et assert ille quidem libros Pontificiorum, sed pauciores. Quòd vestras Iebulæe nugas, impietates, falsa, praua & peruersa dogmata, putidas & putridas merces, nemo cupiat emere: cum pecuniam & tempus melius collocare possint, exceptis paucissimis, qui tantum portentosa & absurda vestra legere volunt, quòd vix fidem narrantibus habeant, tam crassa, impia, & blasphemata in tanta veritatis Euangelicæ lucæ, vos adhuc defendere,

Vobis

Vobis verò viris sanguinum & dolosis, non solum libros exurere, in eosque scire, sed etiam innocentium martyrum sanguinem plusquam Neroniana crudelitate, in piæ & veræ Ecclesiæ membra scruentes, effundere (id quod per vestros Inquisitores fecistis,) & corpora exurere, volupe est. Vnde fauilla cinerum per istas ditiones sparsæ sunt, & volitarunt, & in Belgico & per Gallias, vbi repleuistis eorum sanguine regna, & prouincias, qui clamans in cœlum, vltionem expetiuit, quæ causa diurnorum illorum motuum. Hypocritæ crudelissimi, quomodo effugietis ignem æternæ gehennæ? Amen dico vobis, veniet super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est à sanguine Abel iusti, vsque ad hæc tempora.

Cum scribo, Generosos Styriæ Procere pietati dare operã, eamque publicè profiteri, quæ vera sint nobilitatis insignia, & imagines militum Christianorum, quales multos olim fouerit Ecclesiæ primitiua in aulis Imperatorum Ethnicorum, qui tanquam stellæ cœli & filij Dei lucebant in medio nationis præuæ, atque peruersæ. Hic non bonus ille vir Iesuita, aduersarius meus, calumniator maximus, araneus, & scorpio suo me cupit venenato pun- gere aculeo: criminisque læsæ quasi Maiestatis reum agere. Nam inquit, & Serenissimum Archiducem Carolum Imperatoribus Ethnicis, seu Idololatriis, & Magnificos dominos Barones, veteribus Papistis comparauit. Ac ne pluribus hoc loco persequar tam insignem iniuriam, quam intulit serenissimo principi nostro &c. Quid illi obsecro venit in mentem, vt generosos Styriæ Barones, antiquis Papistis &c.

Quid est calumnia, si hæc non est? cum nullam prorsus institutam serenissimi Archiducis Austriæ comparationem, quod instituti mei rationes etiam non ferebant, sed tantum Generosorum Baronum, serpens ille, vt mihi constaret odium apud illius Celsitudinem Sycophanta, colligit & infert, quod mihi nunquam in mentem venit. Sed hæc artes sunt illius Societatis. Et hoc plane accidit, quod olim Liberio Episcopo Romano, qui cum Imperatori Constantino Arriano, exprobranti paucitatem Catholicorum, rectè de Trinitate sentientium, & dicenti: Quota pars tu es orbis terrarum, qui solus facis cum scelerato (Athanasso) & orbis terrarum ac mundi totius pacem dissoluis? responderet, Non diminuitur solitudine mea verbum fidei. Nam & olim tres solum inuenti fuere, qui edicto resisterent. Ibi statim Sycophanta Eunuchus Eusebius inserens, subiicit: facis tu, inquit, Imperatorem nostrum Nabus

Theodorit.
lib. 2. cap. 16.

Refutatio defensionis

Nabuchodonosorem? Liberius, minimè quidem inquit: sed sic tu absque ratione condemnas hominem, qui in iudicium adductus non fuit. Idem tibi dico Iebusæe, quod iniuste me reum agas criminis intentari, cuius neque conuinceres me vnquam, neque mihi (Deum testor) conscius sum. Nec quicquam horum ex meis istis verbis sequitur, aut colligi potest.

Tertull. in Apologetico cap. 28.

Quare tibi verbis Tertulliani respondeo, quibus ille ethnicis: Vos, inquit irreligiosi, qui petitis salutem, à quibus dari non potest. Insuper debellatis eos, qui eam sciunt petere, & possunt impetrare. Nos enim pro salute Imperatorum Deum vocamus æternum. Precantes sumus omnes semper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis, & Cæsaris vora sunt. Et cum eodem iterum: Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens à Deo suo constitui, necesse est, vt & ipsum diligat, & reuereatur, & honoret, & saluum velit, cum toto Romano Imperio, quo vsque seculum stabit, tam diu enim stabit. Colimus ergo & Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, vt hominem à Deo secundum, & quicquid est, à Deo coniequutum, solo Deo minorem. Hoc & ipse vult. Itaque & sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius: sed quomodo præcepit Deus, PRO RA PRECE.

Id. lib. ad Scapulam.

Quid in Missam offers?

Id. in Apologet. cap. 3.

Et idem iterum: Christiani non more gentilium solennia Cæsarum celebrabant: sed tamen magis fauerunt eis, quàm adulatores gentiles, id quod experientia testabatur.

Hæc eadem de nobis scito Iesuita, sentias, & dicas serenissimo Archiduci Austrig, Carolo, cuius celsitudini venenatum tuum librum dedicasti, & à nostri responsi ac defensionis lectione arces, & prohibes.

Quod igitur Iesuita mirari se dicit, quid mihi in mentem venerit, quod imprudens, nobiles Barones Styriæ Papistas facere, quos tamen angue peius & cane oderint, vouerim: dum eos contra sero militibus Christianis, qui olim in aulis Imperatorum Ethnicorum uixerint, cum non nisi Ethnici, & Hæretici aut Papistæ fuerint. In Ecclesia enim primitiua, nec Augustanam Confessionem, nec Euangelium Lutheri cognitum fuisse: quia hæc nuper esse eorum perint, & à Lutero & Melanphone suam originem traxerint. Papistas verò modernos eandem per omnia cum Catholicis uiris Catholicam fidem docere, quod vel ex concilio Tridentino cognoscere liceat.

Respondeo

Respondeo. Et ego miror, quid Iesuitæ hoc loco in mentem venerit, quod non erubuerit tam apertas calumnias, tam crassa, tam palpabilia mendacia, tam impudenter, in tanta veritatis luce effurire. Quasi verò quisquam sit adeò cœcus, aut stupidus, qui ignoret, tantum interesse, inter modernam Papistarum, & Apostolorum Christi ac primitivæ Ecclesiæ, doctrinam, fidem ac Religionem, quam Concilium Tridentinum profiteretur: quantum inter lucem & tenebras, nigrum & album, verum & falsum, Deum & diabolum est discrimen.

Nervus regni Papistici est Missa. An verò Apostoli eandem habuerunt Missam, quam hodie Pontificij? Quasi verò cœnam illi obtulerint pro peccatis viuorum & mortuorum, pro redemptione animarum? Quasi verò canis ille (Canon dicere volebam) fuerit tum, qui hodie? Quasi verò Gregorius Magnus Pontifex Romanus, & Platina, non scribant D. Petrum Apostolum, & reliquos omnes Apostolos, ad solam orationem dominicam consecrassent cœnam? Quasi ignorem sit, quid singuli Pontifices Romani assuerint, donec centones illi pessimè confuti, prodierunt? Quasi illi cœnam Domini mutilam, maneam, & dimidiatam administrauerint Laicis? cuius vel Constantiense Conciliabulum ipsum contrarium fatetur. Et tamen audet Iesuita, quæ ipsius est impudentia summa, ad libros Apostolicos & historias pro uocare. Idem de reliquis partibus Religionis Papisticæ docere possem, vt de impuro ipsorum cœlibatu, non est ignotum, quando & quibus authoribus in Ecclesiam sit introductus. De inuocatione mortuorum, ac reliquis Tridentini Conciliabuli Decretis impijs, cum Scriptura sacra pugnantibus. Sed quis hic foret finis?

Scilicet.

BONO igitur & tranquillo animo estote, Generosi Barones Styri, nec estis, nec vnquam Deo propitio eritis Papistæ, Quod magis optat, quam sperat Iesuita cacolyeus. Sed sicut Valentinianus in aula Iuliani, sacrificulo Ethnico lustrali aqua se aspergens alapam impegit: ita si reuiuisceret, his Antichristi serualis, si in templa eorum perueniret, & illi suo more, aqua sua magice à se consecrata, macularent potius quàm lustrarent, atque conspergerent, parem gratiam relaturus erat. In nullo enim hæc ab illa, à qua mutuati sunt Pontifices Romani, differre, certum est: nisi quod accedente magica consecratione, impietate longè illam, propter abulum verbi diuini superet.

Nihil autem prodest Iesuitæ, Lutheri testimonium affirmantis: In Papatu veram fuisse Scripturam, verum baptismum, verum

Refutatio defensionis

ri Sacramentū altaris, veros fidei articulos: quod & nos fatemur. Hęc. n. non sunt Papatus, sed Dei sunt & Ecclesię, quę fuit & man- sit, & conseruata est mirabiliter sub Papatu: qui fuit & est regnum Antichristi, sicut ibidem addit Lutherus, quodd Antichristus, Romę Pontifex, non in stabulo Sarhanę, sed in templo Dei, hoc est, in Ecclesia Dei sed: at: sed aduersetur Christo. Ideo Antichristus, qui omnia Dei & Ecclesię, Verbum, Sacramentum, quantum in se fuit corruerit & deprauarit, ideoque horrendę irę Dei opus fuisse & esse, adeoque à Diabolo fundatum Papatum, quod peculiari libro, hoc Titulo inscripto, docet, probat, & ad oculum ex Sacra scriptura demonstrat. Hęc quod non ibidem videris Iesuita, miror: num luscus, strabo, cęcus, aut lippientibus sis oculis, ignoro. Nihil ergo boni à Papa, & Papatu habemus, nec Biblia nec Sacramenta. Hęc enim non Papę, aut Papatu sunt: sed DEI, ET ECCLESIAE ipsius, à quibus accepimus. Papę verò & Papatu accepta ferimus corruptelas Sacrę scripturę, siue Bibliorum, Sacramentorum deprauationem, & quicquid mali, errorum, impietatis, Idolatrię, ac Traditionum humanarum in Ecclesiam est inuectum: omnia Pontificijs sunt adscribenda, à quibus orta sunt, & propagata successione ista carnali.

Quod verò ad Augustanam confessionem: quod sæpè & subinde, vt cuculus suum Coccyssimum ingeminar: est demum hoc ordine, & hac verborum forma, descripta, qua Anno 1530. Carolo V. Augustę in Comitijs est exhibitata: tamen doctrina quę in ea continetur, est vetustissima & omnium prima. Quę primum in Paradiso, mirando Dei consilio est ab ipso patetacta, & edita, de semine mulieris benedicto, contrituro caput serpentis, hoc est, destructuro, vt Apostolus 1. Iohan. 3. interpretatur, opera diaboli. Quę doctrina misere est deprauata, & impie corrupta per Pontificios doctores. Postea repetita ad Patriarchas, & demum per Prophetas & Apostolos literis consignata. Atque ita omnibus temporibus in Ecclesia filij Dei sonuit. Hęc inquam, & non alia in Augustana confessione continetur doctrina, ac firma & illustrata in Scriptura habet testimonia. Ideoque stat & stabit contra omnes insecrorum & Iesuitarū portas, manebitque pereunte religione Papistica.

Pergit Iesuita & dicit, non esse officium principum in rebus de fide controuersis, se iudices constituere, CONTRA CHRISTIANORVM PRINCIPVM CATHOLICORVM CONSVETVDINEM, quod nunquam eam authoritatem sibi sumere, & vsurpare voluerint.

Hęc

Hic infra buccas Iebusæ, & idolatua, ne David ingredatur ciuitatem sanctam, colloca super muros. Hic sibi serio sacrificuli Baalita, pro aris & focis depugnandum esse iudicant, ne alij, qui-
cunque sint illi, quantiscunque à Deo ornari donis, ad iudicia cau-
sarum Religionis, quàm laruari Episcopi admittantur, idque hoc
consilio: quod cum sciant, suos illos asinos ad Lyram, ad se tan-
quam doctiores reliquis monachis, summa rerum deuoluatur, &
penes ipsos sterque cadatque religio. Hic ingentem Iesuita contra
me exercitum producit Patrum, aciem instruit, Imperatores dis-
ponit, leges contra me armat, linguam suam, tanquam nouaculam
contra me acuit, domesticos meos, Augustanam Confessionem
mihi aduersari significat. Meo me denique proprio iugular gladio:
Hic miser iaceo ego, crimen insuper falsi effugere non porero, quòd
Constantini, Martiani, & Theodosii facta, non bona fide citaue-
rim. Inprimis verò serio triumphat, non secus ac si Hierosolyma
recuperasset, quod in margine Præfationis meæ, vicio typogra-
phi, quod à correctore inter excudendum non est obseruatum, sed
mutatis numeris, est erratum. Hic scilicet videndum, quantum de-
inceps meis citationibus tribuere conueniat.

Quod igitur ad grauissimum scilicet accusationis hoc caput
attinet: Sententia certè & verba quoque, bona fide à me sunt red-
dita. Vt habent allegationes marginales, vbi scriptum est, Socra-
tes, hist. Eccles. lib: 5. cap. 10. sicut in contextu verba inde bo-
na fide recitantur.

Sed additum vidit ibidem Iesuita in margine, Theodorit. lib.
9. cap. 18. 19. Bone Deus quàm me hic exagitat Iesuita: quàm mihi
insultat: quàm serio triumphat? Cum Theodoritus non nisi 5. li-
bros scripserit, in quibus nihil prorsus de Imperatoribus Constan-
tino & Martiano scriptum inueniatur. Hic verò inuenisse se putat,
non quod pueri in faba. Hic iustam se habere causam iudicat, qua
mihi fidem omnem abroget, cum palpabilis in me error sit depræ-
hensus. Ideoq; nihil amplius citationibus meis tribuendum. At quæ
ego antea non ignorabam, quòs libros Theodoritus, & quid ille
scripserit. Nec à me factum hoc esse potuit, vt qui scirem, hæc in
aliorum quoq; manus peruentura, maxime verò aduersarij, quem
nihil dissimulaturū, & omnes calumniandi occasiones capturorum,
probe noueram: præsertim cum prima statim facie, & in titulo ad
scripserim, oppositam esse tum meam, Disputationi Grætzensis,
eodem titulo editæ, sed vicio typographi irrepsit error inter ex-
cudendum, vt sit: & in 16, nihil est peccatum.

Refutatio defensionis

Neque enim quisquam tam oculus esse potest corrector, quem non talia fugiant interdum errata. Ideone tantæ mouendæ Tragoediae: praesertim ubi in rebus non erratur ipsis.

Sed Iesuita morbo quodam animi se laborare, & calumnijs delectari, quarum occasiones sollicitè quærit, auidè arripit, & pecculantlyer viurpat, declarat, sequutus præceptum Adulatoris Alexandri Mag. Thessali, qui dicere solitus est: Audacter calumniare, semper aliquid hæret. Qualis est illa cauillatio tenuis, qua scribit hic, Porro Socrates, quem etiam de prædictis Imp. allegasse
VIDETVR libro 5. capite 10. de Constantino & Marriano Imperatoribus nullam omnino, sed de Theodosio solo talem narrat historiam.

Adeo nihil certi, aut firmi contra me quod dicat habet Iesuita, vt diuinationibus quoque suis indulgeat. Sed ipsius VIDETVR, soluitur per NON VIDETVR. Cum verbis ex Socrate de Theodosio positis, in disputatione mea, locus in margine citatus, exactè respondeat. Nam de Constantino aliunde constat, de quo paulo post, ne tibi interim, mi Iesuita, mora sit molesta. Nec opus erat in præfatione omnia tractare. Sed modus sit tenuium istarum cauillationum, imò facessant potius. Verum hinc apparet, paupertate & inopia Iesuitam, in rebus & argumentis bonis contra me, in tota hac causa laborare, quod minutias istas adeo studiosè sectetur & stolidè venerat.

Porro vt ad Theodoritum redeam, non equidem ille nihil de Constantino scripsit, sed magnis certè laudibus Constantinum euehit, & studio pietatis eum longè multis præfert Pontificibus. Sic enim de illo scribit. Laudatissimus igitur Rex Constantinus, APOSTOLICAS CVRAS suscipiebat animo suo. Ac Pontifices, non solum ædificare Ecclesiam, sed illius etiam fundamenta labefactare conabantur. Nam illius, & Apostolicorum dogmatum principes (varias textentes calumnias) impulsos in exilium agebant. Sic idem Imp. ab Eusebio, Præco fixæ & manentis Religionis vocalissimus dicitur.

Sed hic valde elaborandum sibi non fultè sentit & iudicat
Iesuita, Vt ostendat exemplis Imperatorum & veterum & recentiorum: ad illorum officium non pertinere dijudicationem certaminum Ecclesiasticorum, sed hoc magistratus esse Apostolici.

Verum quod accidisse scribitur olim Xerxi, qui cum exercitum decies centena millia, contra Græciam eduxisset: vt profligasset eius exercitu, exiguo postea vix euaserit nauigio. Idem lebus

Theodor. lib. 1.
cap. 14.

Audi Iesuita quid
Theodoretus scripsit.

Pontifices semper
sui similes.

Eusebius de vita
Const. lib. 1.

scō huic contingeret. Nulla enim firma habet præsidia, sed prauam tantum opponit consuetudinem, quæ in Ecclesia locum habet inimicæ. Neque exemplis, sed legibus iudicandum est. Nec tam quid factum, quam quid rectè & iure factum sit, & quid fieri debeat, videndum. Turpis enim est oratio, inquit Demosthenes, dicere, sic factum est: vel, nunquam sic factum est. Cum semper potior probationis pars sit, non consuetudo, factum, vel exemplum: sed recta ratio, lex, & mandata Dei.

Vt igitur de re ipsa non nihil dicam: sunt Concilia non Papæ, non Episcoporum, aut vnus tantum alicuius certi ordinis vel partis iudicia: sed totius Ecclesiæ comitia, ad quam Christus vult hoc pertinere iudicium, cum dicit: Dic Ecclesiæ, quod secundum Matth. 18. istos, fundamentum est Conciliorum. Cæterum Episcopi soli, non sunt Christi Ecclesia, cum alij quoque ad eam pertineant ordines. Non quidem illi monastici, sed alij boni, pñ, docti, ac rerum spiritualium periti. Sic idem dum præcipit cauere pseudoprophetas, non cum solis Apostolis, sed etiam cum turbis loquitur. Cauere autem pseudoprophetas, sine iudicio ex Sacra scriptura petito nemo poterit.

Sic Apostolus cum iudicia doctrinæ ordinaret, constituit, vt 1. Cor. 14. si dicentibus Prophetis, sedenti fuerit reuelatum, taceat prior, & huic quoque dicendi det locum. Item cæteri diiudicent. Qui verò sunt sedentes: Qui sunt cæteri, quibus hic diiudicandi es, scriptura, per Paulum conceditur potestas. Nonne Auditores, quos Laicos vocatis: Item Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere, omnia autem probate, & quod bonum est, tenere. 1. Thess. 5. Et alius: Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate Spiritus, si ex Deo sint, quia multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. 1. Iohan. 4.

Hæc non solis Episcopis scribunt Apostoli, sed totis Ecclesiis, ad quas hoc iudicium pertinere volunt. Certè in lege, Dominus vnus cum summo sacerdote: Iudicem constituit contrauersarum cognitorem, idque ex LEGE, cuius liber, illi idè in manus, in inauguratione, traditur, vt inde cognoscere discat Dominum.

Sic Helias in suo Concilio, quod inter ipsum & Baalitarum celebrabatur, Iudices populum Israël constituit, illos appellat. Hic non modo decisiuam habet vocem, sed definitiuam quoque fert sententiam, dicens: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.

Hunc ad modum Concilij Apostolorum interfuerunt Laici quoque, & tota Ecclesia piorum Hierosolymis, quod manifestè ap-

Refutatio defensionis

Chrysoft. in 2. ad
Corinth. homil. 18.

paret ex Actis. Sicut & Chrysoftomus testatur de Apostolis, quo-
modo sæpe subditos suæ sententiæ socios acceperunt, & cum se-
prem, inquit, elegerunt, prius populo consilium communicarunt.

Similiter & Actorum 15. Tunc placuit Apostolis & Senio-
ribus, cum omni Ecclesia. Hic tam Laici dicunt PLACET, quam
hoc seculo Episcopi Placentini.

Ambros. in 1. ad Ti-
mot. 5. ab initio.

Sicut & Ambrosius dicit: Et postea Ecclesia SENIORES
habuit, quorum sine consilio nihil agebatur in Ecclesia. Ne quis ve-
ro arbitretur illum verba facere de Presbyterorum ordine, qui etiam
num sic vocatur, conquerens addit: Quod qua negligentia
obsoleuerit, nescio: nisi fortè DOCTORVM desidia aut magis
SYPERBIA, dum soli volunt aliquid videri. Vnde & quod
Aduersarius quoque concedere cogitur, idem Ambrosius liberum
cuique relinquit iudicium, de fide & religione. Vbi Iesuita glos-
sam addit, vt quod negare non potest, tamen mitiget: dicens, Lo-
qui Ambrosium de privato cuiusque iudicio, non publico. Ac-
cipiamus igitur quod dat, non volens, sed vi verborum adactus.
Quod si ergo priuatim potest quivis iudicare, (vt concedit Iesui-
ta) quid impedit, quò minus & publicè?

Act. 21.

Similiter cum & quartum institueretur Apostolorum Cons-
cilium, dicit Apostolus Iacobus Paulo, collectis Senioribus om-
nibus: Vtique oportet CONVENIRE MULTITUDINEM.
Non sufficiunt Apostolo Iacobo Presbyteri: multitudinem quo-
que vult convenire, & illis præsentibus & conferentibus, contro-
versiam cognoscere & decidere.

Hactenus breviter probatum est, non modò Sacrosanctæ scri-
pturæ testimonijs & argumentis, verù etiam exemplis Veteris &
Noui Testamenti, non modò sacerdotes, Episcopos, & Aposto-
los, Concilij sacris interfuisse, & iudicare debuisse de controuersijs
religionis: sed etiam Laicos.

Quare fraudi nobis, nostræque causæ esse non debebat, etiam-
si nulla ex historia Ecclesiastica, exempla huius rei proferre posse-
mus. In Ecclesia enim, pace per Constantinum data, Romani Epi-
scopi tanta laborauerunt superbia & ambitione, perpetuò vnicè
hoc agentes, quò soli regnarent, vt nihil reliquum facerent: sed om-
nia cædibus, seditionibus, & bellis compleuerunt, ne sacris qui-
dem parentes locis, sed sanguinem hoc nomine etiam in templis
ipsis, in tremendorum mysteriorum celebratione, fuderunt, totas
deniq; ciuitates euerterunt, (vt cum Chrysoftomo loquar) ad obe-
tinendum primatum suum.

Chrysoft. super
Matth. Hom. 73.

Quid

Quid igitur mirum? ut omnem aquam ad suum molendi- Idem de sacer-
 num deriuarent, si etiam Imperatores pios, & principes, multo ma- tio lib. 3.
 gis Laicos, quantumuis doctos, & in Sacra scriptura exercitatos,
 paulatim remouerunt? Cum Pontifices Romani, ne quidem Epi-
 scopos pares ferre poterint. Sic etiam ius suum Imperatoria
 bus, quo Imperatores, Episcopos Romanos confirmare solebant,
 vi & fulmine excommunicationis stricto, ademerunt, & eò op-
 timos Imperatores adegerunt, ut ipsi iam vice versa, ab Episco-
 pis Romanis confirmationem, humiles ad oscula pedum illorum
 prostrati, petere cogantur. Nec tamen illi ius suum, quod Deus
 eis concessit, non utendo, sed per vim, dolos & fraudes, ipsis
 ademptum, amiserunt, ut fit in temporalibus.

Sed ut vanitas lebusitæ, qui sibi videtur in suo regno versas
 ri, & serid de nobis, quasi iam parta victoria, triumphare, appare-
 at: victoriam hanc illi imaginatiuam e manibus eripiamus, mon-
 stratis contrarijs exemplis, ut omnes videant, quam bona fide om-
 nia illa exempla citauerit, & quantum allegationibus ipsius sit
 tribuendum, quod de me ille dixit.

Ita autem Theodoritus scribit de Constantino, cuius verba
 recitat: Eam ob rem, ego (inquit Constantinus) nunquam, vbi Theodo. lib. 1.
 frequentissimi conuenerunt, absui. Non enim inficias eo, quæ res cap. 10.
 mihi est multo incundissima, quod **COMMUNISTER VES-**
TER fui, donec omnia, quæ ad pacem attinebant, tractata sunt.
 Sed vide lebusitæ nostri calliditatem & sophisticam. Non idè, in-
 quit, adfuit, ut religionis quæstiones decideret, hæc enim **TEMER-**
RITAS ET STULTITIA ESSET, sed ut dogmata ab Episc-
 opis declarata, ipse quoque agnosceret, & tanquam Christianus
 & pius princeps, suis subditis commendare vellet. Sciebat nam-
 que Imperatorum officium esse, patrocinio & autoritate sua ca-
 uere, ne dissensiones vel tumultus in Concilijs, propter hæreticos
 oriantur.

Sed heus bone vir, aliter sonant hoc loco, & aliud volunt
 Constantini verba, quæ non ita facile, frigido & friuolo tuo
 commento, eludi possunt. De pacè enim in tota Ecclesia, quæ
 Arii dogmate erat perturbata, sancienda, hoc est, de consensu in
 doctrina, in quo pax & vnitas Ecclesiæ consistit, loquitur Imper-
 ator. Deinde inquit, tanquam vnus de vobis (loquitur autem
 de Episcopis) adfui, & addit: **COMMUNISTER VESTER**
 fui. Hoc dicit, se idem egisse, quod Episcopi, Horum autem est,
 ut asseris, dicere sententias definitiuas.

Refutatio defensionis

- » Hic verò exclamat Iesuita : Absit ut ijs, quæ sunt Episcoporum
» & sacerdotum, secundum Dei suauem dispositionem, pro-
» pria, præsumant illi (Imperatores) sese cum graui periculo suo
leuiter ingerere.

Quali verò Episcopi, Imperatores, cum sententias dicere volebant, egredi iusserint, dicentes : Iam tu, quia non es Episcopus, egredere, tuum non est interesse. Temeritas hæc esset, stultitia, & cum magno & graui tuo periculo coniunctum, prophanus cum sis, sacris te ingerere.

Eusebius Pamphili Epist. sua de concilio Nicæno, & fide ad Cæsarienses Palæstinos.

Audiamus igitur Eusebium Pamphili, qui etiam verba & sententiam Constantini, quæ in eodem Concilio dixerat, à se descripta nobis reliquit, quæ sic habent : Sed & ipse primus, Deo amabilis, Imperator noster, eam rectissimè habere restatus est, & sic etiam se sapere professus est : & in hac omnes consentire & subscribere : & in his dogmatibus concordare præcepit. VNO SOLUMMODO SCRIPTO, ET INSERTO, CONSUBSTANTIALITATIS VERBO: Quod etiam ipse interpretabatur, dicens: quia non secundum corporeas passionis consubstantiale dicitur, &c. sed sacris quibusdam infallibilibusque rationibus magis intelligendum. Et sapientissimus quidem & piissimus Imperator, ita philosophabatur. Hactenus verba Constantini ex Eusebio Pamphili.

An non hæc tibi videretur, Iesuitæ, definitiua sententia ? & quod magis est admiratione dignum, tribuit hic Eusebius Constantino, quod est præcipuum in illo toto Concilio, nempe Homousion, quo Arrii hæresis est exclusa. Sic ut in hæc verba, & sententiam Constantini Imp. etiam decretum, & fides Nicænae Synodi sit scriptum, filium Dei HOMOVSION, HOC EST, CONSUBSTANTIALEM ESSE PATRI.

- Hinc ergò vanitas, (& quæ ipse Constantino tribuit) stultitia & temeritas Iesuitæ huius apparet : & conuincitur mala fide
» agere, dum scribit, Nihil Constant. de causis Religionis cognouit,
» nihil iudicauit, nihil defendit: inque piissimum Imperatorem Constantinum iniurius esse, qui quod sibi, ut dictum est, laudi recte ducit, vitio illi vertat.

August. Epist. 166. & 48.

- Quod verò dicit, & ex Augustino probare conatur Iesuita, Constantinum, cum Donatistæ causam Cæciliani sibi (sed perperam) diiudicandam detulissent, non fuisse ausum Episcopi causam
» iudicare, vel etiam cognoscere : sed discutiendam & decidendam
» aliquot Episcopis Romæ congregatis, eam tradidisse, quod & factum sit,

factum sit, præside Melchiade Pontifice Romano. Non negamus hoc initio factum esse. Sed bonam fidem in Iesulæo desidero, qui hæc solum, quæ pro se facere videbantur, de hac causa ex Augustino citat, omisis alijs, quæ contra se faciunt.

Idem enim Augustinus refert, (si tamen legit, quod non dubito, & studiosè dissimulat, in quo sua societate nihil indignum facit) Donatistas non acquiescentes in hoc Episcoporum iudicio, ad ipsum Imperatorem provocasse, ut ipse causam hanc audiret. Et ab Æliano Proconsule Africæ, & à se iudicatam Constantinus ipse rescripto quodam (teste Augustino) ad Probetianum Æliani successorem testatur, ac dicit. Ælianus prædecessor tuus, merito cum de perfectissimis viris Vicarius perfectum eum hinc per Africam nostram, incommoda valetudine teneretur, eisdem partibus functus, inter cætera etiam id negotium, vel invidiam, quæ DE CECILIANO EPISCOPO ET ECCLESIA CATHOLICA videtur esse commota, AD EXAMEN SVVM, ATQVE IVSSIONEM CREDIDIT ESSE REVOCANDAM.

Augustinus contra Cresc. Grammat. lib. 3. cap. 70.

Hic aperi tu oculos Iesuita, quod me facere iubes.

August. ibid. cap. sequenti. 71.

Quibus addit Augustinus: Insero adhuc & verba Constantini, ex literis eius ad alium Vicarium: ubi se inter Partes cognovisse, & innocentem Cæcilianum comperisse testatur. Cum enim narrasset in his quæ supra loquutus est, quemadmodum AD IUDICIUM EIUS, (CONSTANTINI) POST EPISCOPALIA IUDICIA, PARTES PRODVCTÆ FVERINT: IN QVO PERVIDI (INQVIT IMPERATOR) CÆCILIANVM VIRVM OMNI INNOCENTIA PRÆDITVM &c. Hactenus verba Augustini.

Quid hic dices Iesuita? tuo certè iudicio stolido, non stultè solum, & temerè, sed etiam periculose valde egit Constantinus, quod Imperator secularis, laicus homo, causæ Ecclesiasticæ cognitionem, ad se, & quidem post Episcopalia Iudicia devolutam, suscepit. Et quod longè est indignius, ab Episcopo tum Romano Melchiade, eius collegis Episcopis, eorumque sententia, ad Imperatorem provocatum est: perinde ac si superius esset, etiam in causis Episcoporum Ecclesiasticis, Imperatoris tribunal & iudicium, quàm Episcoporum, adeoque Romani Episcopi? Solet enim semper ab inferiori & minore Iudice, ad superiorem provocari.

K Neque

Refutatio defensionis

Neque reiecit Constantinus causæ huius & controuersæ, quæ si ad se nihil pertinentis, cognitionem & dijudicationem ad Deos, & PRÆLATOS ECCLESIASTICOS, ut illi de Episcopis, qui ab hominibus secularibus iudicari non possent, cognoscerent: sed ad suum iudicium & examen, sicut præfectus ipsius Aelianus, credidit etiam post EPISCOPALIA IUDICIA esse reuocandam.

Hic exclama Iesuita, o facinus indignum, hoc est summa (verba sunt Iesuitæ) imis miscere, seditio hæc est in Ecclesia, Laicum hominem de personis Ecclesiasticis, post Romanum Episcopum velle iudicare. Hanc temeritatem in Ecclesia non ferendam perturbari ordinem Hierarchicum, confundi omnia, ideoque fulmine excommunicationis coerendum Constantinum Imp. At qui nihil horum Melchitades Episcopus Romanus, Quale quid Paulus III. contra Carolum V. cum is Nationale tantum Concilium promississet, minatus est, quasi ab Imperatoribus alienum, Quid quod etiam Episcoporum, mutuo se apud ipsum, tanquam Iudicem, accusantium, libellos sibi oblatos, exulsit?

Rufinus lib. 1. hist.
Eccles. cap. 2.

Nec est quod tibi blandiaris, tuisue patrociniū hinc queras Prælati, Iesuita, quod cognitionem querelarū istarum à se reiecerit dicens: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedidit de nobis iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur: vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Quæ non eo dixit animo, quod serio ita sentiret. Contrarium enim eum fecisse demonstrauimus iam. Sed Ironia quadam vsus: hac de causa, ut ibidem habetur: quod priuatas tantum agerent causas, neglecta principali, propter quam conuocati erant. Sicut verba habent: Cum diuersis ex causis in se, iurgia quædam ad ipsum detulissent, interpellabatur frequenter à singulis, offerebantur libelli, culpæ proferebantur: & magis ad hæc quam ad id, pro quo ventum fuerat, animos dabant. At ille videns, quod per huiusmodi iurgia, causa summi negotij frustraretur: & Arrio parceretur, diem certum statuit, quæ unusquisque Episcoporum, si quid querimonie habere videretur, deferret: & cum resedisset, accepit à singulis libellos, &c.

Theodorit. lib.
8, cap. 11.

Addita est & alia ab ipsomet piissimo Imperatore Constantino ratio. Non enim, inquit, Sacerdotum exorbitationes vulgo innotescere oportet, ne illis offensi, ad delinquendum reddantur audaciores. En tibi iterum Theodoritum, Iesuita.

Quin & Episcopum se vocauit, hocque nomine se etiam alijs

alijs prætulit Episcopis. Sic enim de ipso Eusebius scribit. Quar Eusebius Pamphi-
re non immeritò mihi videtur hoc aliquando , lauto conuiuio li de vita Constanti-
cum exciperet Episcopos , hisce tere dixisse verbis , Episcopum xini. lib. 4.
etiamnum se esse nostris auribus. Atqui vos intus, inquit, Epis-
copi, ego verò foris adeò possum dici Episcopus. Itaque subdis-
tos haud aliter atque dixerat, inspicere, ad pietatem, quantum ipsi-
us intererat, instigare. Imaginum cultum legibus identidem repe-
titis abrogare.

Nec solum agendi & disputandi modum Episcopis præscri-
psit, nempe vt in disputationibus rerum diuinarum sequantur, quã Theodorit. lib. 2.
haberent sanctissimi Spiritus doctrinam perscriptam. Euangelici cap. 7.
enim, & Apostolici Libri, nec non antiquorum Prophetarum
Oracula plane instruunt nos, inquit, sensu numinis. Proinde ho-
stili posita discordia, sumamus ex dictis diuini Spiritus explicatio-
nes quæstionum.

Sed etiam supra Concilium se esse ostendit, de eoq̃ue vult co- Socrates hist.
gnoscere & iudicare. Sic enim scribit: Victor Constantinus Ma- Eccles. lib. 1.
ximus Augustus Episcopis Tyri congregatis. Sunt à Synodo ve- cap. 34.
stra, nescio quæ tumultuante, & importunè iudicata. Videtur
ipsa quodammodo veritas perturbulentam quandam, vestram
videlicet ἀταξία peruersa, propter contentionem contra proximi-
mum, quam insuperabilem esse vultis, non considerantes quæ Deo
placeant. Verum diuinæ prouidentix opus erit, etiam huius con-
tentionis mala manifeste deprehensa, dissipare, **NOBIS QVÆ
PERSPICVVM REDDERE**, an ipsi in Synodo collecti, ali-
quam gesseritis veritatis curam, & de occultis sine cuiusquam vel
gratia, vel odio, iudicaueritis. Oporteret itaque vos omnes festi-
nanter ad meam venire pietatem, vt quàm diligenter cuncta gesse-
ritis, per vos ipsos declaretis. Qua verò de causa ad vos ista scri-
benda, vosq̃ue ad me literis hisce vocandos iudicauerim, ex se-
quentibus intelligeris. Athanasius nihil à nobis aliud fieri petiit,
quàm vt vos huc veniat, vt præsentibus nobis, necessario quæ
perpessus sit, deplorare possit. Quoniam igitur hoc mihi rationi
consentaneum, & temporibus hisce conueniens videtur, promptè
ad vos ista scribi præcepi, vt cuncti quotquot Synodum Tyri
habitam completis, sine mora ad pietatis nostræ casti a propere-
tis: **AC RE IPSA QVAM SYNCERE AC RECTE IVS
DICAVERITIS OSTENDATIS, IDQVÆ CORAM
ME**, quem syncerum esse Dei ministrum, neque vos sane ne-
gabitis. Per meum enim cultum, quem Deo exhibeo, omnia
vbique

Refutatio defensionis

vbique in pace sunt constituta, & ab ipsis barbaris nomen Dei syncerè laudatur, qui hactenus veritatem ignorauerunt. Et paulò post: Vos verò qui sancta Ecclesiæ mysteria prætexere (non enim dixerim custodire) videmini, vos, inquam, nihil facitis, nisi quæ ad dissidia, & odia tendunt, & vt in summa dicam, quæ ad humani generis exitium vergunt, &c.

Socrates hist. Eccl.
lib. 5. cap. 10.

Habes Iesuita quid fecerit Constantinus, de quo satis hactenus, Pergamus itaque ad alios quoque Imperatores, & primum ad Theodosium. Hic Synodum omnium Hæresum congregari fecit, ad quam vndique cuiusuis religionis Episcopi conuenerunt, quibus Imperator Theodosius indicat, vt quæuis religio fidei suæ, quam habeat definitionem, scripto declaret. Determinata autem die, cuiusque Religionis Episcopi ad aulam vocari conueniunt, Aderant igitur Nectarius, & Agelius Homouisionæ fidei antistites. Arrianæ verò Demophilus. Eunomianæ ipse Eunomius, Macedonianæ Eleusius Cyzicenus. Vbi conuenissent, excipit eos Imperator, & accepto cuiusque dogmatis scripto, seorsim Deum impensè orat, vt se ad eligendum veritatem adiuuet. Deinde lecto cuiusque dogmatis scripto, reliqua omnia tanquam separationem sanctæ triadis inducentia reprehendit ac rumpit. Solum verò, quod Homouisionam fidem continebat, laudat, & amplectitur. Et hinc data est occasio, vt Nouatiani iterum prosperè agentes, facultatem habeant conuentus inuis in vrbe faciendi. Imperator enim consensionem eorum in fide cum suis admiratus, lege statuit, vt Oratorijs suis intrepidè vtantur, & Ecclesiæ illorum, ipsdem quibus alij eiusdem fidei consortes, Priuilegijs gaudeant.

Quæ cum obiter in Epistola mea nuncupatoria attigissem, Iesuita bellus homo, friuolo commento suo ita voluit eludere, vt
diceret: Nihil minus hæc omnia conuincunt, quam quòd Theosus religionis controuersias, tanquam Ecclesiasticus iudex deciderit, aut etiam cognouerit: sed id tantum probant, quòd tanquam strenuus & zelolus Episcoporum Decretorum exequutor, hæreticos, videlicet Arrianos, Eunomianos, & Macedonianos compresserit, eorumque falsa dogmata iam alias ab Episcopis damnata sustulerit, atque sic Ecclesiæ pacem & vnitatem restituerit. Ad quam rem foeliciter exequendam, quid mirum, si nonnihil recesserit, si diuinam opem implorauerit, &c.

Atqui manifestiora sunt verba, & sententia huius loci, quam vt frigida hæc cauillatione euertere possint. Ipse enim Imperator hoc

hoc consilio conuocat Episcopos variarum hæresum, quod speraret, si coram conferrent, facilius in vnam & concordem Religionem coirent. Sed quia sua spe frustrabatur, aliam ineundam iudicauit rationem, conscripta à singulis peculiari suæ fidei confessione, quibus acceptis, secedit, Deumque impensè orat. Quam ob causam? Num vt Deus ipsi tantas vires & robur exercitus concedat, quò exequi posset ea, quæ antea ab Episcopis erant decreta, Hæreticosque debellare, & vi ac armis excindere? Hæc quidem sententia est Iesuitæorum, qui semper suos ad arma sollicitant, & inflammant potentes ad sanguinis effusionem, in quo sua brachia lauent. Verùm aliam ad rem diuinum implorat numen, nempe vt hic dicitur, ad eligendam veritatem se vt adiuuet. In lectione porrò scriptorum diuersis, & varijs dogmatibus, si milititer & in electione ex diuersis, iudicium requiritur acre, & donum Spiritus sancti peculiare, quod donum discretionis Spirituum ab Apostolo dicitur. In rebus enim tantis, tam arduis, fidem, Religionem, ac salutem animæ æternam concernentibus, non tutum est alienis fidere tantum oculis. Et exequi periculosum ea, quæ ab alijs sunt decreta, & non intellecta. Vnde & hic idem Imperator inter parteis iudicauit, alias approbans, alias damnans. Sicut & Nouatianis pacem dedit, eosque ipsedem gaudere voluit Præuilegijs, quibus Catholicis. Quod fortè si penes Episcopos etiam Catholicos fuisset, non facile concessissent. Videamus etiam quid Honorius fecerit. In causâ Donatistarum & Catholicorum de Ecclesia, iussu Honorij, Episcoporum 565, nemero vtriusque partis Concilium est coactum, & celebratum Chartagini. Præsedit in hoc iudicio & Iudex fuit, non Episcopus Romanus, qui causas transmarinas aliquoties tum ad suam cognitionem frustra pertrahere est conatus: sed Marcellinus, Tribunus & Notarius, Laicus, qui & cognitor & Iudex datus est ab Imperatore Honorio, vt remotis affectibus, vtramque audiret partem. Hoc Præsede, & Iudice, D. Augustinus ipse quoque Episcopus, causam agere Ecclesiæ nec erubuit, nec detrectauit, vt exciperet contra Iudicem, & de foro non competentis: sed eius iudicio submittere se non dubitauit. Hic ergò Laicus homo non modum solum actionis in Comitio præscripsit: sed proponit ipse, partes audit, dat sententias, absoluit & damnat. Quodque cœnium est maximum, definitiuam tandem in tota causâ fert sententiam.

Acta descripsit Augustinus, & tandem circa finem hæc ponit verba. Et contra Cognitor, illud porius flagitaret, vt legerent si haberent,

Augustinus in opere Breuic.

Refutatio defensionis

haberent, quod legi posset aduersus Imperiale, & Proconsulare ius dicitum, vt posset de omnibus pronunciari; quoniam legibus prohibetur semiplenam proferre sententiam. Instarent etiam Catholici, vt rebus omnibus Cognitori manifestatis, & Donatistis quid responderent non inuenientibus, eadem repetentibus; tandem aliquando causa finiretur, in vltimo Cognitor dixit: Si contra nihil est quod legatis, exire dignemini, vt possit plena de omnibus scribi sententia. Et vtrisque exeuntibus, sententiam scripsit, quam rursus intromissis partibus recitauit, qua complexus est omnia, quæ de proluxa trium dierum actione, potuit recordari. In quibus quædam non eo ordine, quo gesta sunt, commemorauit. Omnia tamen veraciter posuit, CONFUTATOS DONATISTARUM OMNIUM DOCUMENTORVM MANIFESTATIONE PRONVNCIAN.

Quid tibi Iesuita, de Honorio Imperatore, eiusque tribuno Marcellino in causa grauissima, Articulum fidei, De Ecclesia, concernente, in Concilio tot Episcoporum, non vocem tantum (vt vocant) decisiuam habente, sed sententiam definitiuam proferente, tot in eum probatissimis totius Africæ Episcopis consentientibus, videtur? Itane adhuc contra Christianorum & Catholicorum Principum consuetudinem pugnare tibi, & temeritas ac stulticia esse videtur: si pii atque in sacris exercitati literis Principes, ad suum quoque officium pertinere, certaminum Ecclesiasticorum diiudicationem arbitrentur? Constantinus ergo & Honorius, aut non Catholici, & Christiani, sed stulti & temerarij, tua fuisse opinione Imperatores: aut tu Iesuita, stultus es & temerarius in hac controouersia Iudex, qui hoc nomine eos accusas & damnas, quod illi fecerunt, & recte sibi laudi duxerunt.

Sed progrediamur, & ad Martianum Imperatorem, quem & ipsum hoc nomine eiusque postea legem nobis opponit Iesuita, quod cognitionem causarum Ecclesiasticarum a se ad Episcopos, & Magistratus Apostolicos reiecerit: & videamus, num $\kappa\alpha\theta\omicron\upsilon\mu$ $\pi\omicron\sigma\omicron\upsilon\omega\pi$ in Concilio cum suis secularibus Iudicibus, qui intererant, fuerit.

Concil Calchedon, Actione 1.

Initio autem ordine recensentur post Imperatorem, Officiales ipsius, Iudices & præfecti prouinciarum, ac Senatus eius amplissimus. Deinde & Episcopis 30. qui Concilio interfuerunt. Ad dicitur & Oratio Imperatoris, qua Patres Synodi est alloquutus, in qua causam, propter quam Synodum conuocauerit, & unde errores nascantur exponit. Auaricia scilicet, & varietate & leuitate humanorum ingeniorum. Postremo & de suo studio addit,

addit, inquit; Nos enim ad confirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem, exemplo Imperatoris Constantini adesse Synodo cogitauimus, &c.

Hic se continere Iesuita nequit, sed statim exclamat; Hinc manifestum euadit, Martianum non ad religionis dogmata definienda, vel etiam tractanda, interfuisse Synodo, sed vt quæ decreta fuerunt à Synodo, ea confirmaret, nimirum rata habendo, & cæteris fidelibus (quod Imperatoris officium, ad cuius executionem pertinebat) per leges obseruanda præcipiendo. Vnde & legem eius auertit, de qua paulò post respondebimus. Ex tota autem huius Concilij Actione manifestum est, adeò necessariam fuisse Consilia- Actione 1. & 2.
ab initio.
riorum Imperatoris præsentiam Episcopis, vt in eo nihil tantis ab initio.
viris dignum, nisi illi fuissent, & sua autoritate, sapientia, ac modestia hoc rexissent, expeditum fuisset. Turbas enim & exclamationes Episcoporum plusquam barbaricas sedauerunt, interloquutionibus suis sententias præformarunt, inconuenientia demonstrarunt, ordinem obseruauerunt, proposuerunt, actiones direxerunt, consilia subiecerunt, minus etiam affectibus indulserunt, quàm in, qui ex umbra in tantas tempestates iactati, finem denique huic Concilio imposuerunt.

Nam cum publicè de fide vellent statuere Episcopi, nec tamen Act. 5.
possent Symbolum, mutuis impediti clamoribus, conscribere (re-
fero verba Actionis) Magnificentissimi, & gloriosissimi Iudices
dixerunt: Suggestentur diuinissimo & pijsimo domino nostro Im-
peratori clamores isti. Et per iussionem gloriosissimorum Iudi-
cum, vadens in diuinum palatium Beronicianus deuotissimus
Secretarius sacri Consistorij, & post paululum rediens, ista sanctæ
Synodo interloquutus est: Præcepit diuinissimus & pijsimus
dominus Imp. noster, sicut placuit magnificentissimis & glorio-
sissimis Iudicibus, sex reuerendissimos Episcopos ab Orientali
regione, & tres ab Illyrico, præsentibus etiam Anatolio, & Reue-
rendissimis Romanis, & conuenientibus in oratorio sanctæ Mar-
tyris, de fide recte, & irrepræhensibiliter constituatur, quibus om-
nes consentiant, & nihil dubium relinquatur. Si enim vobis hoc
non placet, singuli fidem suam per Metropolitanam, manifestam con-
stituant, vt nulla similiter dubietas, aut discordia relinquatur. Si
autem neque hoc vestra velit sanctitas, cognoscite, quia in partibus
Occidentalibus fieri habet Synodus, eò quod religio firmas vestra hic
noluit de vera & orthodoxa fide indubitanter definire. Sequuntur
denuo acclamationes theatricæ Episcoporum,

Magnifi-

Refutatio defensionis

Magnificentissimi verò & gloriosissimi Iudices dixerunt, Dioscorus dicebat, Quod ex duabus naturis est, suscipio. Sanctissimus autem Archiepiscopus Leo duas naturas dicit esse in Christo vnitas inconfusè, inconuertibiliter, & indiuisibiliter in vno vnigenito filio, saluatore nostro. Quem aurem sequimini? sanctissimum Leonem, aut Dioscorum? Reuerendissimi Episcopi clamauerunt: vt Leo, sic credimus, qui contradicunt, Eurychianistæ sunt. Leo rectè exposuit. Magnificentissimi, & gloriosissimi Iudices dixerunt: Ergò addite definitioni, secundum iudicium sanctissimi Patris nostri Leonis, duas esse naturas vnitas in Christo inconuertibiliter, inseparabiliter, & inconfusè. Et rogati ab omnibus gloriosissimi Iudices intrauerunt in oratorio sanctiss. martyris Euphemie vnà cum Anatolio reuerendo Archiepiscopo Constantinopolitano, &c. Et postquam tractauerunt de sancta fide, & exierunt, & sederunt omnes, Magnificentissimi & gloriosissimi Iudices dixerunt: Dignetur sancta Synodus fidem continens cum taciturnitate audire, quæ decreta sunt in præsentia nostra à congregatis sanctissimis Patribus, qui & definitionem interpretati sunt. Hactenus verba ex 5. Actione Concilij Chalcedon. recitauimus. Apparet autem ex his, non solum seculares Iudices formam Actionum præscripsisse, qua omnia ritè, & ordine in Concilio peragenda essent: sed sententias quoque non modo rogasse, verum etiam dixisse, & vnà cum Episcopis definiisse. Imo sententiam adeoque verba ipsorum (quæ quidem, verum est, ex Leonis scriptis sunt mutuati) definitionis, de duabus naturis in Christo, Symbolo diserte addita esse. Rogantur Iudices vt ingrediantur oratorium, & intersint definitioni, quod & factum est.

Atqui Iesuitæ hos excludunt à tractatione rerum Ecclesiasticarum, quòd ad solos Magistratus Apostolicos hæc pertineant. Procul o procul este prophani. Et caullis ac sophistica sua præstigiator *υπερτις* Iesuita eludere omnia suo more conabitur.

Actione 6. Ideo addendum censui ex eiusdem Concilij Actis, quod longè Iesuitæ videbitur indignius, Non solum Imperatorem cum suis secularibus Iudicibus Synodo adfuisse, ac præfuisse etiam: verum & Regnam Augustam Pulcheriam præsentem fuisse in Concilio. Sic enim ibidem habetur. Conueniente in sanctissima Ecclesia, sanctæ & bonæ Victricis Martyris Euphemie, sancta & vniuersali Synodo, &c. Adueniens in eadem sanctissima Ecclesia diuinitissimus, & piissimus Dominus noster Marcianus, perpetuus Augustus sub die sanctissimorum Martyrum sancti Callinici, & Euphemie.

mix, Præsente ex diuino zelo, & seruore fidei etiam pijsissima & Christianissima regina Augusta Pulcheria, vnà cum magnificentissimis & gloriosissimis Iudicibus. Rem indignam. Mirum est, templum tum non corruisse, aut certè profanari Concilium sanctissimorum Episcoporum, interuentu mulieris, est iudicatum, ab omnique actione cessatum: Mirum quòd non arrepto mox igni, incensa flamma, locus & vestigia pedum polluta à foemina, sunt expurgata. Hoc enim facere consueuerunt castissimi sanctissimi Monachi. Verum hic à Concilio zelus, & seruo fidei pronunciatur.

Et quid mirum hoc e' cū sexus foemineus particeps sit & coheres gratiæ & vitæ: neque hoc solum, verum etiam Apostolorum sanctissimorum Concilij quoq; inter fuisse legantur. Et quod amplius est, duæ mulieres, anus Elizabeth, & mater Domini, conuentum & Concilium sumum, cuiusmodi hic sol nullum vnquam conspexit, de rebus longè maximis, exhibito nempe Messia, iamquæ in vtero virginis de Spiritu sancto concepto, fideique solius gratuita iustificatione, &c. tractantes, celebrauerunt, & decreuerunt. 1. Pet. 2.
Actor. 15.
Luc. 2.

Quid ergo impedit, calumniabitur Iesuita, quò minus non solū Imperatores, & Laici, sed & mulieres iam, & vetulæ, neglectis Episcopis, & Prælati Ecclesiasticis, qui Magistratus sunt Apostolici, Concilia celebrent, sicut & de Religione disputant?

Atqui hæc, non hoc à me scribuntur consilio, quòd mulieres ad publicam negotiorum fidei tractationem adhibendas esse iudicem ego: sed quid factum sit recenseo, & vt vel hinc appareat, quantum non mores tantum Episcoporum nostri temporis, à primorum illorum sint mutati: verum etiam tota Conciliorum ratio, quæ hæctenus superioribus aliquot seculis sunt celebrata, à primitiuæ Ecclesiæ & Patrum Concilij discrepet. Cum tamen semper glorièntur isti, se probatorum Conciliorum Constitutionibus inherere, & vestigia Maiorum & prædecessorum suorum sequi. Nisi forte Nicænum & Chalcedonense eis probata non videantur, sed profana, propter personas profanas, Imperatores, Reginam, & Iudices seculares, qui præfuerunt.

Postremo, ex Actis huius Concilij, & hoc manifestè probari potest, seculares de Episcoporum causis, quas ipsi inter se habent, rectè iudicare posse. Ita enim illic habetur: Conuenientibus in Ecclesia gloriosissimis Iudicibus, & sancto & vniuersali Concilio, per sanctionem serenissimi & pijsissimi Domini nostri in Chalcedonensi ciuitate congregato, & residentibus cunctis ante cancellos altaris, Chalcedonense
Concilium
Actione. 1.

Refutatio defensionis

gloriosissimi Iudices dixerunt: Diuinitissimus & p̄sissimus dominus Imperator, rogatus à Maximo, & Iuuenale, sanctissimis Episcopis, præcepit NOS AGNOSCERE de motis inter eos capitulis.

Ibid. Actione. II.

Idem multò euentius ex sequentibus patet. Cum enim Balsianus & Stephanus de Episcopatu Ephesiorum dimicarent, alterum accusantibus, sibi que eum vendicantibus, Balsiano à Stephano per vim defecto, res ad Concilium est delata, coram quo causa disceptabatur. Tandem verò prolixè causa examinata, gloriosissimi Iudices dixerunt: Omnibus examinatis de Balsiano, & Stephano reuerendis, relectis etiam Canonibus, dicat sancta Synodus, de Episcopatu Ephesio, quid ei videtur: Reuerendi Episcopi clamauerunt: Iustitia Balsianum vocat, regulæ valeant. Hæc sententia fuit Concilij.

Contentiones de
Episcopatu, &
malæ artes,

Sed quid Iudices illi seculares in causa Ecclesiastica? Gloriosissimi Iudices dixerunt: Nobis quidem videtur, neque Balsianum reuerendum, dignum existere, vt sit Ephesiorum ciuitatis Episcopus, quoniam ex inuasiōe violenta Episcopatum sibi met vendicauit, neque Stephanum reuerendum Episcopum, qui per coniurationes, & tales adinueniōnes Episcopatum sibi met acquisiuit, iustum verò esse, vt eligatur alter, qui & fidem integrè sciat, & vita noscatur ornatus, vt esse possit Episcopus. Totum autem Concilio sancto relinquimus, quatenus sententia, quæ in hac causa fuerit visa, depromat: Sancta Synodus clamauit, HÆC IUSTA SENTENTIA EST. Hoc Dei iudicium est, Christus iudicauit causam, DEVS PER VOS IUDICAT. Hæc sententia Christi est, Canones & leges vos custoditis, Multos annos iudicibus, Multos annos concilio, Hactenus verba Concilij.

Rem dictu miram, Absoluerat Concilium sua sententia Balsianum, ei que Episcopatum adiudicauerat, & confirmauerat: & ecce Iudices isti seculares ab illius sententia recedunt, & planè contrarium decernunt, abdicantes Balsianum Episcopatu, & alium eligendum pronunciant. Quæ iudicum sententia in causa Ecclesiastica, de Episcopatu Ephesiorum, tantum abest, vt Concilio improbetur, vt non modò iustam, sed Dei iudicium esse testentur, per hos Deum, imò Christum ipsum, causam iudicasse, Patres Concilij exclament.

Quod si Iesuita huic interfuisset Concilio, proh indignum facinus, ipse exclamasset: ergone oues Pastores pascent? Aures qui sunt, oculos regent? Sic enim postea loquitur. Longè verò aliter Patres isti 630, in Concilio Chalcedonensi sentiunt & loquuntur.

Habes

Habes Iesuita Martianum Imperatorem, habes Iudices seculares, & in fidei dubijs atque ambiguis causis, & in Ecclesiasticis Episcoporum negotijs, sententias definitiuas in primitiua Ecclesia, vnà cum Episcopis dixisse, eorumque suffragia, siue, vt loquuntur, voces decisiuas, à Concilio receptas, adprobatas, & Symbolis insertas. Et quod amplius est, seculares, à sententiâ Patrum in causa Ecclesiastica recessisse, contrariamque illorum ab his approbatam, atque Christo ipsi adscriptam.

In quam sententiam & Chrysoströmus: Vnde audi, inquit, & de Apostolis, quomodo sæpe subditos sententiæ suæ socios acceperunt. Etenim cum 7. elegerunt, prius populo consilium communis carunt; & quando Petrus Mathiam, elegit præsentibus omnibus tunc & viris, & mulieribus, &c.

Chrysostr. in 2. ad Corinth. hom. 13.

Veniamus & ad Iustinianum Imp. quem itidem Iesuita negat cognouisse causas religionis, imò videri, inquit, nec fuisse in Constantinopolitana secunda Synodo, nec in ea Legatum habuisse, sed lati ab eo Concilio decreti, sese tantum exequutorem declarauit.

Quid dicis Iesuita? Iustinianum non cognouisse causas Religionis in concilio? Atqui planè contrarium Acta loquuntur. Cum enim propemodum omnia essent per Patres Concilij disputata, mouentur per Præsidentem, non Romani Pontificis Legatos, sed Mennam Patriarcham & Archiepiscopum Constantinopolit. de sententiâ definitiuâ, ne quid in illa concludatur, donec prius omnia ad Imperatorem referantur.

Sed præstat audire verba ipsa Præsidis, quæ ad Patres Concilij fecit: Putamus, inquit, charitatem vestram non ignorare voluntatem & zelum pñ Imperatoris nostri (Iustiniani) quem habet ad orthodoxam fidem nostram: **ET NIHIL BORBVM, QUÆ IN SANCTISSIMA BOCCLESIA MOVENTVR, CONVENIT FIERI PRÆTER OPINIONEM ET IVSSVM IPSIVS.** Rogamus itaque vestram charitatem, in præsentiarum quiescere, vt nos tempus accipiamus, adducere ad pias suas aures, quæ à nobis exclamata fuere.

Nota bene.

Ex his omnibus & singulis Veteris & Noui Testamenti, atque Ecclesiæ primitiæ, primorumque Conciliorum Vniuersalium argumentis, exemplis, & testimonijs, manifestum euadit, Non solos Pontifices, & Sacerdotes, sed etiam Magistratus, Iudices, Reges, Imperatores pios & Iudices seculares, non modo Concilij adiuuasse vt exequutores, sed etiam, vt vnà cum illis controuersias Religionis cognoscerent, determinarent, atq; definirent, Idq; contra Iesuitam,

Refutatio defensionis

qui hoc negat, ac Pontificios omnes, qui aliquot seculorum præscriptione vtuntur, quibus malè persuasi pñ, cuiuscunque conditionis cordati, & docti viri, à cognitione causarum Ecclesiasticarum cognitione sunt exclusi, contra ius diuinum, & exemplum omnium, donec Antichristus regnare & tyrannidem exercere in Ecclesiam filij Dei cœpit.

Aeneas Syluius
postea Papa, Pi-
us. 2. dictus com-
ment. de gestis
Concilij Basil,
lib. 1.

Quod tamen ipsum, multi intellexerè docti viri, & alias Pontificiæ Religioni addicti. Sicut in Concilio Basiliensi Præses, Ludouicus Cardinalis Arelatensis in publico confesso docuit, Presbyteros, quoque & Diaconos admittendos ad dicendum in Concilio sententiam definitiuam. Sic enim eius habent verba: Neque in Concilio dignitas Patrum, sed ratio spectanda est, nec aliquid est, quod in singulis rebus spectari magis quàm veritatem conueniat. Nec ego cuiusuis Episcopi mendacium, quamuis ditissimi, veritati præponam pauperis Presbyteri. Nec dedignari Episcopus debet, si aliquando ignarus, & rudis, sequacem non habeat multitudinem. Et si vox inopis Sacerdotis, docti tamen acuti, suæ præponitur. Habitat namque sæpius in sordido palliolo, quàm in pictis vestibus, sapientia. Nec vos rogo, Episcopi, inferiores contemnite. Primus enim qui pro Christo obiit, quique viam alijs ad martyrium aperuit, non Episcopus, sed Leuita tantum fuit.

Quod verò Ludouicus Romanus, & ipse Panormitanus, adstruunt de vocibus Episcoporum, id nescio vnde habeant, neque id vsquam solum inuenio: ipsi sicubi repererunt, me vt commoneant obsecro. Atqui vt veterum Conciliorum referamus exempla, in omnibus illis interfuisse minores cum Episcopis inuenimus.

Et licet Ludouicus Apostolorum exempla nobis interdixerit, ego illorum potissimè in Actibus sisto. Quid enim est, quod magis sequi nos deceat, quàm Ecclesiæ primitiue doctrinam atque consuetudinem? Dicitur ergò in Actibus Apostolorum, 15. Visum est Spiritui sancto & nobis: quod verbum NOBIS, ad eos quippe refertur, qui fuerant antea nominati, Apostolos & Seniores. Nobis ergò Apostolis scilicet, & senioribus. Neque hoc verbum, VISVM est, consultationem illic, sed decisionem significat. Vnde apparet alios quàm Episcopos, habuisse vocem decidentem. Alibi quoque in eisdem Actibus, cum essent Apostoli magnum aliquid tractaturi, nequaquam ausi sunt per se definire, sed vocauerunt duodecim, multitudinem,

Dicit

Dicit autem Ludouicus, non patere illis, quòd Apostoli ex necessitate vocassent alios. At ego ad eum dico: vnde tu scis, quia non ex necessitate vocarunt? Sed cum vtrunque incertum sit, nihil prohibet imitari Apostolos. Quia cum omnia ad nostram doctrinam scripta sint: apparet voluisse Apostolos nobis exemplum dare, vt in rebus arduis inferiores admitteremus. Ideoque in Concilijs postea celebratis reperimus interfuisse Presbyteros, Atque in Concilio Nicæno, quod est omnium famosissimum, Athanasius tunc tantummodo Presbyter fuit, ipseque ferè solus argumentationes disturbauit Arrianorum: fuerunt & alij Presbyteri. Et cū scribitur de trecentis & duodeuiginti Episcopis: non tamen negatur de inferioribus, quos ideo puto obmissos, quòd essent penè innumerabiles, sitque, vt scitis, denominatio plærunque à magis dignis.

Postea prolixè probat, plurimis adductis exemplis, non Presbyteros tantum, Concilijs veteribus interfuisse, & iudicare atque definire posse (hæc enim verba quoque sunt ibidem Cardinalis) sed etiam Diaconos, & addit. *VTCVNQVE EST, OPVS DEI HAC VICE FVISSE AVT VMO, VT INFERIORES AD DICIDENDVM RECIPERENTVR.* Reuelauit enim nunc paruulis Dominus, quæ sapientibus abscondit. Et horum inferiorum zelum, constantiam, rectitudinem, magnanimitatem videtis. Vbi nunc Concilium, si soli Episcopi, soli que Cardinales vocem habuissent? vbi nunc Conciliorum authoritas? vbi fides Catholica? vbi decreta? vbi reformatio? nempe omnia libidini Eugenij (Pontifex is erat tum Romanus) ac temeritati iam diu commissa fuissent, &c. Hactenus ille.

Cum igitur postea soli Episcopi & Cardinales Romano Pontifici iuramento obligati, in Concilijs fuerint, & nemini alij libertas dicendi sit in Concilio permessa, aut vna decidendi potestas: mirum videri nemini debet, quòd nullum verum, liberum, Christianum ac legitimum amplius Concilium, nulla reformatio, nisi in chartis & papyro descripta, nulla fides Catholica apud illos, qui multum, sed frustra de ea gloriantur, habeantur in Ecclesia Romana.

Quod autem hactenus diximus & probauimus, ex fide dignis historijs, nouum non est, sed vetustissimum fuisse morem, Historia nos docet Ecclesiastica. Sic enim Alexander Episcopus Hierosolymitanus Demetrio Episcopo Alexandrino scribit: Quod autem addidisti in his tuis, quia nunquam auditum, vel aliquando

Euseb. hist. Eccles.
lib. 10. cap. 16.

Refutatio defensionis

factum sit, vt præsentibus Episcopis, Laici disputent. Nescio quam ob causam TAM APERTVM MENDACIVM asserere volueris. Cum consuetudo hæc sit, vt sibi inueniantur, qui possunt fratres instruere in Ecclesia, & consolari populum, ad tractandum semper à sanctis Episcopis inuitentur. Cuius rei exempla recitat.

Quæ etsi non de sententijs definitiuis in Concilijs dicantur: tamen hinc apparet, Laicos non ab omni studio, cura & tractatione rerum sacrarum excludendos.

Hæc tantum exempli causa in medium producere visum est, vt omnes intelligant, quam vera sint, quæ aduersarius tanquam absurda negauit, nempe ad Laicos quoque, hoc est, ad Ecclesiam, eiusque ordines, & membra, hosque qui idonei sunt, instructi cognitione Sacrarum literarum eximia, dexteritate iudicij, & alijs donis diuinitus ornati, pertinere cognitionem controuersiarum Ecclesiasticarum, & hos etiam in Concilijs adhibendos, vt & ipsi dicant sententias definitiuas.

Quod verò alij harum rerum cognitionem, ad se pertinere negauerunt (in quam sententiam aduersarius exempla quædam recitat) id male informati fecerunt. Aliter enim Ælianus sibi faciendum credidit, vt Constantinus, teste Augustino, scripsit, & ipse quoque fecit, etiam post Episcopalia iudicia.

Denique hoc ipsum quod nos sentimus & dicimus de Laicis etiam ad dicendas sententias in Concilijs admittendis, Pontificij præcipui superioribus seculis senserunt, & scripserunt.

Panor. in c. signi-
ficasti extrâ de
Elect.

Panormitanus: In concernentibus fidem, etiam dictum vnius priuari, esse præferendum dicto Papæ, si ille moueretur melioribus rationibus Veteris & Noui Testamenti, quàm Papa.

Gerson part. 1. de
examinatione do-
ctrinarum.

Gerson: Prima veritas staret, quòd aliquis simplex non auctoritatis esset tam excellenter, in Sacris literis eruditus, quòd plus esset credendum in causa doctrinali suæ assertioni, quàm Papæ declarationi. Constat enim plus esse credendum Euangelio, quàm Papæ. Si doceat igitur talis eruditus, veritatem aliquam in Euangelio contineri, vbi & Papa nesciret, vel vltro erraret: pater, cuius præferendum sit iudicium.

Et mox: Talis eruditus deberet in casu, si, & dum celebraretur generale Concilium, cui & ipse præsens esset, illi se opponere, si sentiret maiorem partem ad oppositum Euangelij, malitia vel ignorantia declinare.

Quid tibi de his, Iehusæe, videtur? Num & hi Lutherani sunt

vel

vel Hæretici, cum Tubingensi sentientes & loquentes ?

Sed vrgeri nos sibi videtur Iesuita, propria nostra Augustana Confessione, cui nos hoc modo resistere dicit, aut ab ea grauius confutari, & redargui, dum illa ita habet:

Et præstantissimi Imperatores, Constantinus & Theodosius etiam in rebus non valde obscuris, & dogmatibus absurdis, tamen sine Synodo nihil constituere voluerunt, vt Ecclesiæ libertatem in iudicijs dogmatum conseruent. Et honestissimum est, Cæsari, illorum optimorum Principum exemplum imitari. Dolo sè igitur monet Archiducem Carolum Tubingensis, &c.

Respondeo: Nec resistimus his, nec ab eis redarguimur. Hoc enim dicit Augustana Confessio, & non aliud: Iudicia dogmatum non ad vnum tantum ordinem, aut vitæ genus: sed ad Ecclesiam veram pertinere, & hanc ei libertatem relinquendam. Hoc ipsum nos quoque & non aliud, volumus & agimus. Pontificij verò hoc minimè concedunt, dum ad solum suum Pontificem Romanum, & eius coniuratos Episcopos hanc potestatem, adempta Ecclesiæ libertate, transferunt. Episcopi enim nequaquam sunt Ecclesia.

Non disputo iam controuersiam, quæ alias inter nos agitur: vitra pars vera sit Christi Ecclesia in terris: sed hoc dico, Episcopos etiam veros, solos non esse Ecclesiam Christi: sed si veri, pñ, ac boni sint, ministros, non dominos, membra esse Ecclesiæ, & inter præcipua numerandos: verum non esse ipsos solos Ecclesiam Dei.

Ecclesia enim Christi in terris, non vno tantum ordine hominum, aut vitæ genere constat, sed pluribus. Ad eam namque etiam Reges, Principes, Magistratus, pñ, & alij docti, acque in Sacra scriptura exercitati viri, Laici quoque, qui vt supra ex D. Paulo probatum est, etiam, vt ad Ecclesiam, ita ad iudicia de rebus Ecclesiasticis, pertinent. Non quòd ad iudicium & Synodum admitte-
tendos censeamus omnes, & singulos, vt calumniatur Iesuita, sed certos delectos, & qui donis ad hoc idoneis à Deo sunt instructi & ornati. Alij enim datur discretio Spirituum, &c: Et pulcher-
rimum est, spectaculum Deo, Angelis & hominibus gratum, quando hoc modo congregantur Principes populi, cum populo Dei
Abraham, apud illos enim qui sunt scuta terræ, Deus vehementer eleuatur: In conueniendo populos in vnum, & Reges, vt ser-
uiant Domino,

1. Corinth. 12.

Psal. 47.

Psal. 120.

Quod enim

Refutatio defensionis

Quod enim Iesuita iterum nobis opponit Augustinæ confessionis verba, ex art. vlt. secundum Euangelium, seu vt loquuntur, de iure diuino, nulla iurisdictio competit Episcopis, vt Episcopis, nisi remittere peccata, item cognoscere doctrinam, & doctrinam ab Euangelio dissentientem reñcere. Hic necessario & de iure diuino debent eis Ecclesiæ præstare obedientiam.

Hic certè nostri, adeo non excluderunt alios ordines Ecclesiæ à cognitione & dijudicatione doctrinarum, vt hanc ipsam Confessionem, in qua hæc scripserunt, Imperatori Carolo V. atq; Imperij totius ordinibus, exhibere non dubitarint, Non quod vnus & solus Imperator, sed legitimo iudicio cum alijs, in pia & legitima Synodo cognosceret: sed docent, quod nam verum sit Episcoporum in Ecclesia officium, Non vt tituloreus tantum sint Episcopi, ac politici interim gubernatores, ciuilia solum tractantes: sed armæ militiæ spiritualia. In lectione Sacræ scripturæ se exercent, discant Biblia: doceant deinde fidei suæ commillos populos, rectè secantes verbum Dei: puri sint & sinceri in Religione: vtantur clauibus regni cælorum, non ad exhauriendas mundi opes & facultates, sed quemadmodum Christus instituit: cognoscant Doctrinam, & dijudicent secundum normam & regulam diuinitus præscriptam, ad fidei analogiam: & cum hac pugnantiã damnent. Faciant hoc suum officium, & exercent hanc suam iurisditionem Episcopi rectè, sanctè, piè, & legitime doctrinam ab Euangelio dissentientem reñciant, idque ex ipsa Sacra scriptura. Nemo in hoc illos impedit.

2. Timoth. 2.
2. Corinth. 10.
1. Timoth. 3.

Sed vt dicamus quod res est: non agnoscimus Iesuita, vestros Episcopos & Prælatos Pontificios, pro idoneis Iudicibus, in cognitione causarum siue controuersiarum Ecclesiasticarum, de dogmatibus nostræ Religionis. Quia doctrinam Religionis Christianæ non intelligunt, nec didicerunt vnquam, paucissimis exceptis, (si qui tamen sunt) sed eam extreme, & plusquam Varniano persequuntur odio, piosque omnes è medio sublato cupiunt. Ideo nec pro Ecclesia Christi vos habemus.

Talibus nostri nunquam iudicium de nostra doctrina detulerunt: sed semper ad legitimum, liberum, Christianum, & in Germania celebrandum Concilium, omnibus Imperij Comitibus prouocarunt: quod scripta in hoc argumenti genere ædita, testantur. Eiusmodi verò hæctenus nunquam impetrare potuerunt.

Quod igitur Iesuita dicit: Nostra dogmata damnata, & hæretica esse, totius orbis grauisissima sententiã, in œcumenico Concilio Tridentino

Tridentino anathematizata: ideoque secundum legem Martiani, ne quis ea, quæ semel per Concilium generale statuta sunt, rursus in controuersiam vocare præsumat, tumultus aut perfidiæ occasio- nem inde quærens. Vnde addit: contra Hæreticos, & ad extir- pandas hæresis, Imperatores Christianos, multas sanxisse leges, quibus Synodorum decreta fuerint exequuti.

Respondeo, Iesuitam crimen falsi admisisse, quod verba Legis, ne quid syncerum relinquat, corruerit. Non enim generali- ter de omnibus Concilijs (sicut ipse citat, Quæ semel per generale Concilium sunt statuta) sunt enim, & fuerunt multa falsa Concilia: sed in specie de Chaldonenfi loquitur. Deinde, omittit Iesuita (sicut Diabolus cum Christo disputans) id quod præcipuum est in lege Martiani: **RECTE DISPOSITA.** Nec loquitur lex Martiani vniuersaliter de quibusuis Religionis Christianæ controuersijs, sed tantum in specie de Synodi Chalcedonenfis Decretis, & Hæresi Eutychniana, tum mota.

Sic enim verba Legis habent: Nemo itaque vel clericus, vel mi- litaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publi- ce turbis adunatis, & aduenientibus, tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus vel perfidiæ occasionem requirens. Nam iniu- riam facit iudicio religiosissimæ Synodi, si quis semel iudicata, ac **RECTE DISPOSITA**, reuoluere, & publicè disputare contem- dit, cum ea, quæ nunc de Christiana fide statuta sunt, ac iuxta Apo- stolicas expositiones, & statuta sanctorum Patrum 318. & 150. definita esse noscuntur.

Chalcedonense
Concil. actione
& repetitur C.
de summatrinis,
& fide Cath. l.
Nemo.

Ex quibus apparet, non voluisse Imperatorem Concilijs infi- nitam concedere licentiam quiduis statuendi pro arbitrio: neque Ecclesiæ suam, quam habet in controuersiarum dijudicatione, adimere libertatem, de qua supra. Ideo dicit: rectè disposita. Sicut & in præcedentibus eiusdem legis habetur: Cesset iam prophana con- tentio. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid vltius discutit, mendacium quærit. Rectè igitur, cum controuersia, ac Hæresis ab Eutyche excitata, definita esset iuxta Apostolicas ex- positiones, noluit reperta iam veritate, amplius de ea disputari.

Controuersiæ autem, quæ hodie mouentur, & agitantur, nouæ sunt, & antea in Concilijs non determinatæ. Et quod ad Conciliabu- lum Tridentinum attinet, negamus in eo omnia rectè esse disposi- ta: negamus in eo veritatem esse repertam: sed magis oppressam, euersam, damnatam. Quod prolixè nostri, eruditius suis scriptis ad oculos hæcenus demonstrarunt, & euicerunt. Inprimis D. Bren- tius in

Refutatio defensionis

sius in Apologia Confessionis Vvирtembergenfis, & D.D. Chemnitius in examine Concilij Tridentini.

Et tamen non veretur impius Iesuita asserere, dogmata nostra damnata, & haeretica esse, totius orbis grauisissima sententia, in Oecumenico Concilio Tridentino anathematizata. Nisi fontè, vsum integræ coenæ à Christo institutum, & ab Apostolis, atque primitiua Ecclesia obseruatum, adeoq; à multis Pontificijs, in Concilio Tridentino restitui petitum, solenniter à Concilio Constantiensi, & sic legitime damnatum, atque hoc modo rectè ita ab Ecclesia dispositum esse, affirmare non erubescant. Quod tu facis insiprimis lebusita, qui alteram partem, & dimidiam, integerrimum, communi etiam sensu reclamante, esse Sacramentum, vociferari non dubitas.

Et cuiusmodi Concilium illud fuit Tridentinum? Quæ forma Iudicij? In quo, rei haectenus à nobis acti, ipsi & actores luere, & Iudices. Cumque Anno 1552. Tridenti comparuissemus, oblata Confessione nostra, quæ vix tandem post multas deliberationes difficulter est recepta, nunquam vt audiremur, parati vel refutare impia illius, quæ tum erant ædita, decreta, vel nostram, contra illorum obiecta defendere Confessionem, impetrare ab illis potuimus. Quare postea cum Anno 1562. & sic post decennium continuaretur, nostri ædito publicè scripto grauisimo, causas in medium attulerunt plurimas, propter quas comparere non tenerentur.

Areopagitæ porrò istius Conciliabuli cuiusmodi? Præsidium vnus, miles fuit prophanus, stigmata habens, non CHRISTI, sed Martis, cuius & castra per omnem vitam erat sectatus, qui nec literas, nec natare nouerat, adeo, vt ne quidem Orationem dominicam latinè recitare, antequam Episcopus crearetur, didicerit, nec etiam linguam latinam intellexerit, nomen verò suum vix ægrè scribere. Postea vna nocte (quemadmodum fungi nascuntur) subito Episcopus est creatus à summo Pontifice, cui sanguine iunctus erat, & Cardinalis insuper Ecclesiæ Romanæ. His bene Cardinibus regitur Ecclesia. Et quasi hæc parua essent, Præses denique Concilij huius factus. Quis hic dubitet, propter Locum successiōnem valde ordinariam, & vocationem diuinam, immediatè Spiritum sanctum illapsum, hunc tantum virum suo afflatu, quemadmodum antecessores suos Apostolos, ita illuminasse, linguarumque variarum, & Scripturæ sacræ cognitione instruxisse, vt huic officio & oneri sustinendo par esse potuerit.

esse potuerit facillimè, linguasq; & Scripturas sacras quas non didicerat vnquam, quemadmodum piscator Petrus, idiota Laicus, probe calluerit. Melius hunc nouimus, quia Diocæsanus noster. De reliquis curiosè inquirere nihil attinet, quales, & quæ partes illorum fuerint: sed ex vno discito omnes. Et singulos qui nouerit, quantum in Scriptura sacra valuerint, ac etiamnum possint præstare, vniuersos contemnet facile.

Et quod magis est ridiculum, decreta tum Roma afferbantur. Vnde & vulgò dicebatur, Spiritum sanctum Roma Tridentium venire manica inclusum: propterea, quod subinde Pontifex Romanus celeribus equis, quid fieri vellet, per literas, & mandata suis ibi legatis nundaret. Quæ dum recitantur publicè, antea pro forma à Monachis disputata, Patres annuunt, & decretorum vim obtinent. Nihilominus tamen postea, vnius potestati subiiciuntur iterum, ex cuius nutu pendent omnia, vt vel approbet placita, vel si quæ ipsi addiderint, displiceant, sua censura notet, & reprober. Nec tamen quisquam hic, vt in alijs quoque omnibus, dicat,

QVID FACIS?

Quod vsque adèò verum est, vt Papa Iohannes 23. eius nominis, nimis serò conquestus sit, se relicta Roma, tum Constantiam concessisse: vbi per decretum statuerunt Patres, Concilium esse supra Papam, huncq; illi, eiusque decretis, omnibus modis subiectum esse debere. Accusatus enim & conuictus plurimorum atrocissimorum facinorum, cum illa negare non posset, sed ad singula obiecta responderet, se longè atrocius designasse: obstupescens examinadoribus, & quærentibus, quod nam illud? Respondit, quod transiui alpes, quasi diceret, Si Romæ in mea sede mansissem, nemo contra me, non solum accusationem non institueret, sed ne hiscere quidem aulus fuisset.

Quod igitur addidit Iesuita, pios Imperatores, & Principes, leges contra Hæreticos tulisse, hisque profligatis, pacem & tranquillitatem conseruasse, Romanamque Ecclesiam pro matre agnouisse.

Rectè eos fecisse affirmamus, Leges pro Christo (vt Augustinus loquitur) ferendo. Sed quid hæc contra nos? Qui nullius Hæresis legitimè a quoquam sumus conuicti ex Scriptura sacra. Quid verò hæc ad vos? cum etsi in loco illo Pontifex vester resideat: tamen, ex contrarietate doctrinæ, non Apostolicus, sed Antichristianus sit. Paulus enim in Epistola, quam ad Rom. in eaque fidem illorum prædicari in vniuerso mundo, scribit: Gra-

Refutatio defensionis

uitam non ex operibus, sed absque operibus, & sic solam fidei iustificationem, eamque certam & indubitatam, donumque Dei in Christo, vitam æternam esse docet. Cum contra, vos proprijs & alienis operibus, eorumque meritis iustitiam & vitam æternam adscribatis, deque ea dubitandum esse doceatis: & Paulum cum sua doctrina solenniter in Tridentino Concilio damnastis. Impossibile ergo est Ecclesiam Dei vos esse.

Porro, quod nobis irascitur Iesuita, propterea, quod hortamur Principes nostros, ne alienis tantum videant oculis: non temerè à nobis id factum est: sed rectè & necessariò affirmamus, malè agi cum illis Magistratibus, qui neglecta Scripturæ sacræ lectione, in alios, quasi ad se non pertineat, curam omnem salutis suæ reñciant, & sic alienis tantum videant oculis, interdum Duces cæcos sequantur. Miras verò hic agit Iesuita Tragœdias: temeritatem vocans, & perniciosum consilium, quam ob causam Deus miraculose Magnates aliquot grauissimè punierit, quòd in tractandis sacris, oculos non alienos, sed proprios adhibuerint, vt Chore, Dathan, & Abiron, Saul, Rex Ioas, Ozias, vnde & Isaias dicat: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & apud vosmetipsos prudentes. Paulum quoque allegat: sitotum corpus oculi, vbi auditus est Similitè Cyrillum & Irenæum. Confundi hinc in Ecclesia rerum, per sonarum, & officiorum ordinem.

Curam Religionis ad solos Episcopos, Prælatos, & Sacerdotes vult pertinere Iesuita, vt penes ipsos ea steterit & cadatque. Hos enim esse oculos in corpore mystico, quod est Ecclesia. Atque vti nam hi facerent officium fideliter, & diligenter, & ipsi oculos suos intenderent in Scripturam sacram, eamque penitus intuerentur, ex eaque populis suæ fidei commissis viam planam & rectam ad vitam æternam commonstrarent: Lucerna enim pedibus meis, verbum tuum Domine, & lumen semitis meis, inquit David. Et iterum in eodem: Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua, meditatio mea est. Super senes intellexi, quia Lex tua, meditatio mea est. Sic D. Petrus: Habemus firmiorem sermonem Propheticum, cui benefacitis attendentes, tanquam lucernæ in loco caliginoso lucenti. Sed quid fiat ab illis, qui oculos se esse dicunt, & cuiusmodi sint oculi, notum est. Quod enim Isaias suo tempore, de oculis, hoc est, Pontificibus & Sacerdotibus populi Dei dicit, speculatores eius cæci omnes nescierunt, canes muti, non volentes latrare, videntes vana, & dormientes, amantes somnia, & canes impudentissimi, nescierunt saturitatem, Ipsi pastores ignouerunt

Psal. 119.

Petr.

Is. 56.

norauerunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. Hoc verissimè in vobis & vestris est impletum Iesuita.

Quid hic faciant auditores Iesuita? Id faciant omninò, quod Christus saluator dulcissimus docuit, ac praecepit: Sinite illos, quia cæci sunt, & duces cæcorum. Tu ne igitur, temeritatem vocabis, & perniciosum consilium, quod summa ipsa sapientia, & Consiliarius magni consilij subiecit? Itaque iustificata est sapientia à filijs suis Pharisæis, qui consilium Dei contemnunt, & sapientes sunt in oculis suis, vae igitur vobis Pharisæi.

Non vident proprijs oculis, nec sapientes sunt in oculis suis, nec prudentes apud semetipsos, qui tacti cura salutis suæ, sequuntur lucernam verbi Dei praeuentem, etsi duces cæcos negligant, ne vnà cum ipsis in foueam cadant. Non enim carnales hi sunt oculi, sed spirituales, illuminati oculi cordis, verbo Dei, secundum Apo- Eph. 1.
stolum, quos Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, dat per Spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, vt sci-
ant sancti, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis. Hæc Apostolus non de Episcopis scribit, sed de omnibus sanctis, non mortuis, sed fidelibus viujs, qui sunt Ephesi: tu autem Iesuita, cæcos volebas, & aures tantum, quæ nœnias vestras audirent.

Tuam igitur, vice versa, magis miror temeritatem, & consilium perniciosum, qui Magnates à studio cognoscendarum Sacra- Deut. 17.
rum literarum, quod diuinitus illis est iniunctum, arces. Cur enim Dominus Deus noster Regi Israel in inauguratione codicem sacrum in manus dari voluit? Num vt esset exequutor tantum eorum, vt tu vis, quæ ex illo Sacerdotes decernebant? Nequaquam verò, miser cæce.

Quin potius (quod ibidem habetur) vt legat illum omnibus diebus vitæ suæ. Et cur legat? vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Cur igitur vos, quod Deus salutare esse dicit, perniciosum esse consilium dicitis Iesuitæ? An non vos estis, qui dicitis bonum malum, & malum bonum? Vae igitur iterum, atque iterum, & perpetuum vae vobis scribæ, Pharisæi, Hipocritæ, Iesuitæ, quomodo effugietis iudicium gehennæ?

An non ibidem etiam, vnde exemplum Ioas produxisti, 2. Reg. 22.
legisti etiam, iniuria, & negligentia Pontificum & Sacerdotum, codicem sacrum, non sub scamno, situ tantum & squalore obscurum

Refutatio defensionis

sed planè amissum? Templum verò ipsum Domini, quod amplius est, neglectum à Pontificibus & Sacerdotibus, imò Idololatria Baalitica, ipsis consentientibus & facientibus, pollutum & conspurcaturum?

Quis hic Iesuita, oculus est, vel auris? Quis curam reformandæ Ecclesiæ suscipit? An non pius Rex Iosias? Quis Idololatriam Baaliticam exercet? An non summus Pontifex, Ordinarius in loco, Aharonis successor, cum suis Sacerdotibus, Cardinalibus, & Episcopis, Pastoribus gregis, atque Leuitis? Quis custos est sacri coedicii? Imò, quis eum sua socordia, ignauia, & supina, adeoque detestanda negligentia amisit? An non idem? Quis verò Idololatriam ab istis in Ecclesiam Dei inuectam, abrogari mandat? An non Rex piissimus Iosias? Quis verò exequutor est? An non Pontifex Maximus? Sic enim ibidem legitur: Et præcepit Rex Helciæ Pontifici, & Sacerdotibus secundî ordinis, & ianitoribus, vt proiicerent de templo Domini, omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & iaiuco, & vniuersæ militiæ cœli, &c. Non quòd hæc sancta esse iudicarentur, ideoque à non consecratis Laicis, non contrectanda, ne prophanarentur, vestra scilicet opinione.

a. Reg. 23.

Quis hic præposterus ordo? Quæ hæc confusio in Ecclesia, rerum, personarum, & officiorum, vociferabitur Iesuita? An Rex qui subditus est, & auris, Pontifici, qui Magistratus est Ecclesiasticus, & oculus, inuerso ordine rerum & naturæ, curam Religionis, & reformandæ Ecclesiæ suscipiat, & Pontifici? cuius iussa eum cæpellere fas est, & exequi, quæ ille mandauerit, præcipiat, Hoc cœlum terræ est miscere. Cum Pontifex solsit, illuminans totam Ecclesiam: Rex verò & Imperator, Luna, quæ lumen suum à solis radijs accipiat. Rem indignam, non ferendam, temeritas est, & perniciosum consilium Tubingensis. Ita quidem Iebusæis videtur: Domini verò Dei nostri aliud est iudicium, à quo summo opere hoc nomine commendatur. Sic enim ibidem additur: Fecitque quod placitum erat coram Domino, &c. Item similis illi non fuit ante eum, qui reuerteretur ad Dominum in omniconde suo, &c.

Iam planè o Iesuita, vobis Pontificijs opus erat Iosia. Etsi enim non penitus Biblia sacra amiseritis: tamen sub scamno vestri Maiores ea absconderunt, vt rarissimi fuerint sacrificuli, qui ea vel habuerint, vel legerint: qui verò intelligerent, aut nulli, aut aut omnino paucissimi. Sicut in scholis quoque publicis neglecta fuerit, cum Magister sententiarum cathedras, & pulpita omnia occuparet.

cuparet, & dominarentur in templis sermones discipuli, Lugendarum sanctorum, Missalia, Breuiaria, Rosaria, Holcot, Bricot, Sermones Critich, Dormi secure, Thomas Aquinas, Scotus, quin etiam Aristoteles. De scriptis Prophetis & Apostolicis altum silentium passim.

Hinc horrendæ tenebræ in Ecclesia. Hinc Scripturæ sacræ corruptelæ, & deprauatio, traditionibus humanis, figmentis, & somnijs. Hinc Idolomania multiplex, & plusquam barbarica, atque profus Ethnica, sequuta.

Hunc statum Ecclesiæ vestræ corruptissimum, vobis doctrinae celestis per synceros verbi Dei doctores perturbari, Laicosque recte erudiri: vt & ipsi ad veram Dei agnitionem perueniant, ne omnino doctrinae vestræ agitati fluctuent, semper discentes, & nunquam ad agnitionem veritatis peruenientes (sicut non potestis hominem facientem omnia quæcunque docueritis & præceperitis, certum de gratia Dei erga se, animæque suæ salute perpetua certum reddere, sed dubitare eum omnibus factis, docetis) & oculis cordium eorum illuminentur, vt sciant, quæ sit spes vocationis eorum, quodque non amplius (vt olim in Papatu, male persuasis hominibus factum est) vestris nugis fides habetur: hoc vobis dolet Iesuitis, qui soli regnare cupitis, & dominari in Ecclesia filij Dei pro vestro arbitrio. Ne quis vobis dicat: Quid facitis? Sed omnia vestra dogmata, pro oraculis Spiritus S. quemadmodum vestri capitulis decreta, excipiantur. Cum enim Prælati canes muti sint, qui docere non possunt, vobis hæc demandatur provincia. Sed non audient hunc ululatum oues Christi, verum effugiant à vobis Lupis.

Sicut non defuerunt olim quoque, qui hos Pontificios doctores (quos Iesuita oculos vocat) cauendos esse tanquam impositores, lupos, vulpes, sues, & asinos, monuerunt. Cuius rei tibi Iesuita, cuique similibus historiam vnam, aut alteram ex antiquitatibus recitabo.

Cum ante annos viginti & amplius, vocatus essem Pfortzheimium, ciuitatem non ignobilem, vbi Marchiones Badenses & Hochbergenfes tum more maiorum, aulam habebant, vt abrogata Idololatria, & expurgatis sordibus Pontificijs, syncera instauraretur Religio: ingressus templum collegiatum, quod arci vicinum, D. Michaëli est dedicatum, puluinar quoddam vidi è regione summi altaris, ad parietem, in sede, qua Præpositus sacra sua interdum festiuitatibus solennioribus faciens, defatigatus, pro more reque ceteri solitus erat, valde artificiosè contextum, & pictum variegatis

Refutatio defensionis

catæ filis, atque imaginibus. Erat autem pictura hæc intertextæ. Lupus indutus cuculla monastica (in cuius caputio ab humeris dependente, anser prominebat) in suggesto stabat, prioribus pedibus quasi manibus, librum tenens, ex quo recitare videbatur, nescio quæ. Infra cathedram vulpecula aderat quasi in insidijs. **B** regione anseres complures, singuli rostro suis, **PATRES NOTROS** vocant, tenentes, lupo concionanti auscultantes. Adstabat & iuxta anseres, quasi custos, fatuus in suo habitu. Circa Lupum in eodem puluinari, ad marginem adscripti erant eodem textuæ artificio, Rithmi hi Germanici.

*Ich will euch nitte vil Sabeln sagen /
Bis ich fülle den meinen Tragen.*

Hoc puluinari, quia magnam referebat vetustatem, ego tum ad rei memoriam, ab ijs, quibus hæc procuratio data erat, emi. Emi inquam Iesuita, vt habeas calumniandi materiam; cum apud vestros omnia sint venalia, Episcopatus, cœlum ipsum Deusq; vt supra ex Mantuano audiuius.

Quid sapiens vetustas voluerit, facile intelligunt omnes. Ita vt optime pictura hæc in tuum Iesuita quadret postulatum, quo Lupi rapaces, & vulpeculæ astutæ miseris insidiamini hominibus, quosque cæcos habere cupitis auditores, vt eos tanquam anseres, fabulis vestris, quocumque visum fuerit, ducere, circumuenire, deuorare denique possitis. Cauere itaque vos, omnes quicumque ausdire possunt, & volunt, monemus.

Dicam & alterum. Anno, &c, 51. Argentinæ cum essem, vrbisq; antiquitates videre cuperem, deductus sum in templum summum, in quo mihi in circuitu superiori, è regione suggesti in columna lapidea ingenti, mirabilis monstrabatur sculptura, siue exæquiarum, vel depositionis funebris, siue Reliquiarum sanctarum (non enim omnia calleo mysteria ista: vtrumcunque sit, non magnopere curo, aut laboro) non tam artificiosè, quàm ingeniosè in saxo excisa, in hunc modum. Sus & hircus gestant siue funus, vt dixi, siue reliquias, vulpem scilicet dormientem. Præcedit pompam istam à fronte vrsus, aquam consecratam vreo portans, quem sequitur Lupus, crucem ferens, hunc porro Lupus proximè antecedens, cereum ardentem. Sequitur baiulos istius quod dixi feretri Asinus, ad altare Missam celebrans. Post hunc alius stat asinus prælongis auriculis, librum tenens prioribus pedibus, ore in-

tentus in librum, labris tamen carens. Librum porro istum cattus
 uener. Hæc figura est, quæ illic dicto loco prostat, & omnibus qui
 petunt uisenda monstratur. Nec noua est, aut recens excisa: uerum
 una, quod facile apparet, cum ipso templo sabrefacta. Iacta au-
 tem sunt templi huius fundamenta, anno à Christo nato 1015.
 Cuius absoluta est structura (excepta turri altissima) anno Domi-
 ni 1277. unde constat, effigiem hanc ante trecentos annos fa-
 ctam: qua sapiens antiquitas, & pium Christiani, qui metu tyran-
 nidis publice & palam profiteri ea, quæ sentiebant, non ausi fuere,
 (Lapides autem loquuti sunt) significare uoluerunt, Papatum nem-
 pe, qui magna ex parte Misis & exequiis defunctorum constat,
 plenum esse vulpinarum astutiarum, quæ tamen non mox, aut fa-
 cile ut in vulpecula dormiente, animaduerti præferim à simpli-
 cioribus, potuerunt. Qui uerò sumos, aut nugas istas uendit-
 tant, sui & hircos assimilantur, idque non temere. Sunt enim Epi-
 scopi de grege porci, fruges consumere nati, quorum Deus uenter.
 Canis impudens est animal, quod in publico & plateis passim con-
 greditur, unde Cynici impudentes. Hi mores sunt scortatorum sa-
 crificum, & fructus cælibatus impurissimi, publici fornicarij, & im-
 pudentes homines, qui libidines istas vagas & impudicas, honesto
 & diuinitus instituto præferunt coniugio, palam affirmantes, mi-
 nus peccare scortatorem sacerdotem, quam coniugem. Et cum tali-
 bus impudicis canibus abliguriunt quæstum, quem ex funeribus &
 exequiis atque indulgentiis comparant. Idem etiam per hircos fœ-
 tidos designantur, qui permolunt alienas coniuges, & filias honesto-
 rum sepe hominū, Ecclesiamque Dei foetore suo replent ac polluant.
 Ursus præcedens, portans aquam benedictam, designat potentes
 & Magnates, brachium nempe seculare, quo traditiones humanas
 Pontificias, vi externa, gladio, & armis confirmare & defendere
 conantur, siquidem uerbo Dei, & Scripturæ testimonijs id facere
 nequeant. Lupus crucem præferens, innuit, eos, qui in Papatu tan-
 quam fideles pastores, Christum crucifixum auditoribus inculcare
 debuissent, lupos rapaces fuisse, gregi non parcentes. Lepus fa-
 cem portat, ut insinuetur, quod etiam sub Papatu quidam docti fue-
 rint, qui tantum lucis habuerint, ut errores Papatus absurdos, frau-
 des, & imposturas intelligerent: metu tamen periculorum profu-
 teri & redarguere non ausi fuissent, sed cuticulæ suæ metuentes, si-
 mul & præbendis pinguibus, contra conscientiam tacuisse, suoque
 silentio superstitionem confirmasse. Quod asinus Missam legit,
 ostensum est, in Papatu plærunque indoctos asinos ad eas celebra-
 das ad

Iohan. 10.

Refutatio defensionis

das adhibitos, qui Sacerdotes suere ordinati ad tria Missa, vt vulgo dicitur: quibus repletus fuit passim tortus orbis Christianus. Alter subsequens asinus cum libro, sed labris carens, significat eos, qui in Papatu tum Euangelium Christi docere debuissent publice in Ecclesia, asinos esse, & fuisse indoctos, qui donis idoneis non sint instructi ad docendum, & rerum sacrarum cognitione etiam destituantur. Cattus librum tenens, Pontificios adulatores, qui mirabiliter se insinuare blandis verbis possunt, Pontificios doctores, quibus cathedra magna ex parte fuit commissa in Scholis & templis, sed se ad latus nauis foelicius inclinauerunt, vt olim Monachi, & iam illis de suo loco deiectis, nouas Monachos, Iesuicos designat.

Non fabulas narro, sed historias veras recito, quæ dictis locis omnibus videre cupientibus, monstrari possunt. Ex quibus intelligitur, cuiusmodi fuerint oculi, hoc est doctores: Et superioribus seculis in densissimis Papatus tenebris non desuisse cordatos homines, pios, & ingeniosos, qui Papatus erroribus non confenserint, sed turpi Ecclesiasticorum vita vehementer offensi. Qui ingemuerunt & doluerunt super cunctis abominationibus in Papatu factis; cumque Papa & sui tum, quemadmodum & nunc, sua reprehendi, ferre noluerint, concionibus publicis: illi, cum tacentibus alijs, lapides loqui necesse fuerit, errores Papatus, Idolomaniam multiplicem, imposturas, tyrannidem, inscitiam, libidines vagas, & vitam Epicuream, quocumque potuerunt modo, reprehenderunt & damnauerunt.

Vnde & alij rectius ex verbo Dei edocti, vos falsos doctores fugiant, vestrasque fabulas de Purgatorio, Missis, Exequijs, Indulgentijs Pontificijs, peregrinationibus, & id rerum nugis, sedulo caueant, quam chara illis est æterna animæ suæ salus.

Nam quod ad exempla à Iesuita proposita, attinet: puniti sunt Chore, Dathan, & Abiron, quod Mosen gubernatorem diuinitus vocatum, & missum Prophetam, afferentem doctrinam cœlestem, audire nollent, sed mora seditione, legitimo suo Magistratu se opponerent. Doceat ergo nunc Iesuita, suos Episcopos & Prælatos diuinitus esse vocatos doctores Ecclesiæ, eosque verbum Dei syncerè suis auditoribus proponere. Atqui hi paucissimi sunt numero, qui doceant. Apostolus inquit: Qui Episcopatum desiderat, opus bonum desiderat. Illi vero non opus docendi, quod præstare non possunt, siquidem nunquam didicerunt, sed opes, honores,

nores, dignitates, ac principatus, desiderant, de his quibuscumque possunt modis contendunt. Aut si qui docent, falsa & impia serunt dogmata, quod probari facile potest.

Seditiosi igitur non sunt, qui praua & peruersa dogmata assertentibus, non obtemperant. Alias Petrus & Apostoli reliqui, a Actor. 4. crimine seditionis excusari non possent, cum Pontifices, oculos illos cæcos, cæcorumque duces audire nollent, & dixerunt: Oportet Deo magis obedire, quam hominibus. Nec Magnates Magistratui politico se, mora seditione opponunt, si maxime Idololatras Prælatos audire nolint.

Mandatum enim Dei est vniuersale, Cauete vobis à pseudo-
 prophetis. Fugite Idola, Item: Si quis aliud Euangelium annuncia-
 uerit, præterquam euangelizauimus vobis, anathema sit. Math. 7.
1. Cor. 10.
Gal. 1.

Saul, Oza, & Ozias grauissimè peccauerunt, quòd ipsi officia Sacerdotalia rapuerunt, sacrificia, & incensum Domino contra expressum Dei mandatum offerendo, cum hæ parteis essent solius tribus Leuiticæ, & diserte additum, alienus qui accesserit, vel tetigerit hæc, morietur. Iam abrogato sacerdotio Leuitico, nisi quam dictum est in Nouo Testamento, Nemo præter sacrificulos à Pontifice Romano rasos & vinctos, sacra tangat, aut BIBLIA LEGAT, & inde sibi à pseudoprophetais cauere discat, vel de controuersis Religionis Christianæ disputer, aut decidat. Sed planè diuersum in Scriptura sacra habetur, quod hætenus demonstratum est. Ingens igitur diuersitas in exemplis à Iesuita propositis, & nostrorum hominum est. Quare frustra ad rauim vsque clamat Iesuita, Oculos istos, hoc est, Prælatos suos & Episcopos sequendos.

Nec enim si maxime oculi sani & acutum cernentes, & non morbidi, caligantes, lippientes, aut luscii essent, ac hebetes, videre soli deberent, vt reliqui omnes cæci maneant, & in tenebris ac umbra mortis sedeant, vel ambulent: Sed & hi illuminandi sunt ista luce, vel lucerna verbi Dei, vt & ipsi quandoque videant viam ad æternam animæ salutem consequendam. Ne capras saltantes, aut alia phantasmata ad præcipitium seducantia sequantur.

Et qualis quæso doctor est summus Pontifex Romanus? cuiusmodi oculus? quam acutum cernit in Biblijs? videamus. Sed quid dico videamus, audiamus potius, cum nolit nos Iesuita esse oculos, sed aures. Audiamus itaque subtilem doctorem,

Refutatio defensionis

& Scripturæ interpretem. Ecce, inquit Petrus, duo gladij hic. Hoc est, inquit Pontifex: Papa habet vtrunque gladium: Politicum cum deponendi Reges terræ, & Imperatores: Et Ecclesiasticum, excommunicandi, qui non in omnibus illi obtemperant. An non bella interpretatio? Audiamus & aliud. Petro dicit Christus, Pascere oues meas. Id ille ita interpretatur, Pontifex Ro. Vniuersalis est Pastor, & Episcopus totius Catholicæ Ecclesiæ, ita vt omnis quicumq; hinc eiusq; decreta omnia, qualiacumq; sint, non audit, nec amplectitur, alienus sit ab Ecclesia Christi, nec habeat partem in regno Dei: Quis oculum hunc ducem cæcorum, & interpretem Scripturæ subtilissimum, acutissimè in ea videntem, ea quæ alius nemo videt, non sequeretur? cum qui eum sequitur, non ambulat in tenebris, sed habeat lumen, scilicet in igni infernali.

Quis verò ad eò cæcus est, qui non videat præter Iesuitas, Lumen hoc Pontificium & oculos, tenebras esse plusquam Cimiterias? Quod si lumen & oculus, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ, quantæ erunt? inquit Christus. Vtique Papatum totum cæcum & nil nisi meras tenebras esse, qui vel exiguum saltem radium habet lucis doctrinæ cœlestis, videbit facile.

Nec tamen ideo statim ex auditoribus fient doctores, siue ex auribus oculi, aut totum corpus, oculi. Audient enim nihilominus suos doctores. Nec enim scire sufficit, quid credendum aut faciendum fiet: sed opus est exhortatione, consolatione, redargutione, correptione, doctrina. Quæ partes sunt oculorum, hoc est doctorum Ecclesiæ, quas omnes & singulas, non cum multis habent communes. Hi ergo faciunt publicè docendo officium.

Quod si verò quis tantum proficiat in doctrina Religionis, assidua Scripturæ sacræ lectione, & meditatione, & donis necessarijs eum instruat Dominus, vt idoneus sit, qui publico fungatur officio: quis prohiberet, quo minus talis etiam ad Ministerium Ecclesiasticum vocaretur? An non enim & D. Ambrosius adhuc Catechumenus, à tribunali ad cathedram Episcopalem raptus ferè magis est, quam vocatus? Nam & discipuli in scholis, non ideo discunt vt perpetuò discipuli maneant, sed aliquando doctores fiunt, qui eò vsque progredi possunt, vt idonei satis iudicentur. Res peries Iesuita, multos apud nos, non Magnates solum, sed etiam inferioris ordinis honestos, nobiles, & doctos laicos, qui cum multis vestratibus Prælatis, de controuersis Ecclesiasticis non ex Biblijs solum, sed etiam Patribus disputare possunt egregiè, in eorumque lectione magis sunt exercitati quam illi, longèque præferendi.

Quod

Quod Iræneum etiam contra nos in aciem producit, ut suam confirmet opinionem. Iræneus certe non simpliciter ad successores suos quosuis Apostolorum in loco, nos ablegat: sed & in eodem, & sequenti cap. ad doctrinam, & veritatem magis Apostolicam. Ita enim scribit. Qui vero crediti sunt quidem à multis Presbyteri, seruiunt autem suis voluptatibus, & non præponunt timorem Dei in cordibus suis, sed contumelijs agunt reliquos, & Principalis concessionis timore elati sunt, & in absconsis agunt mala, & dicunt, Nemo nos videt, redarguentur à verbo, &c. Ab omnibus igitur talibus absistere oportet, adhærere verò ijs, qui & APOSTOLORUM, sicut prædiximus, DOCTRINAM custodiunt, & cum Presbyterij ordine SERMONEM SANCTUM, & conuersationem sine offensa præstant, ad informationem, & correctionem reliquorum. Exempla proponit, Moysen, Samuelem, D. Paulum.

Iren. lib. 4.
cap. 43.
Id. eod. lib.
cap. 44.

Tales nobis date Episcopus, & oculos, quales Iræneus descripsit, & non deerunt illis nostrorum hominum studia, audient eos & sequentur.

Ad Cyrillum, quem nobis opponit, quod attinet, super verba Isaïæ: Vt qui sapientes estis in oculis vestris, & apud vosmetipsos prudentes, commentantem, ac enumerantem varia, quæ inde oriuntur incommoda, & paulo post ita loquentem: Cum hoc animi morbo laborarent Iudæorum præfecti, consilio Seruatoris non acquieuerunt. Erant enim prudentes non apud Dominum, sed apud se, supercilia tollentes, & alitè sapientes, propter diuinarum legum scientiam, cum omninò nihil sciuerint, cæci enim erant iuxta seruatoris vocem, & duces cæcorum.

Quid tibi Iesuita in mentem venerit, quod hunc locum contra nos adduceres, qui nihil magis contra nos facit, quam Iosephi historia, aut alius quius liber peregrinus. Nec magis nostram evertit sententiam, quam Hannibal Viennam Austriæ. Primum enim, quod & antea dictum est, non volumus quenquam suæ inuiti prudentiæ, quin hoc damnamus maximè: sed sequi volumus omnes præscriptum verbi Dei, quod est Lucerna pedibus nostris. Deinde loquitur Cyrillus de Iudæorum præfectis, eosque damnat, non propter Legis diuinæ scientiam, sed eiusdem inscientiam, sicut & Christus, Quod nec legis, nec Euangelij doctrinam intelligerent: volentes tamen nihilominus doctiores esse populi Dei. Hæc nihil ad nos: sed maximè contra vos faciunt, vestrosque Prælatos, quos hic Cyrillus Præfectos Iudæorum vocat. Vos

Refutatio defensionis

etenim cum vestris, nec quid lex sit, nec quid Euangelium, aut quod inter hæc duo diuerſa doctrinarum genera discrimen, ſcitis, Legem vocantes Euangelicam, oppoſitum in adiecto.

Nec ideo officia confunduntur, quæ ſunt & eſſe debent diſtincta, nec quicquam obſtat, quò minus, qui diuerſis officijs præſunt, communibus tamen ſtudijs multa ſimul procurent. Sicut olim in Republica Iſraëlis ſacerdos ſummus & Iudex cauſas cognoſcebant ſimul. Quod etiam Gersonem veſtrum affirmare oſtendimus. Non enim propterea ſuggeſtum aſcendit, & publicum ſibi ſumit in Eccleſia docendi officium, qui Bibliã aliquoties perlegit, eaque familiariter habet nota: Et quidem multò melius nouit & intelligit, quàm plurimi veſtri Episcopò, qui nec libros Bibliocos forſè vnquam perlegerunt: Imò nè quidem quo ordine illi ſe inuicem ſequantur, nedum vt quot capitibus ſinguli conſent: multò verò omnium minimè, quid in illis habeatur, nouerunt.

Et qui ſit, quòd cum illi veſtri tales Episcopò, ſecularium Principum officia tractant, ex profeſſo omnia, quin imò nec caſtra ſolum ſeſtantur, ſed duces ſunt exercituum & anteſignani, aliaque huiuſcemodi faciunt: hæc confundi non clamatis officia, quæ ſunt diſtincta? An quia nihil Episcoporum illi faciunt? ſed aliud eſt, quòd his veſtris clamoribus quæritis hypocritæ: Nempè, vt omnes, vos audiant, cum quòd ad docendi munus attinet, iam olim illud abiecerant, & vos regitis Episcopos: & ſic cæci omnes, vos cæcos ſequantur. Et vt Principes ſeculares non ſolum ſeducatis, verum etiam vobis obnoxios reddatis, vt veſtri ſint Carnifices, qui à vobis nomine hæreticorum damnatos, è medio tollant.

Postremò valde ridiculus & ineptus eſt orator, qui me ſacris literis, Dei beneficio à puero enutritum, & iam annos 34. docendi munere in Eccleſia Chriſti fungentem, verbis perſuaſibilibus, ad vomitum conatur reuocare. Tarde venere bubulci. An ne à luce ad tenebras? à veritate verbi Dei, ad mendacia & ſomnia humana? A Scriptura ſacra, ad Traditiones, ſigmenta & commenta hominum? A vera pietate, ad impietatem? A religione Chriſtiana, ad Ethniciſmum & Iudaïſmum? ex quibus Pontificia Religio eſt conſarcinata. A fide, ad dubitationem? A ſyncero Dei cultu, ad cultus humana audacia conſictos? A vera vnus Dei inuocatione, ad mortuorum hominum inuocationem? A caſtitate, ad impuritatem, pullutiones, & libidinum flammas, & ſcortationem? A teſtamento Chriſti, ad ſacrilegam eius mutilationem? Ab Eccleſia Chriſti vera, in qua vox ſummi Paſtoris ſonat incorrupta, ad Eccleſiam malignantium, & Sathanæ Synagogam, in qua decreta

Affertionum Iesuiticarum.

qua decreta Romani Antichristi obseruanda sunt? A Christo vnto meo Saluatore, Mediatore & intercessore, ad Antichristum? Denique à Deo vero, ad Belial me abstrahi patiar? Absit, absit procul, Idq; Deus propitius clementer auertat: mori enim centies, aut millies mallem, Deo robur fidei hoc confirmante, quàm Papatum verbo Dei damnatum, amplecti.

Nec minis vestris, quæ sunt fulgura ex pelui, terremur (tu, inquit Dominus, maledices: Ego autem benedicam.) Scimus cui credidimus, qui potens est seruare depositum nostrum. Non ita instabiles sumus, ut quouis doctrinæ vento agitemur. Scimus vos Iesubusos, Maiorum vestrorum, Pharisaorum veterum, quibus Iesus hoc nomine dira imprecatur, exemplo, circuire mare & arisdam, ut miseros & incautos faciatis Profelytos, & cum facti fuerint, facitis eos filios gehennæ duplo quàm vos. Nobis autem Dominus præcepit, coelitus clamans, ut filium ipsius, doctorem audiamus, & caueamus vos pseudopphetas, qui in vestitu ouium venitis ad nos, verbis blandiloquis, in humilitate & religione Angelorum: intus verò estis lupi rapaces, quia non assertis vocem *ἀγγέλων*, sed luporum vllulatum audimus ex vobis: ideo nec audimus vos, sed aufugimus à vobis Iesuitis ad Christum Iesum, quæ vos ficto eius nomine, persequimini, & vocẽ ipsius audimus in Ecclesia eius, in qua sunt oues, vocem eius audientes, quæ agnoscunt. Fugimus Idolomaniam vestram multiplicem, turpissimam omnium sanctorum & opitulatum inuocatricem, Eximus & fugimus ex Babylone vestra, ne vna vobiscum perpetuò pereamus. Audimus igitur vocem sponsi. Nec sponsæ vocem contemnimus, sed adulteræ lenocinia & blandiloquentiam seducere volentis, non audimus. Audimus autem cum Irenæo, illos Præpositos, qui cum successione Episcopatus, charisma veritatis certum acceperunt, Reliquos, qui loco scripturarum Apostolicarum, signimenta traditionum sub eorum nomine tanquam fumos venditant, & decreta Conciliabulorum, præsertim Constantiensis & Tridentini, & patres plures, atque doctores nescio quos, siue Scholasticos, siue alios obrudere cupiunt, prorsus non curamus, nec illis vlla verecundia sumus obstricti.

Vos verò novos Phariseos & pseudopphetas agnoscimus, & omnes, quicunq; suæ salutis benè consultū cupiunt, fugere vos, leditolo monemus, Nec nos conuertemus vnaquã ad vos: led si exitū & interitū animarū vestrarū cauere volueritis, conuertimini vos ad nos, nostramque religionem & doctrinã amplecti necesse est, aut perpetuò pereundum vobis erit.

Et hæc

Refutatio defensionis

Et hæc hæcenus ad præcipua præfationis Iesuiticæ capita, quibus Epistolam meam dedicatariam depravare, & calumniari, suasque venenata dogmata palliare ac tegere conatus est Iesuita, respondisse sufficit, quibus & nostra probauimus & defendimus. Aduersarij verò, quas aspersit maculas cum in Præfatione, tum per totum suum Librum creberrimè eadem, non absque magno fastidio repetens, refutauimus. Quorum iudicium sit penes omnes illos, qui Scripturæ sacrosanctæ autoritatem pluris, quàm Ecclesiæ falsæ, & aliorum quorumcunque hominum, Conciliorum, Patrum, Scholasticorum, faciunt.





VNC igitur, quod Deus bene vertat, ordine ad ea referenda, quæ Iesuita singulis nostris opposuit Propositionibus, quibusque eas labefactare est conatus, progrediemur.

Initio aut, quod Catholici potius sibi, quàm Iesuitæ nomen (vbiuncq; sua ponit verba) maiusculis literis in margine semper describit, hypocritarum omnium facit more, qui sibi titulos valde speciosos, quibus se populo venditent, tribuunt, vt ab omnibus profanis, veris, genuinis Dei filijs, eiusq; vera agnoscat Ecclesia. Talis fuit Cain primogenitus, qui hoc nomine iustum occidit Abelem. Et ab illo, non solum carnalis eius posteritas, sed falsa, hypocritica, cruenta piorum persecutrix, Idololatrica Ecclesia, quam ab illo deriuat Augustinus Libris 22. de ciuitate Dei, semper propagata. Sicut prærogatiua carnali superbie runt, præq; se veras Dei, & Ecclesie membra contemserunt primogeniti Ismael, Isaac, Esau, Iacob. Sic Sedechias sibi faciebat cornua ferrea, & Micham Prophetam Domini in maxillam percussit, dicens, Me ne ergo dimisit Spiritus Domini, & loquutus est tibi? Sic Pashur Sacerdos princeps in domino Domini percussit Ieremiam, tanquam vanum, & mendacem Prophetam, & in carcerem coniecit. Ipse vero syncerus, verus & ordinarius Sacerdos in legitima successione, Quid multa? bonus Catholicus, si non Catholicissimus, quemadmodum populus quoque Iudaicus male a suis Sacerdotibus & Prophetis seductus. Sed recte reprehenditur, Et ne gloriarentur de templo Domini, dicentes: templum Domini, templum Domini, templum Domini. Et: Non peribit lex à Sacerdote, neque consilium à sapiente, nec visio à Propheta. Sicut aduersarius cum suis toto fere suo libro, nihil aliud facit, quàm quod vsque ad rauim vociferatur, Nos sumus Ecclesia, Ecclesia Romana, Catholica est Ecclesia, Ego Iesuita, Catholicus, Catholicus, Catholicus, &c. Ordinaria & legitima successio. Hæc per centurias aliquot multiplicat. Sed omnia hæc Ieremias vocat verba mendacii, in quibus frustra confidunt: perendum enim illis cum suo templo, & in captiuitatem abducendos Babylonicam, Ita Iesuita cum sua societate, nisi respuerint, in multo tristiore carcerem abducetur, ex quo non exibit donec nouissimum soluat quadrantem. Ecce tibi Purgatorium etiam.

Tam aut impudens est aduersarius, vt etiam que vera esse agnoscit, & fateri cum in hac, tum in alijs sequentibus Propos., vi veritatis

1 Reg. vii.
Ierc. 20.

Idem cap. 7.

Refutatio defensionis

ritatis adactus, cogitur nobiscum: ut in hæc, quod ponimus, scopum Scripturæ esse Christum: tamen per calumniam, ut alia omnia, quasi impertinentia, & non rectè ipsius assertioni opposita, & sic λογωμαχίας, vel in sufficientia, reprehendere, sibi habet propositum.

Scilicet Iesuitæ, ad Ecclesiam non pertinet Christus, sponfus eius & caput. Non Scriptura sacra: sed sunt hæc illi, suæque Ecclesiæ, ad eam impertinentia. Quod plane est verissimum. Caput enim aliud habent, Pontificem scilicet Romanum, reiecto, aut neglecto Christo: qui abest ab Ecclesia sua alicubi in Vtopia, ideò que Vicario opus habet. Et loco Scripturarum sacrarum, quæ illis sunt obscuræ, dubiæ, insufficientes, &c. Traditiones habent humanas, quæ pleniore sunt, & planiores, Decreta Pontificum, & similes nugas alias.

Et huiusmodi sunt Iesuitæ plæraque: cauillationes, sophismata, caluniæ, λογωμαχίαι, aliaque puerilia, de serie verborum, ac rerum ordine, & id genus alia, sine mente sonus, quæ per totum suum ineptum & insulsum librum, verbis copiose inanibus, non sine magna legentium molestia, & tedio agit: cum interim rerum bonarum nihil, aut certè parum habeat.

Quæ ne in immensum excreseat Disputatio, silentio omnia libenter præterirem, nisi respondendi necessitatem ipsa honestas interdem mihi, ne crimina obiecta agnoscere viderer, imponeret.

- Qualis est in hac primæ propositionis meæ refutatione Iesuitica,
- » iniuria atrox: quod scribere non est veritus, diuortium me inter
 - » Christum & Ecclesiam facere impium & sacrilegum: quod disputaturus ego de Ecclesia, à Christo sumam initium.

Sed bene Deus, quæ hæc est Iesuitica, malitia ne dicam, an impietas? Quasi verò in vnica tam breui Propositione, cuiusmodi meæ sunt illæ, omnia dici possunt? Quasi verò ad Ecclesiam suam Christus non pertineat: aut hæc ex illo non sit orta, nata, & propagata? aut verò non hæc etiam ex illo cognoscatur, sponsa nempe à sponso, cuius ipsa radijs coruscat, & illustratur?

Et quanta hæc sit in Iesuita, fingendi quiduis cupido, imò mentiendi libido, sequentes 4. 5. 6. meæ Propositiones abundè satis testantur & declarant, in quibus nominatim & ex professo de Ecclesia CHRISTI, qui sponfus eius in illis dicitur, disputatur.

Non ergò

Non ergo, sicut Iesuita calumniatur, Ecclesiam à Christo, sine quo nec esse, nec intelligi vera potest, separamus, sed ab illo distinguimus. Etsi enim Christus & Ecclesia, sponsus sit, & sponsa, adeoque totum quiddam, caput & corpus: aliud tamen est sponsus, aliud sponsa: aliud caput, aliud corpus, & membra, quæ discerni, non autem diuidi possunt.

Vos verò Pontificij, qui Christum procul ab Ecclesia sua abesse fingitis, ideoque nouum illi Vicarium, & alium substituitis, aliud & monstruosum illi caput, Pontificem Romanum adiungitis: quod stolidum & Antichristianum caput, qui non agnoscat, non adoret, eiusque decreta qualiacunque illa sint, absque discrimine non amplectatur, ab Ecclesia Christi vera, alienum esse docetis. Vos inquam Pontificij, non diuortium modo impium, & sacrilegum, sed adulterium turpissimum, lenones ipsi turpi'simi, inter Christum & Ecclesiam facitis: dum hanc ab illo suo sponso vnico, cum adultero perditissimo & sceleratissimo homine, imò Antichristo ipsissimo, Romano Pontif, quem & sponsum Ecclesiæ vocatis, coniungitis, eiq; prostituitis.

Mitto iam quod dicit Iesuita, Christum non nisi per Ecclesiam facile à nobis posse agnosci, testatur enim de illo, monstrat eum, sed ex verbo Dei: & infra de hoc disputandi nobis offeretur occasio. Id tantum addo: eum non modo valde impertinenter, sed & contra suum institutum facere, adeoq; illud impugnare, ad hoc Augustini citantem locum, ad Donatistas scribentis in hæc verba: *In August. Epistola 166, ad Donatist.* In Scripturis didicimus Christum. In Scripturis didicimus & Ecclesiam. Has Scripturas communiter habemus. Quare non in eis & Ecclesiam communiter retinemus? Certè nihil hoc ad rem facit, quam probare instituit Iesuita, Christum nempe, non nisi per Ecclesiam cognosci. Vtrumque enim & Christum, & Ecclesiam in Scripturis disci asserit Augustinus, sicut verba eius sunt manifesta. Docet per quid & vnde Christus agnoscat, nempe ex vel in Scripturis. Ab his autem Esauitæ abhorrent, has fugiunt, sicut Sathanas crucem fugere dicitur. Quia enim vident se sua inde probare non posse dogmata, aut Ecclesiam suam, quod illis aduerteretur: ideo ab illis semper ad suam prouocant Ecclesiam, Sed & hanc disci in Scripturis, & inde probandam, cum hic, tum alibi docet Augustinus.

Sed quod penè præterieram, heus Iesuita, adhuc vnum est, quod hic ex te quærendum esse duxi. Cum enim te ita fortè mihi occasionem dante, hanc perlegerem Augustini Epistolam, in eadem

Refutatio defensionis

etiam hæc inueni verba : Defunctus, inquit, est Constantinus, sed iudicium Constantini contra vos (Donatistas) viuit, quò vestri causam miserunt, apud quem Iudices Episcopos reprehenderunt, AD QUEM à IUDICIBVS EPISCOPIS APPELLAVERUNT, quem tædiofissimè de Felice Aprungitano interpellaauerunt, &c. Hæc qui sit, quòd non animaduertis, si legisti : Lesgisse autem, ex ijs quæ inde excerpisti, apparet. Quod si animaduertisti, cur in præcedentibus temeritatem, & periculosum uocasti, quod subieci consilium, si Laici Magnates, de Sacris & negotijs Ecclesiasticis iudicent ? Quod rectè fecisse Constantinum cum ex hoc, tum ex alijs Augusti, testimonijs manifestū euadit. Sed hoc quia minus ad tuum faciebat institutum, dissimulandum tibi prudenter esse iudicasti.

Cum igitur ex Scripturis sacris nec caput suum, Pontificem scilicet Romanum hodie, quem eadem Antichristum esse testantur : Deum verò, Christum dedisse caput super omnem Ecclesiam, affirmant : nec corpus, hoc est Ecclesiam suam, veram esse filij Dei in terris Ecclesiam, probare queant, quòd illis contraria doceant, & faciant : ideo pro vera Dei Ecclesia agnosci non possunt. Et quomodo aduersarius Patrum testimonia alleget, hinc facile apparet.

2 Iesuita, contra Positionem nostram secundam, ignorantia nos accusat, quòd terminos confundamus, pro medio finem substituentes, quòd dixerimus : Finem hominis, ad quem sit conditus, principalem, esse veram Dei patris agnitionem cum filio, & non, vt assertio eius habeat, Ecclesie cognitionem.

Ad quòd respondeo, esse quidem Ecclesie cognitionem necessariam, nec suo loco negligendam : Christum verò Dominum nostrum asserere, Vnum esse necessarium, videlicet audire verbum Dei, idque optimam esse partem. Nequaquam igitur Ecclesie cognitionem, principale, aut proximum esse medium, quò finem in quem sumus conditi à Deo, consequamur, vt vult Iesuita : Sed verbum Dei, siue Scripturam sacram, quæ prior est : ex qua etiam

Gen. 3. ipsa Ecclesia nascitur, & regeneratur. Vt in Paradiso, primi nostri parentes post lapsum quò à Deo eiusque gratia exciderunt, præcedit concio legis, accusans, & arguens eos transgressionis : sequitur prima Euangelij concio, Promissio nempè seminis mulieris.

Ios. vii. Quibus auditis, & fide apprehensis, fiunt Ecclesia Dei. Sic Abraham ex Idololatria vocatur per verbum Dei promittentis : & ipse auditor verbi Dei, fit Ecclesia Dei, Sic Apostoli plantauerunt Ecclesias

elestias inter gentes, vbi non erat Ecclesia Dei, & sic non populus: *Os. 2.*
 postea vero audito & fide apprehenso verbo *L. ei* quod illi prædixit: *Rom. 9.*
 cabant, dictum est, populus meus es tu.

Et illa ipsa Ecclesia, quod iam ex Augustino dixit Iesuita, discitur ex Scriptura. Quæ enim vera sit Dei Ecclesia, non aliunde disci, cognosci, & probari potest, nisi in, & ex Scriptura sacra.

Medium igitur, quo finem, ad quem sumus conditi, consequimur, est, vt habet sequens nostra positio, verbum Dei sincera, & Sacramentorum legitimus vsus.

Non ergo terminos, vt Iesuita calumniatur, confundimus, Et sic nec nouam fingimus (o caput acutissimum, vt cauillaris) philolophiam & hæc eius calumnia petulans est, & ex maligno eius spiritu profecta, quod conuiciatur: nouam nostros Theologiam, Patribus (quos præponunt, quasi maioris scilicet autoritatis) ignotam & Scripturæ sacræ contrariam, sua autoritate eudere voluisse.

Nihil enim noui, nihil à Scriptura sacra alienum, nedum contrarium, nostri excogitauerunt: sed Christum (cui testimonium in *Acto. 10.* perhibent verustissimum omnes Prophetæ) cum suis meritis & beneficijs, in lucem, antea erioribus Pontificiorum obcuratum, ac propemodum sepultum, produxerunt. Hi ergo noui Pharisei Iesuitæ, vel potius Etiauita & Iebusitæ, iam instar suorum olim Maiorum dicunt: Quæ nam doctrina hæc noua? His enim & *Marc. 1.* Christus videtur nouus, & absconditum ab eis verbum Dei, doctrina noua.

Miror pertinax, & perpetuum calumniandi studium in Iesuita. 3
 Vt enim reliqua breuitatis causa, omitram: Cum media, quibus finem ad quem homo est conditus, consequatur, posui, verbum Dei, & Sacramenta, vbi ex verbo per baptismum regeneratur: hic non bonus vir, omnes excludi à nobis non inest in regno Dei, calumniatur. Infantes quidem, quod verbum Dei audire non possint, Adultos vero, quod præter hæc, à nobis recensita, multa alia etiam requirantur, nempe observatio mandatorum Dei, iuxta illud Christi, Hoc fac, & viues, & ad stipulante Lutero quoque, Pœnitentia.

Respondeo, Infantes non excluduntur à nobis, sed maxime includuntur: quod omnes vel hinc intelligunt, etiam idiotæ: Quia vt in hac 3. habetur proposit. In verbo vitæ per baptismum, qui est lauacrum regenerationis, saluantur, si morte decedant, antequam vsu rationis consequantur, O 3 Si verq

Refutatio defensionis

Si verò secundum Iebusæum hunc, ad vitæ æternæ consequendū
nem necessaria est adultis omnium Dei mandatorum obseruatio:
verè hoc modo Esauitico, omnes homines ab ingressu regni cœ-
lorum excludentur. Cum omnis cogitatio cordium humano-
rum tantum mala sit à pueritia. Et nemo sit, qui gloriari possit,
Gen. 6. 8. nundum est cor meum, purus sum à peccato. Et non sit qui faci-
at bonum, non vsque ad vnum. Ideo deprecatur Dauid: Non in-
Pro. 20. tres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspe-
ctu tuo omnis viuens. Quin imò etiam omnes nostræ iustitiæ
Psal. 14. 142. sunt tanquam pannus menstruatæ. Hinc etiam est, quod Aposto-
Isa. 64. lus dicit. Quicumque enim ex operibus legis sunt, iub maledictio
Gal. 3. sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanserit in
omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quod autem
in lege nemo iustificetur apud Deum, manifestum est, Quia iustus
ex fide viuuit, &c.

Sicut etiam D. Augustinus prolixè, insigni in hoc argumenti
August. lib. de genere, scripto libro multis docet, Præter vnum & solum homi-
litera & Spiritu. nem Iesum Christum, neminem fuisse, esse, aut futurum in hac vita,
& terris, qui Legi Dei perfectè possit satisfacere,

Tametsi hypocritæ sentiant, & doceant, se, vt iuuenis ille stul-
tus respondebat Christo, omnia hæc à iuuentute fecisse: cuius ta-
men ibidem illi Christus contrarium demonstrat.

Cum igitur certum sit, neminem Legi Dei perfectè in hac vita
satisfacere: sequitur, Iesuitam hoc suo prauo & peruerso dogmate
omnes homines seducere, & ab ingressu regni cœlorum exclude-
re. Quod & cum toto suo sedulo facit sodalicio.

Quod ad poenitentiam attinet, de qua Lutherus: verum est, nes-
cessariam esse adultis. Sed non intelligunt præ ruditate, & igno-
rantia Theologiæ synceræ Pontificij, quid sit poenitentia. Etsi
enim contritionem quoque partem eius faciant, eamque præcede-
re nos etiam affirmemus in conuersione ad Deum: tamen non
per aut propter illam, peccatorum consequimur remissionem: sed
tantum per & propter Christum vnicum Mediatorem ac propi-
tiatorem, fide (quæ altera est poenitentia pars, quod isti negant)
apprehensum. Quæ perpetua est Scripturæ sacræ & nostrorum
omnium sententiâ.

4

Multas Iesuitæ, quas hic intertexit *Φλαρειακῆς λιστολογίας*,
vbi etiam rectè dicta, quæ probat, postea verò iterum Rabularum
forensium more cauillatur, vt vel sapere videatur, vel erudi-
tionem

tionem suam eximiam, & acumen ostendet, instar Gorgiæ, aut Hippix, sophistarum veterum, prudens omitto, & vt canum latratus silentio prætereo.

In quinta, Iesuita dicit, Patres, Augustinus & Hieronymus agnoscebant Romanam Ecclesiam pro vera. Ergo hodie quoque hæc nostra, cum sit eadem, vera est Christi Ecclesia. Rectè quidem illi suo tempore eam pro vera agnoscebant Dei Ecclesia, cum in ea Apostolorum, Petri & Pauli, vigeat doctrina. Hodie autem vestra Pontificij Romana, quantum mutata ab illa, quæ quondam fuit Apostolorum, vel etiam Patrum temporibus? Siue enim quod ad doctrinam, siue cultus, siue etiam ad mores attinet, tantum interest inter hanc & illam, quantum inter album & nigrum. Quid enim per Deum immortalem, iam cum illa habent commune? Iam olim enim neglecta pietatis doctrina, & studio Religionis sinceræ, Monarchiam, & regnum politicum, in Ecclesia affectarunt, sicut D. Augustini tempore, crimine falsi (quod scitis Iesuitæ) publicè admissio, de quo & conuicti sunt à Concilio Africano Carthaginensi 6, cui & idem D. Augustinus interfuit, ad primatum illum aspirauerunt. Deinde cultus pro sua libidine constructos de ingenio humano, singulis Pontificibus, vt ex historia omnium temporum constat, vel etiam ex Ethnicismo, aut Iudaismo mutuatos, aliquid addentibus, cumulauerunt, donec tandem deprauata & corrupta doctrina Apostolica, meretrix Babylon facta, cum qua fornicari sunt multi Reges & Principes. Sicut Isa. 2. de vrbe Hierosolyma Dominus per Prophetam conqueritur: Quomodo, inquit, facta est meretrix, ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriâ, Vinum tuum mixtum est aqua (doctrina cœlestis sincera, humanis traditionibus diluta.) Principes tui infideles, &c. Et Christus, templum Domini, speluncam latronum esse factum asserit. D. quoque Augustinus: Ne multis, inquit, morer, condita est Roma, velut altera Babylon, & velut prioris filia Babylonis. vbi Lud. Viues commentator addit: Petrus Apostolus Romam, Babylonem adpellat, vt etiam Hieronymus in vita Marci interpretatur, qui ad Marcellam scribens, non aliam existimat describi à Iohanne in Apocalypsi Babylonem, quàm urbem Romam. Hactenus Viues.

Habes Iesuita, qui encomia Romæ, ex Augustino & Hieronymo colligere potuisti, quid Patres illi etiam de eadem senserint, quæ hæc

August. de ciuit.
Dei lib. 8, cap. 22.

5

Refutatio defensionis

quæ non fuerunt silentio prætereunda, cum verius quadrent ad hæc postrema tempora, & statum hodiernum, quàm illa preconia magnifica, quæ tum quidem vera fuisse non disputamus: Ita vt Patres non tam historiam præteriti temporis, quam prophetiam scripsisse videantur.

Doctrinam enim Apostolorum Petri & Pauli, interea turpissimè in omnibus propemodum capitibus Religionis Christianæ, cuius rei in sequentibus exempla a nobis recitabuntur plurima, corruptit, Sanctos DEI crudelissimè persequitur, & occidit, aded, vt si hodie Petrus, & Paulus Apostolorum Principes, quorum reliquias (si tamen veras habent, de quo non immerito multi dubitant plurimum) venerantur, reuiuiscerent & eadem (de quo dubitandum est minimè) quæ dum in viuis erant docuerant, quæque scripto post se reliquerunt, prædicarent, eos crudelitate plusquam Neroniana persequuturi, & occisuri essent, sicut & alios quoscunque Apostolicæ doctrinæ, & fidei doctores, ac confessores,

Hæccine Catholica, & Apostolica Ecclesia? Hæccine Christi sponsa? Et non potius, vt Patres, Augustinus & Hieronymus, post Iohannem Apostolum & Euangelistam vocant, Babylon, adeoque Sodoma? Quid mirum igitur, quòd status quæstionem illis moueamus?

6

Mirum videtur Iesuitæ, quod veram Ecclesiam inquirendam esse dicamus, cum in monte posita, satis sit conspicua. Verum quidem est, & in monte positam, & satis esse conspicuam: sed non illa, septem circumdata collibus. Quia non oculis carnalibus conspiciendam se nobis offert, verum fidei. Vnde in symbolo dicimus, credo Ecclesiam sanctam, &c.

Et quia plærunque falsa, & hypocritica, Cainica, maiorem habet speciem, præualet veræ multitudine, potentia, viribus, pompa adeoque specie sanctitatis externæ: signa verò Ecclesiæ Christi non ita vel in oculos hominum & sensus incurrunt, vel ratio humana deprehendi possunt: ideo eam diligenter inquirendam monemus, quæ nam sit, ne noueram, aut adultercam (vt habet nostra prop. 6.) pro vera, & iusta matre amplectamur.

Etsi autem nos quoque veram Christi quam habet in terris Ecclesiam, suo modo visibilem esse non negemus: quia tamen de signis eam monstrantibus, non æquè inter partes conuenit, hanc etiam ob causam circumspicione est opus,

Christus

Christus Ecclesiæ caput & sponsus hac nota eam descripsit, in-
quiens: Quæ sunt oves meæ, vocem meam audiunt. Item: Qui
ex Deo est, verbum Dei audit. Romana hodie Ecclesia verbum
Dei non audit, ergo nec ex Deo est, nec Ecclesia eius.

Probari id argumentis & exemplis plurimis facillimè potest:
sed vnicum tam, idque notissimum, atque adeò à Concilio ipso
Constantiensi pro confesso assumptum, sufficiat. Vox Christi
sponsi de calice est: Bibite ex hoc OMNES. Hanc ipsius vocem
isti non audiunt, sed inuertunt, euertunt, peruertunt κλεψιποτη-
γίται, dicentes NON OMNES. Arcentes maximam Ecclesiæ
partem ab vsu alterius partis coenæ Dominicæ, hanc, contra ma-
nifestam Christi institutionem, & verbum mutilantes. Et nihilo-
minus contra sensum communem tanquam phrenetici, & contra
prima principia naturalia, pugnantes, dicunt, dimidiam partem:
totum, adeoq; integerrimum esse Sacramentum. Quomodo igitur
oves Christi esse possunt, cuius non audiunt vocem? Et non potius
Lupi rapaces, gregi non parcentes, inque ouile eius sæuientes?

Ecclesiam, quia mater, nouercam, & quia sponsa, adulteram fieri ee
non posse, Iesuita asserit, cum Dominus eam sibi in veritate de- ee
sponsauerit, ex Osee cap. 2. probat.

Qui igitur factum est, vt adeò circumspexerit Iesuita, initium
eiusdem capitis non inspexerit, vbi Dominus populo dicit: Iu-
dicate matrem vestram, iudicate: quia ipsa non est vxor mea, &
ego non vir eius. Non ignoro hæc de Synagoga incredula, quæ
Christum agnoscere noluit, dicta esse. Verum hæc eadem in ge-
nere ad alias quasuis gentes pertinent omnibus temporibus, quæ
abiecta doctrina Euangelij de vnico Mediatore Christo, alia me-
dia, & modos acquirendi vitam æternam excogitant, & ample-
antur. Cuiusmodi innumera hodie habet Ecclesia Romana Pon-
tificia, quæ iuxta eundem Prophetam Oseam 4. cap. repulit sci-
entiam. Ideo inquit Dominus, repellam te, ne sacerdotio fungaris
mihi. Et oblita es legis Dei tui, ideo obliuiscar filiorum tuorum
& ego. Verbi gratia, docent, bona opera sunt meritoria trium, In Compend.
scilicet vitæ æternæ, augmenti gratiæ, & remissionis poenæ. Item Theologiæ veri-
per satisfactionem (intelligunt aut non Christi passionem, sed pro- tatis lib. 5. cap. 15.
priam operum) tria magna bona nobis proueniunt, scilicet impe- lbidem lib. 6.
tratio gratiæ, remissio poenæ, expurgatio reliquiarum culpæ. cap. 30.

Non enim existimandum est, illa ad solos Iudæos incredulos
pertinere:

Refutatio defensionis

pertinere : sed ad omnes quoscumque populos , Rom. 15. Et Ecclesia Noui Testamenti non est alligata ad vnum tantum locum , & populum , sicut in veteri Testamento. Sed quæ meæ sunt oues , vocem meam audiunt , alieni vocem non audiunt , sed auferunt ab eo. Et in omni gente , qui timet DEVM , & operatur iustitiam , acceptus est illi. Non enim minus illa Ecclesia , quàm hæc promissiones habuit de foedere , & pacto sempiterno.

Et sic quidem manet Ecclesia perpetuo Christo desponsata in veritate , etiam multis populis propter incredulitatem abiectis. Nec ideo perit Christi Ecclesia , abiecta Ecclesia Pontificia , sed manet in alijs electis : Credo Ecclesiam sanctam Catholicam , in Symbolo dicitur , non Romanam. Etiam si enim multas & magnas habere hæc videatur prærogatiuas , ordinariam Episcoporum successionem , primatum , &c. tamen hæc cum sint carnalia , non faciunt Ecclesiam veram Dei : sed si absit doctrinæ coelestis puritas (sicut ab ea deserunt penitus) tam propter hæc , non sunt vera Dei Ecclesia , quàm nec olim Pontifices , & Sacerdotes Hierosolymitani , tempore Ieremiæ Prophetae , contra quem fortiter clamabant : Templum Domini , Templum Domini , Templum Domini. Item : Non peribit lex à Sacerdote , nec à sapiente consilium , nec sermo à Propheta. sicut iam Pontificij fortiter clamant , Ecclesia , Ecclesia , Ecclesia : Pontifex Romanus : Conciliorum decreta : Patres , Patres &c. Sed quod Propheta Domini suis aduersarijs ex verbo Dei respondet : Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista , in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris : Ego sum , ego vidi , dicit Dominus. Ite ad locum meum in Silo , vbi habitauit nomen meum à principio , & videte , quæ fecerim ei , propter malitiam POPULI MEI , dicit Dominus , Item quod vocat , verba mendacij , in quibus confidebant , dicentes : Templum Domini hic , & sibi dictum quoque sciunt isti.

Iohan. 10.
Acto. 10.

Iohan. 1.

Ierem. 7.

8. 9. »
»

Concil. Constant.
Sess. 13.

Cum patrem dicamus præferendum matri , & sponsum Christum , sponsæ : quærit Iesuita , quis vnquam sic excors aut insulsus extiterit , vt hæc nesciret ? Atqui hoc ipsum Pontificij omnes , & singuli , summi & infimi , ac vniuersum ipsorum Constantiæ celebratum Conciliabulum , fecerunt , faciunt etiam nunc hodie , acerrimè defendunt , ac propugnant fortiter. Ita enim habent verba Decreti : Quod licet Christus post coenam instituerit , & suis discipulis administrauerit sub vtraque specie , panis & vini , venerabile hoc Sacramentum : Et quod licet in primitiua Ecclesia huiusmodi Sacramentum receptum sit à fidelibus sub vtraque specie : T A M E N HOC NON OBSTANTE , postea à conscientibus sub vtraque , &

que, & à LAICIS TANTVM MODO SVB SPECIE PANIS SVSCIPIATVR. Subiecta causa mutationis huius, quod CONSVETVDO AB ECCLESIA & sanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutissimè obseruata, pro lege sit habenda: additis diris & horrendis comminationibus contra violatores huius legis. An non, Iesuita, hic lex matris præfertur patri & filio, eiusq; institutioni? An non sponsa mutat vocem sponsi? Non ergo amplius sponsa est Romana Ecclesia: sed meretrix & adultera. Non mater, sed nouerca est. Habes igitur, qui sint excordes & insulsi isti, qui non ex ignorãtia, sed scientes, & volentes, sacrilegum in gens committunt in dilaceratione integri sacramenti. Non ergo inutilis aut curiosa sollicitudo & admonitio Tubingensis fuit, vt Iesuita in margine annotauit: sed valde necessaria & utilis. Cui si etiãnum hodie obtemperarent illi, multa, quæ à sua matre contra patrem acceperunt, abijcerent superstitiosa. Sic Deus Pater dixit: Inuoca me. Sponsi vox est: Venite ad me omnes. Nouerca ergo est non mater, quæ dicit: In omni tribulatione & angustia nostra, succurre nobis, piissima virgo Maria. Non sponsæ, sed meretricis est, quæ sibi tot diuos opitatores fabricatur, quot sunt sancti, & plures, qui nunquam in rerum quidem natura extiterè, fingit, cum quibus fornicatur quotidie.

Dixi in disputationis propositione secunda, finem principalem ad quem homo conditus sit, esse agnitionem veram Dei patris & filij, & non Ecclesiæ cognitionem. In decima propositione addidi: Minime tamen Ecclesia spõsa & mater, SVO ORDINE, BT LOCO negligenda, quod hæc de Deo testetur ex verbo &c. Hic Iesuita, vt videatur insignis antagonista, me proprio gladio iugulatũ eadere exclamat. Quia prior, quoad nos saltem, sit cognitio Ecclesiæ, cognitione Dei. Verum, ego non dixi, cuius cognitio prior sit, sed quis finis sit principalis, ad quẽ homo est conditus, similiter & quod nam medium sit principale, per quod ad Dei agnitionem perueniamus. Vt maximè ergo concedamus, hominem per Ecclesiæ ministerium peruenire ad Dei agnitionem: tamen hinc minime sequitur, finem hominis principalem esse cognitionem Ecclesiæ. Cum Ecclesia suo ministerio aliquod mediũ tantum sit (quod ipse antea operose probare voluit, quasi negemus) quo peruenim⁹ ad finem, ad quẽ sumus conditi. Et ex hoc sequi vltimũ finem, in quo acquiescimo, nempe vitam eternam, qua frutentes Deũ celebrem⁹.

Nihil ergo hic à nobis peccatum est. Nisi quod, sicut olim Pharisæi omnia Christi rectè dicta & facta, ita isti nostra quoque dicta omnia calumniari, deprauare, & peruertere habent propo-

Refutatio defensionis

tum. Sicut & alterum in decima nostra propositione, quòd Ecclesia Sacramenta administret, vbi subsumit: Romana Ecclesia semper administravit Sacramenta. Ergò est Catholica. Sed quis non videt manifestum paralogismum, dum ex puris particularibus argumentatur, & in secunda figura, in qua tantum fiunt negatiui, affirmatiuè concludit? Et ita in rebus grauissimis ludere non pudeat pueriliter, ne dicam sophisticè, Theologum & Iesuitam grauem?

Et quod ad materiam, sciendum est, non omnem coetum, qui Sacramenta habet, & administrat, ideo esse veram & Catholicam Ecclesiam. Potest enim, quod ipsi quoque fatentur, & falsa Ecclesia Sacramenta habere. Fatemur itaque in regno Pontificio fuisse vera Sacramenta, & verum Euangelium: sed iam corrupta omnia, deprauata, mutilata, ac prophanata. Et sic habuerunt ea, quemadmodum etiam nūc hodie Iudæi circumcisionem, Legem veram, diuinitus per Moysen latam, Prophetarum Scripta, atque eloquiorum Dei custodiam, quæ illis olim est tradita, vnde & Augustinus scribarios Christianorum vocat. Sed quemadmodum hi non sunt amplius propterea populus, eiusque Ecclesia: ita nec Pontificij, etiam si retinuerunt Sacramentorum administrationem, quæ ipsi conspurcarunt, & Bibliorum codicem asseruantes, in quo verbum Dei, fermento suo Pharisaico corruerunt.

Argumentum itaque Iesuitæ hoc est: Quicumque coetus habet verbum Dei, & Sacramenta diuinitus instituta, est vera Dei Ecclesia. Pontificia verò Romana, hæc habet. Ergò est vera Dei Ecclesia.

Respondemus ad Maiorem cum distinctione. Habere verbum Dei, bifariam accipitur. Primo pro Biblijs, vel scriptis Prophetarum & Apostolorum, quod ad codicem & textum, sine mente. Et sic Iudæi quoque habent, ac omnes hæretici, quæ non est nota veræ Ecclesiæ Christi, Secundo pro genuino & verò scripturæ sacræ sensu. Cum enim de verbo Deiloquimur, non de literis loquimur, sed de sententia illis literarū notis compræhensa. Et sic negamus Romanam & Pontificiam Ecclesiam habere verbū Dei. Quia nihil horum intelligunt, sed excæcati sunt, habentes velum ob oculos, sicut Iudæi: corruerunt illud multis modis, ne quidem textum relinquentes syncerum. Sicut insignem illam, & primam promissionem Messias, quæ fundamentum est Religionis Christianæ, ac Theologiæ nostræ subiectum, corruerunt, quod ad textum Biblicum: pro ipse (Christus) ipsa (Maria) substituerunt.

stituerunt. Quemadmodum & totum Psalterij textum de Deo patre, & Christo filio, ad eandem Mariam transtulerunt.

Habeant itaque vera Biblia, sed ea non intelligunt, est illis liber signatus. Sic Sacramenta quoque habent à Christo instituta, Baptismum & Cœnam Domini: quæ illi conspurcarunt, & depravarunt multis Pharisaicis opinionibus prauis. Vt quod cœnam Domini mutilauerunt, alteram partem auferentes, & detrucentes, Quam in toto genere diuersam actionem mutauerunt, nempe in Missam, quam sacrificium verè propitiatorium pro viuis & defunctis esse, sunt commenti.

Deinde est Homonymia in vocabulo Ecclesiæ, quòd ea non erret. Verum est, Ecclesiam veram in fundamento doctrinæ non errare, propterea negamus Pontificem cum sua colluue esse veram Dei Ecclesiam, quòd turpissimos tueantur errores, eosque multiplices. Ac sub his tyrannis, Ecclesiam multa esse passam, quæ Deus pijs condonauit, temporibus illis ignorantix dissimulans multa.

Quòd verò Lutherus de quibusdam libris scripsit, Epistola ad Hebræos, Iacobi, & Apocalypsi, non esse Canonicos: fecit id non suo quodam iudicio, sed in hoc sequutus veteres scriptores, qui censuras Ecclesiarum recitant de illis, quæ de eorum Authoribus dubitauerunt. Non reijcit illos, sed commendat: verùm Canonicos esse negat, & inter Apocrypha numerat. Sicut & veteres, multos libros inter Apocryphos, censent, quos conciliabulum Tridentinum Canonicos fecit, vt hinc erroribus suis patrocinium quæreret, & auctoritatem conciliaret.

Et vnde, Iesuita, longè posteriores, qui post aliquot seculas equiti sunt, certiora cognouerunt argumenta, quibus probarent hæc illorum esse, quæ priores illi scire non potuerunt? An quia Tridentinum conciliabulum decreuit libros Machabæorum, & alios, Canonicos esse: idco parem habebunt auctoritatem cum indubitatis? Ita quidem Pontificij sentiunt, sed nulla ratione firmalicit illis ex libris non Canonicis, Canonicos facere. Neque enim, quod Iesuita in fine hic addit, verum est, Ecclesiam Catholicam pro Canonicis agnouisse, quos Tridentini patres in Canonem receperunt. Nam & Hieronymus in prologo Galeato, & Ruffinus, & Concilium Laodicenum inter Canonicos numerandos negant, Iudith, Tobiam, Ecclesiasticum, Sapientiam salomonis, & libros Machabæorum. Hos autem libros omnes, partes Tridentini, integros recipiendos esse (suo studentes compendio) decreuerunt, diris anathematismis eos qui non recipiunt, deuouentes.

Refutatio defensionis

Et hoc est, quod Iesuita dicit, Lutherum ipsum affirmare, sub & in Papatu veram esse Scripturam sacram, verum Baptismum, Coenam Domini, Claves, Catechismum, &c. sicut & apud hæreticos omnes. Item veram etiam Christi Ecclesiam. Sed addit ibidem, quod bonus vir Iesuita omisit, Pontificem Romanum esse verum, & ipsissimum Antichristum, qui non in stabulo Sathanæ, sed in templo Dei, hoc est, Ecclesia Christi sedeat, sicut Apostolus testatur 2. Thess. 2.

Distingue igitur inter veram Ecclesiam, quæ ut omnium est temporum, ita locorum quoque: & inter Papatum. Illa, Christi est sponsa, & corpus; hic verò horrendæ iræ Dei opus (ut ibidem habet Lutherus) & à Diabolo fundatus, quod Idem Lutherus libro peculiarari, hoc titulo inscripto asseruit, nempe: Papatum à Diabolo fundatum, & Scripturæ sacræ testimonijs evidentissimè probauit.

Habes Iesuita quid de Papatu senserit Lutherus, Hæc enim, quæ dicit, Scripturam, & Sacramenta, &c. non Papæ sunt, nec fuere vnquam, sed Dei. Illa verò, quæ Pontifices Romani de suo addidere, ipsissima Diaboli inuenta, & ira Dei sunt.

Dom Papstumb
in Rom vom
Teuffel gestift.

II » Iesuita calumniatur, Quòd, cum dicimus Ecclesiam tunc non er-
 » » rare, quando se verbo Dei regi patiat, illudque sequatur: Nos hoc
 » » modo omnibus eam priuare priuilegijs, & similem eam facere Syn-
 » » agogæ Iudæorum, & infidelitati Turcicæ, & hæreticorum con-
 » » uenticulis, ac regno Sathanæ. Nam & hæc tunc non errare. Non
 » » ideo suis priuilegijs omnibus Ecclesiã Christi priuamus, quòd non
 » » absolutam aut infinitam; sed certis legibus & limitibus circumscri-
 » » ptam ei potestatem tribuimus, illam scilicet, quam S. scriptura ei
 » » concedit. Nempe quòd non sit dominæ & magistra fidei, sed sponsa
 » » Christi, quæ ei obediatur, eius vocem audiat, & discat ab illo veri-
 » » tatem: quam postea suo ministerio spargat, propaget, atque con-
 » » seruet, non magisterium Scripturæ sibi sumat, ut id sonare cogatur
 » » quod ipsa vult.

Iohan. 10.
Ephes. 5.

Nic. Cus. Cardi-
nal. Epistola 2. ad
Bohem.

Osius Card. in Pe-
trociensi Cons-
fessione. Petrus à
foto Catholica ad-
fessione. Concil.
Trid. Sess. 5. cap. 2.

Sicut Pontifices gloriantur sed falsissimè, habere se omnia iura in scrinio sui pectoris, etiam si indocti sint, & immemores sui nominis. Item sacram Scripturam ad tempus adaptari, & variè intelligi, ita ut vno tempore secundum currentem vniuersalem ritum exponatur; mutato verò ritu, iterum mutari sententiam.

Hæc volebat Iesuita priuilegia. Ita ut maior sit Ecclesiæ apud illos auctoritas, quàm sacræ Scripturæ; & possit tradere fidei dogmata extra Scripturam, & habeat ius interpretandi dubia, potestatem mutandi Sacramenta, Hac sanè potestate armata Pontificia Ecclesia

Ecclesia, nihil reliquit integrum, quantum quidem in ipsa fuit, nec verbi Dei genuinum sensum, nec sacramenta à Christo instituta: sed optima illa deprauauit, & corruptit, mutilauit, conculcauit.

Sed si ita in angustum redigantur Ecclesiæ copiæ, quæ præter alios populos habebit priuilegia & Ecclesiæ certè edocta suo sponso, Magisterium sibi non sumit, sed vocem sui sponsi audit, vnicum suum magistrum agnoscit Christum, & donum habet interpretationis Scripturæ ex collatione locorum eiusdem, vt sit consona Prophetiæ, hoc est, Scripturæ interpretatio, Fidei. Huic sermoni ergo Prophetico adhaerens Ecclesia, benefacit, & non errat, sed manet sponsa Christi obediens, & quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illis & misericordia. Quam si sequerentur nobiscum Iudæi, Turcæ, & Hæretici, adeoq; Pontificij ipsi, Iudæi, Turcæ, Hæretici, & Antichristiani amplius non essent, nec manerent, sed eundem nobiscum sponsum Christum agnoscentes, Christiani, eiusq; Ecclesia fierent, salutem denique consequerentur æternam.

Matth. 23.
Rom. 12.
2. Petri 3.

Gal. 6.

Hic non sordidus est error, nec læditur, aut foedatur Ecclesia Dei vera, vt Iesuita rhetoricatur. Sed intolerabilis est Romano Antichristo, eiusque Synagogæ, arque satellitibus, Iesuitis, quibus non est pars nec societas in sermone Euangelij de Christo, sicut Petrus Simoni Mago respondit. Omnes enim suos Pontificij errores, quos vel confinxerunt ipsi, vel aliunde mutuati sunt, à Iudæis, & Ethnicis, Ecclesiæ affingunt, eiusque prætextu venditant, sed iniuriam faciunt honestissimæ matronæ, sponsæ Christi Ecclesiæ veræ, quæ nihil horum agnoscit: sed vim passa, ingemuit super istis sordibus, abominationibus, spurciæ & Decretis Pontificum Romanorū, nec licentiam istam, quæ illi Priuilegia & Prærogatiuas vocant, agnoscit: sed Magisterium, vnico suo Magistro saluum relinquit, Ipsa interim simul & discipula, & auditrix ad pedes illius sedens, & doctrix etiam eiusdem verbi, quod ab illo didicit.

Act. 8.

Iesuita dicit: Ecclesia dicitur columna veritatis, ergo non potest errare. R. Ideo dicitur columna veritatis, quod Dominus verbum suum apud illam deposuerit, illudque retineat, custodiat, & conseruet suo ministerio: ac in ipsa scela, quæ agnoscit Scripturæ Prophetica & Apostolica, eaque intelligit, vera, firma, & certa de Deo, & de æterna nostra salute inueniatur veritas, quam tamen non ipsa gignit. Nititur & ipsa alio fundamento, Christo, præter quod nemo aliud potest ponere. Positum autem est hoc Prophetarum & Apostolorum doctrina de ipso, Hanc veritatem retinet Ecclesia

Refutatio defensionis

Ecclesia Dei vera. Sed hæc nihil ad Pontificios: qui vt olim Aharonis successores, Pontifices, Scribæ, & Pharisei ædificantes, lapidem hunc angularem reprobauerunt, ac omnino in Concilio tanquam blasphemum, seducentem populum, ac seditiosum damnauerunt: Ita colluies Pontificia etiamnum hodie eundem abiecit, meritum eius imminuit, obscurauit, conculcauit, ideoque Ecclesia eius non est. In hoc autem perpetuo errat Iesuita, falsus natus somnijs Iudaicis de externa larua, & specie, ac pompa politie Ecclesiasticæ, quæ constat Pontifice Maximo, qui caput sit Ecclesiæ, Cardinalibus Consiliarijs supremis, Episcopis, &c. quod imaginatur, omnia illa, quæ in Scriptura sacra de Ecclesia dicta sunt, ad illos pertinere, cum nihilo magis ipsis comperant, quam Synagogæ Iudæorum, tempore aduentus Christi in carnem. Pertinent autem ad solam veram Christi Ecclesiam, à qua ipsi sunt alienissimi.

Verum autem est, Hæreseis super Ecclesiam veram non prauas lituras. Habet enim & Scripturam, & eius sensum: verum alio tempore magis, alio minus clarum. Sicut idem Christus, qui multa magnificè promisit Ecclesiæ suæ, & Apostolus eius, etiam de horrendis tenebris prædixerunt, præsertim nouissimis temporibus, quibus Antichristus sit regnurus in illa, clarus miraculis: quæ contra nos, quod nulla ædimus miracula, vel Papistarum testimonio, detorqueri non possunt.

Quod vero Iesuita, perperam & falso nos probare dicit, Pontificiam Ecclesiam errasse in Sacramentorum dispensatione: mirror eum tam perfrixtæ frontis esse posse, quod hæc tam aperta, ac toti orbi manifesta negare audeat? Quis enim non plurima eam Baptismo addidisse nouit? Cui obscurum aut ignotum est, Basilimum, quo Christus omnes gentes initiari, ac regenerari uoluit, Campanis, contra eius institutionem istam, applicasse? Quis non lachrymis deplorat ueris, mutilationem sacrilegam, ac uiolationem Testamenti Christi? Quis non uidet horrendam & abominandam prophanationem cœnæ Dominicæ in Missa? qua illam peruertit in sacrificium uerè propitiatorium pro peccatis uiuorum, & mortuorum, cuius oblationis merito ex fictitio Purgatorio miseræ liberentur animæ? Hæc ne ueritas illa est? Hæc cœne Ecclesia Christi sponsa? O insensata Iesuitarum capita, quæ furiosa, & spiritu vertiginis repleta, hos tam palpabiles, & plusquam hæreticos errores defendere, & Ecclesiæ Christi adscribere audent, Hæc ipsissima est Diaboli Synagoga, quæ hanc sibi arrogat potestatem

gat potestatem. Hæc illa habet priuilegia de quibus supra preced. 1 1

Interim casta illa & inuiolata virgo, nullum agnoscens erro-
rem, multa de veritate disputat, sed sicut meretrix de castitate.
Hæc illa sunt priuilegia, quæ Ecclesiæ vendicare volebant, vt li-
ceret facere illis, quod liber, & dicere, quod volumus, sanctum est.

Non enim ignota sunt nobis, quæ ipsi suæ, hoc est, Pontificiæ
Ecclesiæ arrogant, eiusque capiti Romano Pontifici. Quod pos-
sit Papa contra Epistolas Pauli statuere. Carolus Ruinus. Quia
maior Paulo, nec disputandum, quin Papa omnia possit. Maria-
nus Soccinus.

Porro quod diximus, Ecclesiam non semper sequi lucem verbi
Dei, ideoque cætenus interdum errare, & in tenebris ambulare: cc

absurdum hoc videtur Iesuitæ, cum negetur Ecclesiam Christi er-
rare. Non aliud diximus, quam quod os veritatis Christus,
cum inquit: Putas veniens Filius hominis iuueniet fidem in ter-
ris? Et quod dicitur, Ecclesia non errat, locum id habet de vera
Christi Ecclesia, quod non erret vniuersaliter in fundamento,
quod est Christus. Super hoc autem alius ædificat aurum, argentum,
lapides preciosos: alius autem scœnum, ligna, stipulas. Et sicut 1. Cor. 3.

Augustinus scribit: sed cum tota orat Ecclesia, quamdiu hic est: August. lib. 1.

dimitte nobis debita nostra: non utique est sine macula, & ruga,
aut aliquo eiusmodi: Ita etiam non semper caret erroribus igno-
rantia. Vnde idem iterum dixit: ipsaque plenaria Concilia sæpè
priora, posterioribus emendari, cum aliquo experimento rerum
aperitur, quod clausum erat, & cognoscitur, quod latebat, sine villo
typho sacrilegæ superbiæ.

Pergit Iesuita: inquit: Sed vt perniciosus ille error (quod
erret Ecclesia) radicitus euellatur, iam nunc aggrediar demonstrare,
quemadmodum Ecclesia Christi vera, lucernam verbi diuini se-
cuta fuerit semper, & vsque sequatur. Audiamus itaque Eucli-
dæa demonstratione certiorum Iesuitæ, vel potius Herculem for-
tissimum, monstra Hæreticorum sua claua profligantem, & arbo-
res radicitus euellentem videamus.

Iesuita: Psalmographus aliquoties testatus est, se lucernam hanc cc

non aliquando, sed perpetuo sequi: Quod si David, quod vnicum cc

est membrum Ecclesiæ, de se hæc dicit, ergo multò magis tota Ec-
clesia. Respondeo. Dixi, alio tempore magis florere, & fulgere lu-
cem doctrinæ cœlestis, alio minus. Quod verum esse Scriptura
sacra testatur. Tempore enim Heli summi sacerdotis, sermo Dei
erat preciosus, seu rarus. Et sub rege Saul, inquitur, arcam Domini 1. Sam 3.

erat preciosus, seu rarus. Et sub rege Saul, inquitur, arcam Domini non

Refutatio defensionis

non requisuimus. Similiter & sub Ahas obscurata fuit doctrina
coelestis multiplici Idolomania. Temporibus autem Davidis, Hilkiaë,
& Iosaphat claruit maximè. Similiter & post Christi in cœ-
los ascensum multò clarius, & illustrius sonuit vox verbi Dei,
quàm temporibus Pontificum sequentium: maximè antequam
iterum est hoc nostro seculo reparata, & instaurata. Quam facem
diuinitus accensam, suis traditionibus, & doctrinis humanis, ite-
rum obscurare, & tenebras inducere ac retinere Pontificij conan-
tur.

2. Timoth. 2.

Dixi & hoc, Ecclesiam Dei veram in fundamento non errare
vniuersaliter. Hinc verò non sequitur, eam nusquam, aut in nullo
errare vnquam. Præterea Ecclesia non semper maiori constat nu-
mero aut multitudine. Dicitur enim de illa: Nouit Dominus qui
sunt eius. Et Symbolum Apostolicum ait: Credo Ecclesiam sanctam.
Vnde & Chrysostomus: Numero aestimare Decretum Ari-
anorum est. Et Noah vnus se totius mundi iudicijs opposuit.
Sæpe enim maior pars vincit meliorem. Et Christus, qui suam
Ecclesiæ promisit præsentiam, etiam de paucitate credentium cir-
ca mundi finem prædixit.

Meo quoque exemplo Iesuita absurditatis hinc me vult conuin-
cere. Quia si dicam me in Ecclesia esse, errare me quoque oportet
at, & sic mihi pereundum. Quæ hæc absurda Iesuitæ illatio? Non
enim dico, Ecclesiam semper errare: verum, non semper, & in-
terdum, habet Propositio mea 11. Nec in omnibus errare dixi.
Retinet enim fundamentum: nec in errore permanere dixi, nec om-
nia & singula eius membra. Saluabor ergo, Deo propicio, salua-
bitur & Ecclesia electorum, etiam si stipulæ quædam accedant,
quæ pereunt, non tamen Platonico, & Poëtico, ac illo fictitio Pa-
pistico Purgatorio igne, quem hinc falso extruere, & fouere con-
nantur. Ludit itaque sophista, fallacia à dicto secundum quid, ad
dictum simpliciter, cum multa conatur inferre absurda, quæ ex
nostra propositione secundum Iebusæi paralogismos sequantur.
Quod videlicet nec purum Dei verbum, nec legitimum Sacra-
mentorum vsum habere possit, corruereque omnia veteris Testa-
menti pacta, & noui Testamenti promissiones Euangelicas (quid
ni cœlum ipsum?) Et omnem periisse fidem, Ecclesiam Dei peni-
tus errasse, vel extinctam fuisse, quod nos sentiamus. Quorum
nihil diximus, nec ex nostra Propositione, vt iam declaratum, &
probatum est, sequitur. Verissimæ enim sunt promissiones Dei,
quod Ecclesia semper maneat, & in ea veritas verbi Dei, Sacramen-
ta quoque

ea quoque, nec vnquam erret vniuersaliter. Sed hæc aliò tempore magis, aliò minus clarent. Sicut simul dicitur in Euangelio, larissime grassaturus errores horrendos in ea, ita vt in errorem inducerentur etiam electi, si possibile esset, & nisi dies abbreviarentur, adeoque Antichristum in templo Dei sessurum.

Quòd verò ad Pontificios attinet, vt non sunt Dei vera, sed Antichristiana Ecclesia: ita omnia apud illos sunt corruptissimæ. Quod in huius Propositionis defensione, de Sacramentorum dispensatione, est demonstratum (quid ni enim & nobis in re bona, & certa liceat illo vtì verbo?) Et forte in sequentibus occasio nobis offerretur explicandi copiosius. Quis enim errores huius Ecclesiæ, quos in omnibus propemodum partibus doctrinæ Christianæ fouet, facile propter multitudinem vel recensere posset?

Negat Iesuita, Adam, & Euam in Paradiso circa fidem errasse, ¹³ ^{1.} Timoth. 2. eamue amisisse. Idque probare conatur, quòd Apostolus dicat: Adam non est seductus, sed mulier: Fidem enim, etiam dum charitas & obedientia erga Deum perditur, non amitti. Et hinc concludit, perperam nos inferre, qui dixerimus, Ecclesiam Dei tunc in Paradiso circa fidem errasse. Respondeo. Iesuitam valde frigide de primorum parentum lapsu horribili, disputare. Sed ita solent peccatum extenuare, vt remedijs varijs, quæ ipsi excogitarunt ad sananda illa lethalia vulnera, & expianda, sit locus. Sed quod res est, dicamus.

Verba Apostoli non simpliciter, verum secundum quid, sunt accipienda, quòd non immediatè, sicut Eua à serpente, sit seductus Adam, sed per mulierem, sicut in sua excusatione, vtitur criminis translatione: Mulier, quam mihi dedisti sociam, illa mihi dedit, & comedi.

Ad peccatum autè parum refert, vnde sit deceptus, modo de peccato constet, de quo plenius Apostolus idem: Vnius delicto, & inobedientia peccatores constituti sunt multi: Per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, in quo omnes peccauerunt. Rom. 5.

Peccatum autem illorum non pueriliter cogitandum est, fuisse, quòd dentes tantum in pomū, verbo Dei prohibitum, fixerunt, & sic externa inobedientia. Huic enim peccato multa alia, & magna insunt peccata, dubitatio de verbi Dei veritate, auersio à Deo, & verbo ipsius, coniuncta cum ipsius contemptu, defectio à Deo ad Diabolum, à veritate ad mendacium, Idololatria. Affectarunt enim diuinitatem, similes volunt fieri Deo, superbia, & ambitio, concupiscentia praua, ex quibus sequitur externa inobedientia.

Refutatio defensionis

Horribilior ergò lapsus fuit, quàm vel nos cogitationibus, ne dum verbis possimus consequi. Cum his peccatis, FIDES, quæ est fiducia (quod nec credunt, nec intelligunt, nec sciunt, aut experiuntur Pontificij, sed damnant) in Deum, quòd simus apud eum in gratia, consistere nullo modo potest, sed amittitur, sicut hanc protoplastæ non retinuerunt. Ideo fugiunt DEVM, cuius gratia exciderant, eumque propter fœdum suum lapsum, ludicem iratum agnoscunt.

Hinc apparet, num Ecclesia & sponsa Dei permanserint tunc primi parentes, an verò in fide errauerint, nec ne. Nam fides est, credere omni verbo Dei.

Quòd verò Iesuita ait: absurdissimam esse hanc concludendi rationem apud Theologos, & omnes sapientes, qua dicimus, Fidem amitti, quando charitas, vel obedientia perditur. Respondeo Sit sanè verum apud Matæologos, & huius mundi sapientes, qui quid sit FIDES ignorant, & tantum de Fide Dæmonum accipiunt, quos etiam Iacobus credere dicit, sed contemniscere addit: ubi tantum de historię notitia intelligit, quam & nos peccatis amitti, & solam, ad salutem efficacem esse negamus. Sed hoc modo ludit Iesuita æquiuocatione vocabuli, FIDES, Scortatores enim, adulteri, & alij peccatis mortalibus contra conscientiam indulgentes, nequaquam statuere possunt, in illis perseverantes, se in gratia esse apud Deum: sed certo scire debent, se partem non habere in regno Dei. Quæ hæc fides est, quæ insensati Iesuitæ & reliqua cohors Pontificia?

Firmum ergò manet, quod in Propositione 13 Disputationis posuimus: Adam, & Euam, qui in Paradiso vera Dei Ecclesia fuerunt, neglecto verbo Dei turpissime in horrendam mortis caliginem incidisse, & circa fidem errasse, quod negat Iesuita. Quam autem absurdum id sit, res ipsa loquitur. Acquiescentes enim Sathanæ mendacijs: Nequaquam moriemini, dicentis, verbis & minis Dei, quacunque die comederis ex eo, morte morieris, fidem non habuerunt: sed magis Sathanæ crediderunt: eritis sicut dij, &c.

14

” Iesuita ex 14 Propositione mea, qua dico Aharonem summum Pontificem cum populo Israëlítico in deserto in Idolatriam incidisse, &c, multos colligere conatur errores insignes. Primus: quòd vocauerim Aharonem summum Pontificem. Hunc me ex Calvini lectione hausisse asserit. Atqui non legi illic: quòd si maxime & ille & ego sic loquamur, num piaculum hoc tam grande est

An non

An non Scriptura ipsa hac saepe vtitur Prolepsis?

Ersi autem tum adhuc non vnctus: tamen Dominus ipse eum adhuc in Aegypto existentem, Prophetam vocavit. Sed scio quid Iesuita velit: Eum si vnctus fuisset, & designatus summus Pontifex, (tantum valet axungia apud istos homines, & Pontificatus) errare non potuisse, nec in Idololatriam incidisse. Ita enim suos Pontifices ἀναμαρτίτους faciunt, & statim omnem scientiam, quam ante nunquam didicerant, per vnctionem illam consequi imaginantur, vt vno momento hæc illis quasi per infundibulum à Spiritu sancto infundantur. Quasi vero non & Marcus Iulius Romanus Pontifex Idolis thurificauerint, vt Damascus loquitur? Ersi autem tum nondum fuerit inunctus Aharon, tamen à Mose, in montem ad Deum in colloquium descendente, summus est constitutus populi Dei gubernator, Mosiscq; vicarius.

Exod.

Damascus lib. Pontificali in vita Marcellini. & tom. 1. Concil. in Marcel. Papæ condemnat.

Secundus: Non esse verum, quod fidem amiserit. De hoc præcedente Propositione est dictum, vbi etiam dicit Iesuita: Aharonem permisisse Idololatriam. Verum non tantum permisisse, sed adiunxit, promouit, non solum describendo vituli Idolam, sed etiam aurum in ignem projiciendo & fundendo vitulum, vnde recte à Mose, tanquam author vnctus, grauissimè reprehenditur. Diligentius itaq; textum Bibliorum inspicere dignetur Reuerendus pater, & inueniet accusationem grauissimam Aharonis, exposulante Mose, & dicente: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum?

Exod. 24.

Exod 32.

Nec ego dico totam errasse Ecclesiam vel in deserto, vel in terra Canaan sub Iudicibus, & Regibus, quod assuit Iesuita: sed illum populum, qui erat Ecclesia Dei, errasse. In illo populo Idolatria publicè profabatur, & exercebatur. Et sic Spiritus sanctus ipse per Mosen loquitur: Dilectus, inquit, meus recalcitrauit, dereliquit Deum factorem suum, recessit à Deo salutari suo. Pro-uocauerunt eum in dijs alienis, immulauerunt demonijs, & non Deo. Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Dei creatoris tui. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est, quia pro-uocauerunt eum filij sui, & filia. Generatio praua est, & infidels filij, &c. Nulli ergo errores in illa nostra sunt Propositiones: sed Iesuita temerarius est reprehensor, nec quæ intendit, probare potest: ideo calumniator, calumniatoris pœnam sustineat.

Deut. 32.

Ad 15. ne mutus sis Iesuita, cum dixissem, Apostolos ante Christi in cœlos ascensum, de Christi regno scuisse errores, scandali-zatos

Refutatio defensionis

dalizatos omnes in ipso : Aliud esse, quædam ignorare de eius regno, quæ citra salutis periculum nesciri possint, aliud, manifestos errores in fide pertinaciter defendere. R. Neminem esse, qui hoc ignoret discrimen : nec hoc à nobis agitur, ut Apostolos post acceptum Spiritum sanctum errorum reos agamus. Absit à nobis. Sicut manifestè hac propositione verba facimus de illo tempore, quo cum Christo in terris sunt conuersati : sed hoc queritur, Num illi errores Apostolorum, non fuerint coniuncti cum periculo salutis æternæ ? Manifestum autem est ex historia Euangelij, colloquijs Apostolorum cum Christo, petitionibus eorundem, & contentionibus inter illos ortis : quod opinione Iudaica de regno Christi mundano fuerint fascinati, & auditam Christi concionem de ipsius passione Lucae, 18. non intellexerint : sicut eadem ante quoque Petrus audita Matth. 16. eum assumens seorsim increpauerit, &c. An verò passionem CHRISTI, quæ vnica est nostra redemptio, citra salutis periculum ignorare possumus ? Qui error non est leuis, sed perniciosus, & si in illo perseveretur, damnabilis.

16

Accusat me Iesuita, quòd iniuriam Concilio Nicæno intulerim, dum scripsi, errasse omnes Episcopos in eo, de genuina Scripturæ sententiâ, lege sancita, quâ consuetudine sacerdotibus cum proprijs vxoribus interdicebatur, vno excepto Paphnutio. Et me verbis Confessionis Augustinæ quoq; vehementer ait contradicere : Quia illuc non habeatur, omnes, sed quosdam canatos fuisse legem ferre : quæ tamen Lex ab vniuersa Synodo sit repudiata.

Respondeo. Verba historię Tripartitæ docent, Canonem à Concilio Nicæni Patribus esse factum vnanimi eorum consilio & sententiâ. Sic enim habent : Inter CANONES CONCILII NICÆNI quidam videbatur introducere legem, ne Episcopi, Presbyteri & Diaconi cum coniugibus suis, quas ante consecrationem suam duxerant, dormirent. Paphnutius verò Confessor, licet nuptiarum expers esset, tamen contradixit : Honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, concubitum cum propria coniuge : SVASITQVE CONCILIO, ne talem poneret legem, grauem esse asserens causam, quæ aut ipsis aut eorum iugalibus occasio fornicationis existeret. SYNODVSQVE laudauit sententiâ eius, & nihil ex hac parte fanciuit, sed hoc in vnius cuiusque voluntate, non in necessitate dimisit.

Ex quibus verbis manifestum euadit omnibus, Canonem & Legem iam antea hac de re à Concilio factam, postea verò audita Paphnutij sententiâ retractatam,

Sicut

Sicut saepe fit in Senatu, vt omnes in vnam concedant sententiam Senatores: donec qui postremo dicit, diuersam afferat sententiam, adeo firmis suffultam rationibus, vt his auditis, reliqui priores omnes, moti argumentis eius, mutent, quam antea tulerant, in eiusque pedibus eant sententiam. Accidit & hoc, quod interdum re melius perpenſa, & examinata, prior, etiam in grauissimis causis & deliberationibus, mutetur sententia.

Quod igitur Augustana dicit Confessio, quosdam: & ego, omnes, excepto Paphnutio, Episcopos, hanc tulisse legem, non esse hanc contradictionem, omnes periti artis nouerunt. Quare Iesuita cum sua intempestiua philosophia, supersedere hoc scribendi labore potuisset.

Excusare autem, ne dicam defendere, hunc nihilominus cano- nem Iesuita, quod sic illi decere patres iudicarent, quo expeditius quæ Domini agerent, Ieq̃ue etiam Apostolorum exemplo, & multorum Martyrum probare conatur: sed quanto rectius Paphnutius, & decentius iudicauit, hanc legem abrogandam, grauem esse asserens causam (vt ibidem habetur) quæ aut ipsis, aut eorum iugalibus occasio fornicationis existeret: An ne occasionem prebe- re fornicationi decet? an expedit? Vtique, apud Pontificios, vbi non solum lupanaria publica habentur: sed etiam fornicari, & adulterari, constuprare licet sanctulis sacrificulis, quas libet. Et quod ad Apostolos. Equidem Paulus disertè docet, Apostolos vxores etiam secum circumduxisse: Num inquit, non habemus potestatem sororem, vxorem circumducendi, vt & reliqui Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?

1. Cor. 9.

Quod verò Apostolus dicit, cælibes curare ea quæ Dei sunt: Loquitur Apostolus de ijs, qui donum hoc habent. Sicut ibidem se explicat, dicens: sed alius aliud habet donum. Vnde & Christus in eodem argumenti genere versans, addit: Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Nec nos reprehendimus, si quis donum virginitatis habeat, vt eo vtatur, sed verè virgo sit, animo & corpore. De reliquis dicit Apostolus, Melius est nubere quam vri.

Math. 19.

1. Cor. 7.

Quam autem rarum sit hoc donum in ijs, qui vouent cæliba- tum, quam fœdas & vagas libidines, quibus multa hominum mil- lia perierunt, coactus hic, & in verbo Dei damnatus Sacerdotum cælibatus inuexerit, dies Domini reuelabit, & quæ iam à multis sunt occultè, declarabit: res loquitur ipsa, & multi boni sems de- plorant lachrymis. Pœna hæc est contemptus verbi Dei, & ordi- nationis diuinæ in natura sancitæ,

Apostolus

Refutatio defensionis

1. Timoth. 3. Apostolus vult Episcopos & Diaconos honestos esse maritos. Vos vri flammis libidinum illicitis, vultis, ideoque cum spreto consilio Dei polluat^{is} vestra & aliorum corpora, Pontificij, æternis flammis comburemini. Scitis enim, fornicarios, scortatores non habere partem in regno Dei. Vestras appello conscientias, Pontificij sacrificuli, si quas habetis.

1. Cor. 6.

Denique quod ad Apostolici Concilij decretum, de abstinentia à sanguine & suffocato attinet, quod pugnare videatur (vt Iesuita nobis illudit) cum libertate Christiana, quod eam sæpius contra istorum tyrannidem, & quidem non immerito vrgeamus, Respondeo : Non fuit id perpetuum, sed temporaneum, ideoque hac de causa factum, ne infirmi Indæi in lege enutriti, & iam ad Christum per fidem conuersi, esu sanguinis offenderentur. Ex charitate igitur parcendum illis erat, sicut & Apostolus de se dicit : Si esca offendit fratrem, non manducabo carnem in æternum. Pluris enim facienda est charitas & salus proximi, quam libertatis vsus, vt ibidem habetur. Ideo recte Apostolos fecisse statuimus.

1. Cor. 8.

Quid tibi præterea vis Iesuita?

Sed cum vos alibi multa de traditionibus Apostolicis nugari soleatis, & fingere nescio quas *ἄ γὰρ φησὶ* Apostolorum traditiones: cur hanc quam certo constat Apostolorum esse, non obseruandam vestris iniungitis? Quod igitur dicit Iesuita: Mirum esse, cur Apostolicum hoc Concilium non etiam erroris arguerim? Respondeo: Absit hoc à nostris cogitationibus, impiæ hypocrita, qui nos tanti sceleris insimulare audes: Quod tamen à vestro cœtu alienum non est, qui damnatis, & flammis vindicandam iudicatis ordinationem Apostolicam, qua vult Episcopos, & Diaconos esse honestos maritos. Et non erubescunt vestri publicè docere, quod etiam præxis Ecclesiæ vestræ Antichristianæ docet: minus peccare sacerdotem fornicantem, quam vxorem legitimam habentem,

17

Prætereunda hic videretur tenuis cauillatiuncula Iesuitæ, qua cauillatur id quod posuimus, dum dicitur, Ecclesiam sanctam habere genuinam & veram Scripturæ sacræ sententiam, non inuentam esse Prælatorum multitudinem. Improprè tribuj dicit à nobis multitudinem Prælati, cum hæc conueniat subditis ipsorum, Christianorum verò paucitas Prælati, Dominis scilicet: arrepto vocabulo, Prælatorum multitudinis, ad quam negamus referenda esse privilegia, quæ habet sola vera Ecclesia. In quibus & genuina est Scripturæ sacræ sententia, vocabulum enim, multitudinis Prælatorum,

torum, non opponitur (vt falsarius Hypocrita, contra mentem
& verba mea detorquet) Laicis, quorum respectu, quia hi multi
sunt, illi pauci dicuntur. Sed simpliciter accipitur, neque enim
Laicos ad iudicandum illi admittunt, vt ex Propositione decima
septima manifestum est. Video autem eum referre ingenium Pa-
tris sui, qui totus est ex mendacijs compositus, vnde etiam pater
mendaciorum dicitur. Ideo hæc respondenda fuere stulto, ne sibi
sapere videatur sophista. Quod verò quærendo, nobis Iesuita cu-
pit illudere, vbi illi pauci rectè sentientes possint inueniri? Num
hic Tubingæ? At id negaturos VVittenbergenses, &c. nostra
nobis obijciens dissidia. Etsi autem inter nostros quædam fue-
rint dissensiones: tamen non hinc sequitur, nos ideo Ecclesiam
Christi veram non esse. Nunquam enim tam bene actum fuit de
Ecclesia, vt non sectæ, Hæreses, & zizania quædam ex illa, & in
illa fuerint exorta, attestante Apostolo, & dicente: Nam oportet
& hæreses esse, &c. Et Dei beneficio inter nos, qui Augustinam
& amplectimur Confessionem, de capitibus & fundamento religio-
nis Christianæ conuenit. Et in hoc omnes consentimus, vos Ie-
suitas postremum Sathanæ conatum & foetum esse, ab ipso cacode-
mone ad Papatus labascentis, & iam iamque reuertis defensionem
æditum: vos esse sacrilegos *πορνηρον λέπτας*: Romanum Pon-
tificem esse ipsissimum & verum Antichristum, vno animo & ore
omnes consentimus. An non tibi Iesuita pulchrè consentire vi-
demur? Hæc ergò interea de nostro consensu scitote, donec breui,
Deo propitio, pulcherrimum nostrum consensum in alijs omni-
bus videaris, oculis vestris, dentibus frematis, & tabescatis.

Nec absque capite conuenimus. Etsi enim Romanum Pontifi-
ficem non nisi pro Antichristo agnoscamus: tamen capite nequa. *Eph. 1.*
quam caremus, sed habemus Iesum Christum, quem Deus pater
coelestis caput dedit super omnem Ecclesiam, quæ in cœlis & in
terrâ, hinc inde varijs locis est dispersa, & in fidei vnitatem con-
gregata, sub illo vero, viuo, vno, præstantissimo capite, qui opti-
mè nouit corpus suum, & pastor oues suas.

Ad Ambrosii sententiam quod attinet? Num Episcopus à Lai-
co, & sic oue sua, discernere debeat? Respondemus, ordinariè oues à
Pastoribus pascendas, & non e contra. Sed si Episcopus non
sit, vel maneat Episcopus: verum Lupus & Pseudopropheta, sur &
Iatro, Iohan. 10. ibi certè mandatum habent oues, quæ vocem
summi sui pastoris agnoscunt, ne alieni, vt pote lupi vocem audi-
ant, sed effugere ab eo debent, iuxta *ἀρχιποιμένους* mandatum.

Refutatio defensionis

Et quidem verum est, Deum Pontificibus olim & sacerdotibus ac senioribus Noui ac veteris Testamenti, Apostolis, Euangelistis, Episcopis, Doctoribus & Pastoribus, ac Presbyteris, quos Iesuitis Prælatos appellare placet, commendasse curam & administrationem Ecclesiæ, Faciant modò officium singuli fideliter & diligenter ac rectè, nemo est qui eos in illo impediatur.

Sed quòd hi soli sint aut dicantur Ecclesia, in sacra Scriptura, id verò nunquam probabitur. De quo tamen fortè in 28. Propositione dicitur copiosius. Sicut non soli, vt Iesuita ex ignorantia Scripturæ sacræ blatterat, iudicium exercuerunt, vel punierunt rebelles in primitiua Apostolorum Ecclesia. Secus enim Paulus Apostolus scribit: Congregatis vobis in vnum, & spiritu meo, excommunicaturus Corinthium incaestuofum. Hoc & Præbyterorum, qui non laborabant in verbo, sed consilijs & opera sua auuabant gubernationem Ecclesiæ, & disciplinam conseruabant, erat officium cum Episcopis.

Sed quo loco Prælatos tuos Iesuita colloce, non inuenio in sacra Scriptura, Episcopi certè non sunt, quales Apostoli Petrus & Paulus describunt. Vide enim quæso, mi socie, num aliquam vel leuem saltem cum Apostolis habeant similitudinem? Sicut colosibus suis viuis ab eis sunt descripti, 1. Tim. 3. Tit. 2. 1. Petri 5.

Eph. 4. Sunt ne Prophetæ, an doctores, vel pastores, aut Euangelistæ? certè rarissimi reperiuntur qui doceant verbum Dei. Quod enim parum nouit, nemo docere potest, ideo nec didactici. Nec rectè se care possunt verbum Dei: nec formam sanorum verborum Scripturæ sacræ, quam nunquam didicere, tenent. Obturare quidem possunt ora contradicentium, vt illic habetur: verum non verbo Dei, sed mage ferro, flamma, fune, aqua. Potentissimi enim illorū Dii sunt, Vulcanus, Vesta, Neptunus. Nec ideo ambiunt Episcopatus, quòd docere vnquam cogitauerint, & sic bonum opus, secundum Apostolum, desiderant: sed luxum, pompam, potentiam, dominū iassectant. Quod igitur ad Apostolos Christi, & Prælatos Pontificios attinet, ingens est inter illos discrimen, cum quod ad vocationem, tum quod ad officium & authoritatem, ac dona Spiritus sancti. Et tantum distant à se inuicem, quantum cælum & terra: nec vlla comparatio. Quòd si Apostoli reuiuiscerent, Petrus & Paulus, Romamq; redirent, vbi reliquias eorum haberi aiunt, viderentq; aulam Romanam, Pontificem Maximum, Cardinales, & Episcopos, num tu hos pro suis vicarijs & successoribus agnituros

agnituros illos, putares? Equidem Numæ Pompiliæ, & Pontificum Ethnicorum similiores, quàm sui, visuri & iudicaturi essent. Certe Apostoli, non in suis sellis, præter quas illi nihil habent Apostolicum, suum spiritum, sua dona, & genuinum sacre Scripturæ sensum successoribus, sed in scriptis suis reliquerunt; hinc eruenta illa erant: sed hoc nimis laboriosum: longè vita Epicurea præterenda.

Qui sophisticè loquitur, inquit Syracides, odibilis est, & in omni re defraudabitur. Ita hic Iesuita in toto suo libro, nihil aliud ferè agit quàm sophisticam, & propositiones Disputationis meæ calumniatur. Quia euertere illas veritate non potest, itaque more illorum, qui malas fouent causas, calumnijs me obruere conatur. Cuiusmodi est, quòd cùm propositione decima octaua scripsi, Deum apud Ecclesiam verbum suum deposuisse: in opinata sua refutatione addit, hoc euidenter euertere, quòd supra in duodecima Propositione posuerim, Ecclesiam non semper sequi lucernam verbi Dei, ideoque interdum eam errare, & in tenebris ambulare.

Hinc ergo infert, apparere, quàm meis telis confossus, miserè torruam.

Vident omnes qui non prorsus sunt cæci, instar huius Pharisei, quàm non pugnent hæc, Habere lucem: & tamen eam non semper sequi. Aliud enim est habere, aliud sequi. Ambulate, dicit Christus Iohan. 12. dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Item: Si manseritis in me, & verba mea manserint in vobis, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Venit, dicit Euangelista & Apostolus lux, in hunc mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quàm lucem. Ibid. 3. 5.

At inquit, Iesuita, Ecclesia custos semper est fidelis, & semper fideliter custodit depositum, quia semper sequitur lucernam. Ταυτολογία hæc est, & eadem sophistica. Quòd vt manifestum faciamus omnibus, illustri proposito exemplo declarandum est, Adam nonne ad imaginem Dei creatus est, & habuit perfectam Dei notitiam, accessit deinde verbum Dei, quòd lucerna pedibus eius fuit, & lumen semitis eius, hoc Deus apud ipsum deposuit. Quàm vero fideliter depositum id custodierit, proh dolor, sentimus omnes & singuli hodie. Sic Deus Ecclesiæ populi sui electi promulgauit cœlestis sua voce Decalogum stupendis miraculis, & sic apud eam deposuit verbum suum, vt esset lux, de ipsius verè agnitione, ne in Idololatriâ proiaberentur, disertè & expressè ad-

Refutatio defensionis

Exod. 32. dito præcepto, Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum. Quam diu autem hoc depositum custodiunt? Cum adhuc horrendæ illæ voces Dei sonarent in auribus eorum, faciunt vitulum, de quo clamant: *Dij tui, ecce Israël, qui te eduxerunt ex Ægypto.* Ideoq; Dominus ad Moſen dicit: *Peccauit populus tuus. Recesserunt cirò de via, quam ostendisti eis, fecerunt sibi vitulum conſtatilem, & adorauerunt eum, atque immolantes hoſtias ei, dixerunt, isti sunt tui Dij Israël.*

1. Par. 3. Vides opinor, niſi cæcus ſis Phariſæus, aliud eſſe, habere & cuſtodire, aliud, ſequi lucem verbi Dei. An non & tempore Iudæ cum & Regum habebant lucem verbi Dei, ſcripta nempe Moſis? Teſtatur autem Scriptura Prophetica, feciſſe vnumqueaque quod **SIBI** videbatur. Item: Verbum Dei precioſum, hoc eſt, raram fuiſſe eius doctrinam in populo Israël: ſicut tempore Heli. Et poſtea ſub Dauide dicunt: *Non requiſiuiſimus arcam Domini in diebus Saul.* Quid dicam de tempore aduentus Chriſti in carnem ad ſuum populum, qui habebat & cuſtodiebat legem Moſis, Pſalmos & Prophetarum libros: quàm denſæ tam fuerint tenebræ in Eccleſiâ? quæ ſectæ? quanta ignorantia Doctõrum? Notiora ſunt hæc, quàm vt verbis opus ſit: teſtatur id hiſtoria ſacra abundè. Idem autem de poſtremis temporibus Eccleſiæ Saluator noſter prædixit: Sicut in diebus Noah, & Loth, ſic erit aduentus filij hominis. Num putas veniens hominis filius inueniat fidem in terris? Et electum Dei organum multa de defectione à fide prædixit, & ſigna ac notas addidit, quibus ſpiritus erroris ac mendacij agnoſcerentur, 2. Theſſ. 2. 1. Timoth. 4. eorum qui doctrinis dæmoniorum attenderent, prohibentium nempe nubere & abſtinere à cibis, quos Deus creauit. Qui autem has profiteantur doctrinas, diuinatione opus non eſt. Res ipſa loquitur.

Etiſi igitur Eccleſia ſemper cuſtodiat depositum verbi Dei, tamen doctrina non ſemper pariter in ea floret & lucet, ſed alio tempore magis, alio minus. Nec tamen Deus Eccleſiam ſuam penitus relinquit, vt in errore pereat. Sicut ſuperioribus ſeculis, cum denſiſſimæ & horrendæ eſſent tenebræ Papatus, ſiue regni Pontificij Antichriſtiani, latiſſimè graſſantes: Deus tamen ſubinde aliquos excitauit, per quos lucem verbi ſui accendit, & ſignum oſtendit electis, per quod ſalutem eorum eſt operatus. Sed hi ab Antichriſto miſerè ſunt occiſi. Iam verò hoc noſtro ſeculo Deus immenſa bonitate facem verbi ſui clariſſimam accendit, qua illuſtrauit Eccleſiam

uit Ecclesiam: quam Iebusæi, flabella Diaboli, quia opera eorum mala sunt, ferre non possunt. Ideoque extinguere eam omnibus viribus conantur.

In his quinque Propositionibus Disputationis meæ pro^{19. 20. 21. 22. 23.} fus nihil habet, quod potest aduersarius reprehendere, sed fateatur esse verissimas, sicut reliquæ omnes sacræ Scripturæ testimonijs sunt confirmatæ, vt nihil inimicus in eis inueniat, quod carpat. Et tamen vt perpetuo sui similis maneat, duo addit, Vnum est quod querit, cur in angulari sectariorum coetu hæream, nec contendam ad Catholicam Ecclesiam? Sciat itaque Iesuita, quod aliquoties est repetendum, in hac dissertatione falsam se habere hypothesin, qua putat ille suam Synagogam esse veram, & Catholicam Ecclesiam, de qua Symboli articulus sonat: quod, vt in disputatione dixi, *κεινόμενον* est, vter cætus Catholica sit Ecclesia, ille ne qui Romanum Pontificem agnoscit pro suo capite, eiusque decreta omnia exosculatur ac pro cœlestibus habet oralculis, An qui Iesum Christum, quem Deus dedit caput, super omnem Ecclesiam? Atqui de Roma non loqui Symbolum, vel hinc etiam manifestum euadit, quia in hoc dicitur: Credo Ecclesiam sanctam. Quod autem credit quis, non videt. Est enim fides non apparentium, Romanam verò videmus.

Porro quod ad multitudinem atinet, de qua gloriatur aduersarius in sua Ecclesia, & nostram, propter paucitatem contemnit, sciat hoc fallax esse argumentum. Nam sicut verbum Dei, quod in præcedenti est probatum, non semper pariter lucet: ita idem planè est de Ecclesia iudicium, quòd non semper pariter floreat numero & multitudine. Sicut Helias non videbat Ecclesiam Dei in regno Israël, sed se solum relictum conqueritur. Et Eliahs de Ecclesia in regno Iuda, vbi tamen cultus diuinitus institutus, & verbum Dei habebatur, tristio*r*em serè instituit ad Deum querelam, inquit: Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetus, & quasi Gomorrha similes essemus. Quem admodum & *σύντροφος* ipsius, Amos, de regno Israël, Hæc dicit Dominus: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israël in Samaria. Tempore aduentus Christi in carnem, Palestina angulus fuit mundi, & in illo ipso coetu, qui dicebatur populus Dei, valde exiguus fuit, & bene numerabilis cætus verè piorum, & Ecclesiæ, in ista turba & multitudine impiorum Pontificum, Sacerdotum, Scribarum, Pharisæorum, Sadducæorum, & Essæorum. Quid de tempore

Refutatio defensionis

bus Noah dicemus, qui vnus cum sua domo, totius mundi iudicis se opposuit? Non est ergo quod nobis paucitatem nostram Iebusæus obijciat, cum Christus ipse quoque gregem suum, pusillum appellet.

Quod verò dicit, Ecclesiam per totum orbem esse dispersam: verum est, sed non est ad Pontificem Romanum alligata, habet enim caput aliud, Christum. Nec cœtus, aut populus propter paucitatem à Deo est abiectus, vel propter multitudinem, de qua gloriatur impij, Ecclesia Dei electa: sed sunt alia signa, de quibus suo loco. In omni enim gente, qui timet eum, & credit in eum (hoc enim est operari iustitiam Iohan. 6.) acceptus illi. Non est enim respectus personarum apud illum.

Alterum est, quod more omnium sectariorum vera falsis, sicut & pater eorum Diabolus, misceat, Iebusæos hos, Diaboli foetum esse, dubium non est, & facile probari potest, quia opera eius faciunt. Opera autem Diaboli sunt mendacia, hoc est, falsa dogmata, & homicidia, quæ perpetrant vbi possunt, sanguinem piorum sitiētes, & magnates ad persecutionem Christianorum inflamman-tes. Doctrinas autem dæmoniorum eos propugnare hinc constat (vt cætera omnia breuitatis causa silentio prætereamus) & sufficiat, quod in fine præcedentis 18. propositionis ex Apostolo dictum est de prohibitione ciborum, & nuptiarum: vbi non elabentur fuga ista miserorum, quod Spiritus sanctus per Apostolum de Eueratis tantum, Tacianis, & alijs quibusdam Hæreticis sic locutus sit, qui carnes ipsas, & nuptias immundas esse docuerint, vaticinatus sit. Non enim de certis loquitur personis Apostolus: sed in genere de re ipsa & dogmatibus, & omnibus ijs, qui quocunque futuro tempore viuant, quocunque nomine appellentur, qui cibos & nuptias prohibeant. Sicut non absque contumelia creatoris, coniugium, carnale vitæ genus appellant Romanenses, in quo viuētes, Deo seruire non possint. Vnde & hoc in iure Canonico minimè Canonico dicitur, sancti estote, qui portatis vasa Domini: quia ego Dominus Deus vester sanctus sum. Item, Qui in carne sunt, Deo placere non possunt, ergo sacerdotes oportet cælibes esse. Hæc diabolica vos defenditis dogmata acerrimè Iesuitæ.

Cæterum quod attinet ad argumentum Iesuitæ, commune id est. An non enim mihi contra te eodem licet vti, quod quædam de Iesu dicatis, eiusque meritis, vt postea portentosa vestra mendacia rudi plebeculæ persuadatis, quod per opera propria & aliena, peregrinationes, eleemosynas, ieiunia, preculas & alia huius farinae plurima, homo mercetur vitam æternam? Sca

sectam nullam agnoscimus, nisi quatenus cum sceleratis Iudæis, Christum crucifigentibus, loquitur Iesusæus, contra Christum, & Apostolum eius, dicentibus: Nam de secta hac, notum est nobis Actor. vii. bis, quia ubique ei contradicitur. Quot verò sectæ Papistarum sint, enumerauimus.

Ex toto libro defensionis assertionum Iesuitæ, apparet, eum ad 24. 25. omnia rectè dicta cauillandum, calumniandum, & deprauandum natum, fictum, factum sophistam, & mirum præstigiatorum, qui cum rerum verarum nihil prorsus habeat, quo me (sicut contra has duas propositiones meas, nec vnicum quidem profert scripturæ S. testimonium) refutet: nihilominus tamen, ne tacere videatur, sed apud suos mirabilis videatur, qui præstigijs suis nebulas possit veritati offundere, absurda quædam, homo ipse valdè absurdus, adeoq; ridiculus, se colligere dicit.

Ac initio manifestam me implicare contradictionem dicit, quòd eadem de Ecclesia, eodemq; planè respectu, Ecclesiam inuisibilem & visibilem esse statuam. Quæ manifesta est aduersarij calumniam. Nequaquam enim eodem, sed diuerso respectu Ecclesiam esse inuisibilem, & visibilem, dico. Inuisibilem nempe esse veram electorum Ecclesiam, quia nos de singulis indiuiduis, veris & viuis membris, quæ nam illa sint, statuere non possumus: sed credimus, sicut in Symbolo profiteamur, esse talem quendam cœtum electorum, & sanctificatorum ad vitam æternam, qui soli Deo sint noti, vt habent verba Propositionis 24.

Deinde eandem Ecclesiam etiam esse visibilem, sequenti propositione 25. dixi, verù alio respectu, vt habet propositio 26, quam Synophanta callidè separauit ab illis duabus præcedentibus, quas coniunxit, cum, si vir bonus haberi voluisset, hanc etiã annexere debuisset: sed hoc modo cauillatio ipsius locum non habuisset. In hac, n. 26. explicatur, quo respectu, & qua ratione electorum Ecclesia suo modo etiam sit visibilis, nempe quòd non nisi in cœtu sit vocatorum, hoc est, eorù, qui veras habent notas, Ecclesiam monstrantes.

Hæc Ecclesia visibilis (vt parabolæ Christi Euangelicæ ostendunt) bonos habet, & malos, id est hypocritas, inter quos nos discernere non possumus, sed Deus nouit, qui sunt eius. Et nemo scit hominum, quæ sunt in homine, nisi Deus, & Spiritus eius, qui est in eo: Tu solus, inquit Salomon, nosti corda omnium hominũ. In hac igitur vocatorum multitudine, quæ dicitur Ecclesia visibilis, credimus semper aliquos esse verè renatos, & sanctificatos ad vitam æternam. Qui nam aut hi sint, in indiuiduo soli Deo notũ est. Hęc scilicet manifesta est illa, quam fingit præstigiator ille, contradictio.

Refutatio defensionis

Contendit deinde, verbum Symboli Credo non ad Ecclesiam esse referendum, sed ad sanctitatem, quod videlicet credamus, solam Christi Ecclesiam sanctam esse. Quia quivis homo non modo Christianus, sed etiam Iudæus, & Turca, facile sensibus percipere queat, Christi Ecclesiam in terris esse. Quid audio Iebusæe? Ergo Ecclesiam Christi esse in terris, credere opus non est, sed tantum, ut sanctam esse, credamus? Corrige ergo Aristarche prophane, aut tolle articulum Symboli Apostolici: ita ut secundum Iesuitam Græzensem, decimum tertium Apostolum, porro Symbolum Apostolicum non ita sit dicendum: Credo Ecclesiam sanctam Catholicam, sed ita, VIDEO ECCLESIAM, ET HANC SANCTAM ESSE CREDO.

a. Paralip. 15.

Dic ergo mihi Iebusæe, cum prophetaret Azarias sub Azarage: Transibunt dies multi in Israël, absque Deo vero, & absque sacerdote, absque doctore quoque, & absque lege: Num illo tempore, de quo Propheta varicinarus est, visa fuerit, an potius credita Ecclesia Dei in Israël? Vtique non perisse illam, certum est.

26. 27.

Novit princeps pastorum suas oves, nec quisquam illi eas de manu sua rapiet, etiamsi tu eas nec videas, nec noveris. Certè sicut nec sanctitatem oculis videmus: ita nec electionem, hoc est, qui nam illa sint à Deo electa Ecclesiæ membra (hæc enim sola sunt sancta) videre hominum quisquam potest. Vtrumque ergo credendum.

Nec nos sanctitatem ab electorum Ecclesia separamus, sicut *οὐκ* ille in fine hic nugatur. Non enim quia hic brevitatis causa, cum dixissem, credo Ecclesiam, non subñciens statim sanctam: sanctam esse nego, sicut nec Catholicam. Quia hoc extra controversiam est, Ecclesiam sanctam esse.

Vides amice lector, quàm nihil contra huius Sycophantæ momentum tutum, & quas occasiones carpenti quærat, minutissima quæque persequens, cum reuera nihil inueniat rerum hic, quod merito & iure damnare possit. Ideo mordet serpens venenatus, vipæ rarum progenies, ut coluber calcaneum, contrito eius capite.

Habet Propositio mea 26. veras notas Ecclesiam monstrantes, esse verbum Dei, & legitimum Sacramentorum usum. Hoc vero Iebusæus suo more mirificè exagitat, esse *ὑστέρωπ* *νεότερον*, inuersum, & peruersum, ac præposterum rerum ordinem: esse ignotum per ignotiora declarare. Non enim nec verbum Dei, nec Sacramenta nisi per Ecclesiam cognosci, quod Augustinus manifestè doceat: Euangelio non crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ

Ecclesiæ commoueret autoritas. Ac ipsum Euangelium ab Ec-
 clesia dependere, ab eaque suam habere autoritatem, Ecclesiam esse
 veritatis magistram, maiorem illius, quàm huius esse authorita-
 tem Per Ecclesiam enim verbum Dei, quod in vero, ac genuino
 eius sensu à Spiritu sancto per Ecclesiam nobis reuelato, confi-
 sit, & legitimus Sacramentorum vsus ritè cognoscitur.

Orta & mota est hæc quæstio, tempore Concilij Constant. &
 Basiliensis, vtrum maior sit Ecclesiæ, an Scripturæ sacræ autori-
 tas: Idque hac occasione, quòd in Conciliabulo Constant. (quod
 repræsentare dicebant Ecclesiam) cœnæ Dominicæ à Christo factam
 institutionem, & in sacra Scriptura descriptam, mutassent, &
 mutilassent. Cum autem loquuntur de Ecclesia, non veram, sed
 Papisticam (quæ tamen non Catholica, sed Cacolyca, non Chris-
 sti, sed Antichristi, non Dei veri, sed huius mundi est Ecclesia) in-
 telligunt, vt ea, autoritate hac confirmata, contra verbi Dei accu-
 sationem, & condemnationem, sit quasi firmissimo propugnacu-
 lo munita, & defensa. Ideoque de sensu, in quo Scriptura ipsa con-
 sistat, multa disputant, qui à Spiritu sancto per Ecclesiam nobis re-
 ueletur.

Et sanè deplorandum est, rem eò deuenisse, vt non solum in du-
 bium vocetur, num maior sit verbi Dei autoritas, an Ecclesiæ;
 verum etiam, quæ falsæ Ecclesiæ, fornicariæ est impudentia, af-
 firmare, Euangelij autoritatem ab Ecclesia dependere, ab eaque
 suam habere autoritatem. Vnde enim, quæso vos omnes mi-
 sellos Papistas, Ecclesia? Prior ne hæc verbo Dei? Genuit ne illa
 hoc? An à vobis, inquit Apostolus, verbum Dei processit? An
 non enim Ecclesia ex verbo Dei nata est? Renati inquit D. Pe-
 trus, non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum
 Dei viui, & permanentis in æternum. Filia itaque est Ecclesia, ex
 verbo Dei nata. An non igitur inuersus, & peruersus, ac præposte-
 rus rerum, & naturæ ordo est, filiam præferre, & collocare supra
 matrem? maioremque huic quàm illi tribuere autoritatem? Hoc
 igitur ipsa sequatur verbum, eiusque præscriptum, ex quo & nata
 est, tanquam moxigena filia ac discipula, non domina, non magi-
 stra: nisi dicere mauultis, ouum docere gallinam, quæ illud peperit,
 supraque illam esse. Cumque indissolubilis sit Christi, & Eccle-
 siæ ipsius coniunctio, non alibi, nec alijs signis quærenda est Ec-
 clesia, quàm Christus ipse, qui in solis Scripturis sacris, quæ de ipso
 testificantur, & Sacramentis à se institutis, ad quæ suam alligauit
 præsentiam, quærendus est, & inuenitur.

*1. Cor. 14.
 1. Pet. 1.*

Refutatio defensionis

Præterea cum articulus fidei sit, credo Ecclesiam sanctam Catholicam; centē, sicut reliqui ex S. scriptura probandi sunt, & cum de illis controversiæ oriuntur, ex eadem scriptura dijudicandæ: ita nisi velit Ecclesia suspecta in iudicando haberi: non minus de se ipsa, ex eodem Dei verbo, quàm de alijs in ipsa Ecclesia controuersis, ipsam iudicare conuenit. Nam & hunc de Ecclesia articulum, sicut reliquos omnes, sola uerbi Dei autoritate edocti, & persuasi, credimus. Verbi ergo Dei autoritas longè Ecclesiæ antecellit, ut potest sine quo (ut iam probatum est) hæc nec esset, nec esse crederetur.

August. lib. de unitate Eccles. cap. 2.

Ex uerbo igitur querenda & agnoscenda Ecclesia. Quod disertè quoque Augustinus affirmat, dicens: Inter nos autem & Donatistas queritio est, ubi sit Ecclesia; Quid ergo facturi sumus: In uerbis nostris eam querituri, an in uerbis capitis sui Domini nostri Iesu Christi? Puto quod in illius potius uerbis, eam querere debemus, qui est ueritas, & optimè nouit corpus suum. Hoc igitur, nec Augustino (Patrum facile principi) nec cuiquam pio, est ignotum per ignotiora declarare: nisi scripturas sacras ignotas esse dicatur. Quod sanè faciunt Pontificij, magna & impudente, & una uoce clamantes omnes, scripturas sacras esse obscuras, dubias, incertas, ambiguas, suamque habere autoritatem ab Ecclesia, qua si destituatur, ualere sicut fabulas Æsopi. Quæ horribilis est blasphemia. Etiam si enim scripturam sacram Ecclesia nunquam agnosceret: (quod non facit uera Christi Ecclesia, sponsa eius, sed audit uocem sponsi) an ideo non esset uerbum Dei, sed pro fabulis Æsopis habenda? Hoc Diabolus ipse affirmare dubitaret. Maneret enim & esset illa nihilominus ueritas, & oraculum Dei, sicut Deus est, & manet in æternum, etiam si impij dicant in corde suo, non est Deus, sicut olim apud ueteres Romanos (ut hodierni non degenerent à suis maioribus) nullus colebatur publicè Deus, nisi quem senatus Deum esse decreuisset. O miseros Deos illos. Quod si etiam totus mundus neget esse Deum, & neget scripturam a Deo traditam: num ideo Deus non esset: tamen hoc ipso nihil nec de scripturæ ueritate, nec autoritate decederet, sed mundus per illam, propter incredulitatem, quod eam agnoscere non uellet, condemnaretur. Et habet scriptura sacra autoritatem suam, principaliter non ab Ecclesia, quod eam agnoscat Ecclesia, sed a Deo ipso auctore, cuius est oraculum, & epistola ad genus humanum, per quod se illi patefecit, ex quo & ipsa nata est. Et quia ipsissima, & Diuina est ueritas scriptura sacra, cœlestibus miraculis & euentibus Prophetarum uaticiniorum, quæ in his continentur, multis denique alijs firmissimis argumētis testificata, Quod

Quod verò ad sensum scripturæ attinet, de quo questionem esse dicunt, & in quo genuino verbum Dei consistat, qui a Spiritu sancto per Ecclesiam nobis reueletur. Respondeo: Non tam de sensu vel sententia, aut intelligentia scripturæ esse disputationem, quam de opinionibus & imaginationibus falsis ab hominibus excogitatis & confictis. Verbi gratia. Non tam disputatur, quæ sit sententia ocorum Scripturæ: Inuocetur super eos nomen meum, Gen. 48. nomina quoque Patrum meorum Abraham & Isaac. Item: transuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, &c. Psal. 65. Horum enim sensus genuinus partim ex phrasi linguæ Hebrææ, partim ex contextu orationis erui facile potest: quàm de prauis & peruersis Papisticis opinionibus, & phantasiis: An mortui homines sint inuocandi. An sit purgatorius ignis, in quo animæ, postquam migrauerint e corporibus, purgentur a sordibus, sicut Plato Philosophus Ethnicus, & Virgilius Poëta Romanorum senserunt, quos Prophetas habent Romanenses.

sed vnde hæc dirimendæ controuersiæ? Vos ad Ecclesiam nos remittitis. Bene, Ecclesiam & nos audiendam dicimus, sed quam? Non Iesuiticam & Pontificiam Antichristi synagogam, quæ in diuinis sacrosanctis scripturis talpa est cæcior: sed veram Christi Ecclesiam, quæ audit & agnoscit vocem sponsi, iuxta illud: Oues, Iohan. 10. quæ sunt meæ, vocem meam audiunt. Alieni verò vocem non audiunt, sed aufugiant ab eo. Ideò ergo auditur Ecclesia, non vt sua somnia & figmenta cordis sui (sicut Pontifex Ro. gloriatur, se omnia iura habere in serinio sui pectoris, etiamsi idiota sit, & ignarus proprii sui nominis, Hinc eructat sua Decreta) sed vt verbum Dei doceat: Si quis loquitur, inquit D. Petrus, primus, quem ipsi dicunt, Rom. Episcopus, loquatur sermones Dei. Si enim Angelus de cœlo aliud prædicauerit Euangelium, anathema sit. Ex hoc Dei verbo scripto, sensus est genuinus eruendus, spiritalia spiritalibus comparando, loca cũ locis conferendo, & secundū fidei analogiam Scriptura interpretanda. Hauriemus aquas cum gaudio de fontibus viuis Israël: eruamus veritatem ex linguarum, phraseon, & sermonis proprietate, ex antecedentibus, & consequentibus, ex contextuum serie, & iunctura, dictorum scriptorumque occasione, & causis, ex totius denique corporis Scripturarum compage. Ad legem suam remittit Moses. Isaias ad legem, & testimonium, Abraham ad Moysen, & Prophetas, Paulus attendere iubet lectioni Sacramentalium, Petrus sermoni Prophetico, Christus similiter scrutari Scripturas. Ex his non solum ad quæstiones respondet sibi propositas, sed etiam cum aduersariis disputat, eos conuincit, neglectis, & condemnatis traditionibus Maiorum,

Refutatio defensionis

De hac autem Scriptura sacra, Ecclesia testificatur, eam agnoscit, commendat, interpretatur, sed per ipsammet, iuxtaque eius sententiam & mentem. Sicut & veteres in hanc scripserunt sententiam: Ecclesiam, dum decernit Scripturam Dei esse reuelationem, id tantum facere, quod testes ferentes de re quapiam testimonium, & veritatem Scripturæ esse Catholicam, non propter testes, sed propter se, & non quia Ecclesia recepit, sed quia Deus ædedit, & reuelauit.

Et quod ad Scripturæ perspicuitatem, in sententia illa consistit, quæ non adeo est obscura, aut difficilis ijs, qui Spiritum Christi habent (hunc enim, qui non habent, non sunt eius) sed quia Deum patrem propitium per Christum agnoscunt, quæcunque ad salutem sunt necessaria, in Scriptura plana sunt illis, & perspicua tenent. Etiam si non omnes subtilitates, aut obscuriora loca intelligant. Vbi autem apertius ponuntur, ibi descendum est, quemadmodum in locis intelligantur obscuris. Nihil enim ferè de illis obscuritatibus eruitur, quod non alibi planissimè dictum reperitur. Quædam, inquit Augustinus, in Scripturis obscura & difficilia, nec tamen aliud, quàm quod alibi planissimis verbis exprimitur. Magnificè igitur & salubriter Spiritus sanctus ita Scripturas sacras modificauit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. De quibus & Ambrosius: Multa obscuritas in Scripturis Prophetiis, sed si manu quadam mentis tuæ Scripturarum ianuam pulses, & ea quæ sunt occulta, diligenter examines: paulatim incipies rationem colligere dictorum. Et aperietur tibi non ab alio, sed à Dei verbo. In quam sententiam &

Basilii: Si verò præceptum nobis datum fuerit, quomodo autem, additum non fuerit, assumamus Dominum dicentem: Persecratus mini in Scripturas: & imitemur Apostolos, qui ipsum Dominum interrogauerunt, de interpretatione eorum quæ ab ipso dicta fuerunt. **E T E O R V M, Q V Æ A B I P S O D I C T A S V N T, E X H I S, Q V Æ I N A L I O L O C O D I C T A S V N T V E R I T A T E M A C S A L V T A R E D I S C A M V S.**

Ex quibus omnibus, & Scripturæ sacræ & Patrum testimonio apparet, sensum, vel sententiam & intelligentiam Scripturæ sacræ ex ipsa Scriptura sacra petendam, in qua Spiritus sanctus mentem suam & voluntatem Dei patefecit, & sensum quoque explicauit, & descripsit.

Nam quod attinet ad viam Apostolorum prædicationem, qua sententiam Scripturæ tradiderunt, Apostoli, ut Irenæus inquit, id

Alfonfus de Castro aduersus hereses lib. 4.

August. de doctrina Christi. lib. 2. cap. 6.

Ambr. comment. in psal. 118. Serm. 8.

Basilii lib. 2. de Baptis. quæst. 4.

Iren. lib. 5. cap. 1.

quit, id Evangelium, quod præconauerunt, postea per Dei voluntatem IN SCRIPTURIS nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ. Melius etiam omnia scribuntur, quam dicuntur. Quod nemo serè ita animi senta verbis possit exprimere, sicut stylo, ubi præter temporis beneficium etiam relegere, emendare, addere, demere quis potest, quod & quoties libet.

Quod verò ad ordinariam loci successionem attinet, non ingrata est nobis illa, sed ingens Dei beneficium agnoscimus, quod certa successionis serie, voluerit nobis quasi per manus in Ecclesia conseruare & tradere Scripta Prophetica & Apostolica, de eisq; testari illos. Sed quemadmodum non ideo principaliter credimus, Scripta Prophetica diuinitus esse tradita, quia Iudæi de illis testantur: multò verò minus ipsos esse Ecclesiam Dei: omnium verò minime, maiorem esse auctoritatem Iudæorum, quam ipsius Scripturæ sacræ. Ita idem planè est iudicium de Pontificia Ecclesia, sua successione de scriptis Apostolicis testante, quòd videlicet ab illa horum dependeat auctoritas. Est enim tantum testis, iam testis non ideo maiorem habet auctoritatem, quia in causa Principis alicuius testatur, quam ipse Princeps: nec suo testimonio, quod de causa aliqua Principis perhibet, auctoritatem addit Principi, vel huius auctoritas ab illo dependet. Quia dicit de illis rebus, quas nouit, Si verò aliud etiam testetur, falsus erit testis. Sic nec Ecclesiæ maior est auctoritas, quam Scripturæ, &c.

Ad locum verò Augustini quod attinet, qui valde frequens est in ore omnium Papistarum, sed male ab eis intellectus: Ego Evangelio non crederem, nisi Ecclesiæ Catholice me commoueret auctoritas. Primum, non loquitur Augustinus de Papistica vel Iesuitica Ecclesia, quæ non est vera Catholica, sed Cacolyca, quòd alibi clarissime demonstratur, & forè aduersarius in hoc suo libro occasionem præbebit ea de re differendi: Sed loquitur de Catholica omnium temporum vera Dei Ecclesia, quæ & in veteri Testamento fuerat, & iam ex gentibus collecta erat per prædicationem verbi Dei. Hæc audierat Prophetas, filium Dei incarnatum, Euangelistas & Apostolos, viderat cœlestia miracula, quibus hæc doctrina fuerat confirmata, vaticiniorum euentum. Denique bona fide acceperat ab illis ipsis eorum scriptorum auctoribus, libros ipsorum. Et sic continua successionis serie, Ecclesia testatur, sicut etiamnum hodie, hæc illorum esse Scripta, quorum nominibus circumferuntur. His ergò consentientibus Ecclesiæ testimonij se commoueri significat, vt credat hos solos libros diuina

August. contra Epistolam fundam. Manichæorum.

Refutatio defensionis

nos esse, per Prophetas, sanctos Dei Euangelistas & Apostolos, per Spiritum sanctum descriptos.

Augustinus contra Faustum Manichæum lib. 28. cap. 2.

Et hanc eius esse mentem, contra Faustum Manichæum ipsemet declarat, his verbis: Sicut ergo ego credo illum librum esse Manichæi, qui ex illo tempore, quo Manichæus viuebat in carne, per discipulos eius certa successione Præpositorum vestrorum, ad vestra vsq; tempora custoditus, atq; perductus est: Sic & istum librum crede esse Marthei, quem ex illo tempore, quo Martheus ipse in carne vixit, non interrupta serie temporum, Ecclesia certa connexionis successione vsque ad tempora ista produxit. Quibus verbis Augustinus non facit Ecclesiam iudicem Scripturarum, neque ei ius autoritatemue contra Scripturam concedit: sed testimonium tantum ferre de his permittit. Non significat Augustinus, maiorem esse Ecclesiæ, quam verbi Dei, huiusq; ab illa dependere autoritatem. Sicut & vulgato illi dicto addit, se pluris facere veritatem, quam reliqua omnia: Quæ, inquit, veritas, si tam manifesta apud vos Manichæos monstratur, vt in dubium venire non possit: præponenda est omnibus rebus, quibus in Ecclesia teneor. Ergo etiam perpetuæ & ordinariæ Sacerdotum successioni, de qua tum etiam loquutus fuerat. Veritas autem manifesta, & indubitata alia nulla est, quam quæ verbo Dei in Scriptura sacra continetur.

Quod igitur dicit Iesuita, verum Euangelij sensum, sicut & Euangelium ipsum, ab Ecclesia dependere, idemq; prorsus de legitimo Sacramentorum vsu iudicium esse, Iesuiticè, hoc est, impudenter & blasphemè suo more loquitur. Hoc enim vult, vt sonet Euangelium, id quod ipsi volunt, & pro suo arbitrio, stetq; cadatq; religio, vt pro sua libidine, statuere, decernere, abrogare, mutare omnia possint, quæcunq; Christus dixerit, fecerit, instituerit: quæ postea, prætextu, & autoritate Ecclesiæ palliare, & defendere solent. Sed hæc Iesuitica, non Christi Catholica est Ecclesia.

Concil. Constant. scs. 13.

Hanc autem esse illorum mentem & sententiam, etsi dissimulent iam, facile tamen re ipsa cōprobabo, Decreto nempe Concilii Constant. quod ita habet: Quod licet Christus post Cœnam instituerit, & suis discipulis ministrauerit, sub vtraque specie panis & vini hoc venerabile Sacramentum: & quod licet in primitiua Ecclesia huiusmodi Sacramentū reciperetur à fidelibus sub vtraq; specie, tamen hoc non obstante, postea à conscientibus sub vtraque, & à laicis tantum modo sub specie panis suscipiatur. Hoc impium & sacrilegum *ποτηριον λέπτωρ* decretum, cum Bohemi, tum rectius ex verbo Dei per martyrem Iohannem Hufs edocti, recipere nolent, sed

sent, sed impugnarent, Nicolaus Cusanus Ecclesie Rom. Cardina-
 lis vt defenderet, multo plura impietatis prophanissimæ protulit,
 sicut semper ad vnũ mendacium palliandum opus est alijs septem,
 & dato vno absurdo, sequuntur plurima, quemadmodum error est
 secundus. Is ergo in hæc verbalcribit, Certe te non moueat, quod
 diuersis temporibus alius & alius ritus sacrificiorum, & etiam sac-
 ramentorum, stante veritate, inuenitur, scripturasq; ad tempus esse
 adoptatas, & varie intellectas, ita vt vno tempore secundum cur-
 rentem vniuersalem ritũ exponeretur, mutato ritu, iterũ sententia
 mutaretur. Et mox: Etiam si hodie alia fuerit interpretatio Eccle-
 siæ, eiusdem præcepti Evangelici, quàm olim, **TAMEN HIC**
SENSVS NVNC IN VSV CVRRENS, ad regimen Eccle-
 siæ inspiratus, vti temporis congruus, **VI SALVTIS VIA DE-**
BET ACCEPTARI. Ac iterum: **Vnde SCRIPTURAE, DE-**
BENE ESSE REGIMINIS ECCLESIAE ETIAM IN-
CEPTAE, ET CONTINVATAE: NEQVA QVAM DE-
ESSENTIA, EXISTERE POSSVNT. Id. Epistola 3. Postea
 mutato iudicio Ecclesie, mutatum est & Dei iudicium. Id. Episto-
 la 7. Non est litera, quæ per Tyrannum penitus deleri possit, de es-
 sentia Ecclesie, sed spiritus est, qui viuificat. Quare nec mirum, si
 praxis Ecclesie vno tempore interpretatur scripturam vno modo,
 & alio tempore alio modo. Et quod Iesuita maiusculis literis scri-
 bi curauit: Non Ecclesia per Euangelium, sed e diuerso per Ecclesi-
 am cognoscitur verum Euangelium, & addit: Idem prorsus de le-
 gitimo sacramentorum vsu iudicium. Quorum iam exemplum
 audiuimus, & rationes planè Iesuiticas, Cardinalitias, Cusanicas.
 Quæ omnia & singula de Antichristi Romani, eiusque satellitum
 Ecclesia sunt verissimæ, ex quibus hæc, tanquã Afinus ex ruditu &
 auribus prælongis cognoscitur: nempe ex hoc suo Euangelio va-
 riè intellecto, mutabilisq; sententiæ, atq; ad tempus adaptato, imò
 planè ad Ecclesie essentiam, non necessario, sacramentorumque
 mutilatione, multiplicatione, &c. Atque ita ex scriptura sacro-
 sancta, Prothea quendam, aut vertumnum nobis facient, imò tan-
 quam prorsus ad salutem non necessariam, penitus abijcient, & ad
 scrinium pectoris Pontificij nos ablegabunt. Hoc est scripturam
 venerari, colere, adorare eius mysteria. Heus Iesuita, Scripturæ sac-
 rosanctæ hostis, in malam rem cum ista vestra impietate, blasphem-
 ia, damnata sententiâ, Scripturæ conuictis, corruptelis. Quam,
 quàm diu lacerare pergitis, nunquam intelligetis, miserè Iesuitæ, &
 quorquot estis Pontificiæ impietatis patroni, imò seruili iurati.

Postremo

Card. Cus. Epist. 2
 de vsu commun.

Quid ergo Scri-
 ptura nisi co-
 thurnus?

Horrenda blas-
 phemix.

Refutatio defensionis

” Postremò quod me interrogat, vbi nam hæc a nobis propositæ
” notæ Ecclesiæ fuerint ante annos 100. 200. Nam liquido consta-
” re, ante Lutheranismum non illud verbum, quod nos prædica-
” mus, nec talem per omnia Sacramentorum vltim fuisse, qualem
” nos exercemus, in Ecclesia Dei prædicatum, & vsitatum vnquam
” fuisse. Idque probat, quia Baptismus sine consuetis ceremoniis
nunquam fuerit. Nec sanguis in calice, sine admixtione aquæ.

Apertè itaque respondeo: manifestum est omnibus in Ecclesia,
non modo ante annos 100. sed 1500. planè eadem notas Ecclesiæ
fuisse, idem planè verbum, quod nos prædicamus, & non aliud,
eadem Sacramenta fuisse, iisdem, & non alijs ceremoniis adminis-
strata ab Apostolis, sicut Euangelistæ & Apostoli in suis libris no-
bis hæc omnia descripta reliquerunt. Has & non alias, eodem
planè modo, & non alio, exercemus. Quæ igitur hæc est impru-
dentia, quæ vanitas aduersarij, negantis hæc ita vnquam in Eccle-
sia fuisse vsitata, cum Conciliabulum Constantiense, quod hæc mu-
tauit, fateatur, etiam Christum ita instituisse, & in primitiua Eccle-
sia fuisse vsitatum?

Quod verò vos omnia sacra diuinitus instituta & data, ver-
bum Dei, & Sacramenta Ecclesiæ, prophanastis, Coenam in sacrifi-
cium propitiatorium, blasphemam in sanguinem Christi, mutastis,
& peruertistis: Hoc ipsum est quod in vobis reprehendimus, ac-
cusamus, & tanquam falsarios & sacrilegos damnamus. Nec vos
excusabit vetustas, consuetudo, & aliquot seculorum vsus. Iam
olim enim cœpit Antichristus regnum suum stabilire. Nec vlla
valet contra Ecclesiam, & verbū Dei, quantumuis longi temporis
præscriptio. Quod vos de vestris possessionibus dicere soletis: nos
multo rectius de veris Ecclesiæ bonis, quæ sunt verbum & Sacra-
menta diuina, de quibus nobis vobiscum certamen est, intelligen-
mus, acque ita iure Postliminiij in vsum per Dei gratiam reuoca-
mus, & suæ integritati restituimus.

” Et quod in sine quærit, in qua Ecclesia vnquam Sacramentum
” Baptismi sine consuetis ceremoniis fuerit publicè administratum?
” Respondeo, in primitiua Apostolorum Ecclesia, in qua D. Apo-
stolus Petrus die Pentecostes tria hominum millia sine magico ve-
stro chrismate, spūto, exorcismo, & alijs vestris nugis potius quam
ceremoniis baptizasse legitur. Et vbi vos in Ecclesia vnquam cam-
panas baptizatas esse docebitis, nisi in hac postrema fece Papatus?
vbi turpissimè lauacrum illud regenerationis, quod fit in baptismo
eorum, qui Christo inseruntur, sanguine eius abluuntur, non sine
horrenda

horrenda prophanatione Sacramenti baptismi ad inanimes creaturas applicatur. Verū recte facitis, & secundum scripturas, quibus vos ubinde vrgetur : quia iussit Christus prædicare Euangeliū omni creaturæ, addens, qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit.

Quod ad aquæ mixturam in calicis consecratione : scimus esse vetustum morem. Sed quid hoc ad nos, quid alij fecerint, cum nihil de hoc in institutione Cœnæ à Christo facta, & e Paulo Apostolo reperita, habeatur ? Nam quod ad rationes, quas Cyprianus adfert, coactæ illæ sunt, nec tanti momenti, quæ facti probent necessitatem. Et iuxta eundem : Hoc nos facere oportet in Cœnæ administratione, quod ipse prior fecit, dicente Dominio : Hoc facite, scilicet quod me facere videtis. Et quod Augustinus de Cypriani facto & Decreto in alterius Sacramenti administratione, quo ab Hæreticis baptizatos, rebaptizari voluit, respondit : se illius autoritate non teneri, quia literas Cypriani non vt Canonicas habeat : idem iuris nos quoque habemus in vtroque.

Afferit. Iesuita se luculenter certissimis & irrefutabilibus testimonijs comprobatum & testatum facturum, Ecclesiæ nomine tantum 28
Episcopos & Prælatos intelligendos. Exod. 19. Alloquitur Dominus Moysi his verbis : Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Israël. Moses autem conuocatis maioribus natu populi, exposuit illis sermones, &c. Respondeo primum, Maiores illi non posuit illis sermones, &c. Respondeo primum, Maiores illi non fuerunt Episcopi aut Prælati Ecclesiastici : rasi & vncti sacrifices, ex tribu Leuitica tantum orti, sed ex omnibus & singulis tribubus Israël. Nihil ergo hæc ad Cardinales, Episcopos, & Prælatos, Romanos Pontificis creaturas, Deinde Maiores non conuocantur vt soli sciunt, sed tota domus Israël, omnes & singuli, ea mandata Dei obseruare tenebantur. Moses autem non tanta & stentorea voce, loqui poterat, sed nec opus erat, Alia enim via commodiore vti poterat, qua hoc ipsum consequeretur, vt ab vniuersa multitudiue, cuius intererat hæc scire, exaudiretur. Conuocatis enim capitibus & senioribus, mandata Dei exponit, vt illi porro ad suos contribules referrent. Et sic Moses locutus est per illos vniuersæ domui Iacob, & filiis Israël. Sicut immediate ibi sequitur : Responditque omnis populus simul cuncta, quæ locutus est Dominus, faciemus. An hic (arrige aures Iesuita) omnis populus, significat tibi tantum maiores natu, quos fuisse typos Prælatorum ais ? Vtique. Quia ibi habetur : eritis mihi in regnum sacerdotale : quod Laicis prophanis

Refutatio defensionis

phanis non conuenit. Sed ibidem Deus alloquitur domum Iacob, & filios Israël, qui viderunt quæ fecerit Ægyptijs. Fortè Laici omnes toto isto tempore, quo Deus miranda sua opera, & iudicia exercuit in Ægypto, aut cæci fuere, aut saltem in triduanis istis tenebris sederunt, vt videre ea non potuerint. Loquitur autem cum
toto populo, quem vocat gentem sanctam. Atqui Petrus hoc non
ad Prælatos vel Episcopos tantum pertinere scribit, cum inquit :
Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen. Quis aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei. Quid hinc dicit Petrus? Num confundis Laicos subditos cum suis Episcopis & Prælati? Hæc omnia ad solos Maiores, qui typi suere Episcoporum & suorum Prælatorum, & sic Ecclesiam representant, & pro ea accipiuntur, pertinere dicunt tui successores, eorumque patroni Iesuitæ. Nimis crassus es piscator, qui iura tua non intelligis. Discas itaque cautius loqui, alioqui hoc modo amittes & primatum & patrimonium tuum, & in angustum copiarum tuarum per Lutheranos redigentur. Præstat itaque audire Christum ipsum Magistrum, qui melius intelligit priuilegia sua, & vicarij sui in terris, qui caput est Ecclesiarum. Quid
verò is dicit? Ita inquit: Dic Ecclesiarum (Hunc enim locum Iesuita pro suæ sententiæ confirmatione, quod Ecclesia pro Prælati accipiat, adducit, tanquam irrefutabile testimonium, quod nequam
sed Episcopos tantum, & Ecclesiarum Prælatos, seu Præpositos, intelligi voluerit. Fieri enim non posse, vt aliquis delinquentem fratrem, vel ad singulos sigillatim fideles, vel ad omnes in vnum congregatos, vel ad Concilia tantum generalia, quæ nec semper celebrantur; vel etiã ad aliquem confusam multitudinem deferat, quæ nullam iudicandi potestatem habeat. Hactenus Iesuita.

Habemus itaque Lutherani irrefutabile testimonium, quid igitur faciemus miserj? quò nos vertemus? Prouocabimus à Iesuita, ad ipsum Iesum Christum, & Apostolum eius D. Paulum. Non enim legem fert illic Christus pro vniuersa Ecclesia omnium temporum, nec loquitur de Ecclesia vniuersali, quæ dispersa iam est in toto terrarum orbe (non quòd alias negemus aut damnemus vera Concilia vniuersalia, quorum est saluberrima autoritas) sed de sui temporis Ecclesiola particulari, sicut nec de hæresi intelligenda sunt proprie. Inquit enim: SI IN TE PECCAVERIT, quòd intelligi necesse est de priuatis offensionibus, nec tamen de illis omnibus, vt pote furtis, cædibus, adulterijs, vbi tria admonitio non

obseruatur

obseruatur: sed tantum de ciuilibus & priuatis, vt dictum est, offensionibus & actionibus. Quod & ex D. Petri interrogatione euidenter apparet. Is enim rectè intellecta Christi sententia, quærit: Quoties Domine peccabit in me frater meus, & dimittam ei & num vsque septies?

Ergo ne ad confusam multitudinem, quæ nullam iudicandi habet potestatem, deferenda, inquit Iesuita? Audio quid dicat. Sed hoc ipsum & hanc eorum verborum Christi esse sententiam, luculentius multo, & irrefutabili testimonio Apostoli comprobatur & testatum faciam. Ita enim scribit: non Episcopis, Prælati, vel Præp^o 1. Corinth. 3.
positis solis Corinthiorum, quorum pauci fuere: sed vt habet inscri^o 1. Cor. 1.
prio, ECCLESIAE DEI QUÆ EST CORINTHI, sanctificationis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro. Huic, inquam, Ecclesiæ scribit. Et quid scribit? CONGREGATIS VOBIS ET MEO SPIRITU CVM VIRTUTE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, TRADERE HVIVSMODI SATANÆ, &c. Qui igitur sunt illi congregati? certè Ecclesia Christi tota, quæ erat Corinthi. Illam alloquitur vniuersam: Omnino auditur inter VOS fornicatio: Et, vos inflati estis. Num putas tu eum Prælatos tantum eorum alloqui, quod inter ipsos tantum fornicatio audiatur, & ipsi inflati sint? Siquidem adhuc in viuis esset Apostolus, locum habere posset hæc sententia. Quod inflati hi inflati essent, & omnino audiretur inter eos fornicatio, & quidem talis, qualis nec inter gentes. Sed meliora de illis suis Paulus Episcopus 1. Timoth. 3. Tit. 1. Videmus autem eum in illa Epistola, multitudinis (quæ nomine Ecclesiæ venit) vicia priuatorum arguere, nempe sectas, fornicationes: sicut & sequenti cap. quod priuatas suas iniurias ad Magistratum Ethnicum 1. Cor. 6. deferrent, & addit: Secularia igitur iudicia si habueritis, eos qui minimi sunt in Ecclesia, in sublellijs collocare. Planè eum in modum, in quem & Christi sententia est intelligenda & interpretanda. Nequaquam ergo Ecclesia hæc pro Prælati tantum accipitur, sicut nec alibi vsquam.

Denique ne Iesuita suo more calumniatur, hanc à nobis confictam esse sententiam & interpretationem, alienam à Catholica Ecclesia: age veterum aliquem, cuius auctoritatem reprobare facile non audebit Iesuita (nisi fortè hoc ipso nomine eum damnare velit, quod hac in parte cum Lutheranis faciat, & non cum Calcolyca) producamus, & probemus, vocabulum Ecclesiæ nusquam

Refutatio defensionis

Petrus de Aliaco
Tractatu de re-
commendatione
Scripturæ sacræ.

in tota sacra Scriptura in hac significatione accipi: & hanc Præla-
torum istorum Ecclesiam Scripturæ sacræ prorsus esse ignoram.
Quis verò is est? Petrus de Aliaco, qui diuersas Ecclesiæ acceptio-
nes recitans, inter cætera ita scribit: Alio modo (Ecclesia) sumit-
tur specialiter pro tota congregatione Clericorum. **ET SIC
NVNQVAM ACCIPITVR IN TEXTV SCRIPTVRÆ
DIVINÆ.** Sed Clerici nomen Ecclesiæ appropriauerunt ad se
iplos, vocantes se Ecclesiasticos. Hastenus ille. Iacent, itaque &
refutata sunt, Petro de Aliaco auctore, certissima, & irrefutabilia,
Iesuitæ testimonia, quibus testatum facere frustra laborauit, Eccle-
siæ nomine, tantum Episcopos, & Prælatos intelligendos.

29. Quod ad hanc propositionem, remittit Iesuita lectores ad præ-
fationem huius sui libri, in qua me crassissimi erroris à se conui-
ctum gloriatur. Verum ita à me supra illa est refutata, vt quod
verè contradicat, non habeat. Ideo q̄ iam amplius nihil addo.

30. 31. Thraonica, & planè Goliathi Philistæi incircumcisi subindè
» verba audio, quod meo me velit iugulare gladio, & quod ea quæ
» à me dicuntur, in meum caput etiam non retorta, facile sua sponte
» recidant. Scripsi ego, Episcopos sine Ecclesia, tam non esse Eccle-
» siam, quàm nec Regem absque regno: quæ, vt omnes mediocri-
» ter periti norunt, natura est correlatiuorum. Quo mutuo, ipse Iesu-
» ditose dissimulato respectu, similitudinem Regis ita adducit, & pro-
» ponit, quod cum proceribus in comitijs totum repræsentet re-
» gnum, in quibus decreta subditorum seruanda proponantur: vbi
» addit, sic res habent in Ecclesia. Nam quando Christi Vicarius,
» & D. Petri successor, cæteri quæ Prælati conueniant, totam tum
» cæteris exclusis fidelibus, tamen repræsentent Ecclesiam Ecclesiasti-
» ca sua iurisdictione.

Respondeo. Vt hanc concedamus similitudinem de Rege &
proceribus in Comitijs: tamen longè secus habet, quàm Iesuita
proponit. Non enim aulici proceres cum Rege soli conuocan-
tur, & conueniunt, sed reliqui etiam ordines regni, siue imperij
Principum, Comitum, Equitum, Nobilium, Prouincialium, ciui-
tatum liberarum, Imperialium, qui omnes & singuli, tam infimè
quàm summi vn̄ deliberant, sententias dicunt, & decernunt. Idem
ergo, vt maneat similitudo, iudicium esto de Ecclesia, eiusque Co-
mitijs, quæ sunt Concilia. De quo plurima supra dicta & demon-
strata sunt. Sed non absque prouidentia diuina factum est, quod
dicit

dicit hic Iesuita, Prælatos suos quasi exclusis cæteris fidelibus Ecclesiam repræsentare. Dicas enim alterum Caiapham prophetisare: quod repræsentent Prælati Pontificij Ecclesiam: quia non sunt Ecclesia Christi vera. Et talia fuere hæctenus aliquot eiusmodi Concilia, exclusis cæteris fidelibus, celebrata.

Quod verò ridendo, mirifice, ridiculus homo, sibi placet, cum dixerim, in Ecclesiæ Comitij fictione & repræsentatione opus non esse, eò quòd totum corpus haberi possit: & interrogat: ^{cc} Nunquid aliquando fuerunt omnes, & singuli fideles in vnum locum congregati? Nemo non videt scurram potius agere Iesuitam, & calumniatorem, quam disputatorem. Tunc enim totum corpus Ecclesiæ congregari dicitur, quando non quidem singula indiuidua, sed cum omnium Ecclesiæ ordinum homines, præcipui & selecti, vt supra quoque contra aduersarij præfationem dictum est, & probatum ac demonstratum, conueniunt.

Videt pius lector Iesuitam impium esse sycophantam & sophisticam impudentem, qui nil nisi calumnias, odio veritatis effutire & euomere didicerit. Quodque etiam reperit, gloriatur, & inculcat, ^{cc} se demonstrasse, Ecclesiæ nomine Prælatos suos solos nonnunquam intelligi & significari: eius contrarium in defensione Propos. 28. paulò antè multis est demonstratum.

Postremò quòd subinde ea, quæcunque de Apostolis à Christo dicta sunt, ad suos Episcopos & Pilatos accomodat: Miror si ex animo loquitur Iesuita, Apostolicos vocando viros, Apostolorum successores, legitimos animarum pastores, ac non potius in corde ridet, ex alto despicit, ac vehementer ipsum illorum piget, pudet, & poenitet. Quid enim hi cum illis habent commune? Taceo quòd etiam inter veros, & non larvatos Episcopos, ac Apostolos ingens est discrimen, quod etiam ad vtrorumque auctoritatem & potestatem attinet.

Næ igitur Iesuita valde ineptus est Rethoriculus, & homo ridiculus, cum toti orbi Christianorum, non de meliori nota, noti sint. Quales etiam se & ipsos verè prædicauerunt, & graphice descripserunt, Legati Pauli 3. in admonitione ad Patres illic conscriptos, vt verissime in illis completum sit, quod de falsis Prophetis & doctoribus Synagoge Iudeorum minatus est Dominus. Adhuc sumetibi vasa Pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat, non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. O Pastor & Zach. 11.

Refutatio defensionis

Idolum, derelinquens gregem. Quæ, & alia longè grandiora, multò sunt notiora huius temporis Romanis Prælatiſ, quàm vt verbis ſit opus. Nec clam hæc ſunt, ſed ſicut Sodoma, peccata ſua prædicauerunt. Vide ſaltem admonitionem iſtam legatorum lectoris

32.

Quæ repetit in iſto contra propoſ. 32. de Prælatiſ ſuis, repræſentare eos Eccleſiam, ea in præcedentibus ſunt reſutata. Quod nobiſ impurat, quaſi ſentiamus omnes & ſingulos Laicos, tantumquam iudicaturos, Concilijs intereſſe debere, ſigmentum eſt Iehuſalem. Præterea & hoc ipſum falſo mihi attribuit, quod ſcripſerim; Chriſtum Laiciſ præcepſiſſe, vt ſibi à paſtoribus vel Epiſcopiſ ſeu legitimiſ ordinarijs Prælatiſ caueant. Abſit hoc à me. Sed hoc dico: Chriſtum illiſ præcepſiſſe vt à Pſeudoprophetiſ, & Pilatiſ Ieſuiticiſ ſibi caueant. Quia hi, eſi in loco ſuccedant, non tamen ſunt legitimi, ſed illegitimi: non paſtores, ſed lupi ſæuiſſimi & rapaciſſimi, non Epiſcopi, ſed Apoſtata. Sacra enim mutilant & profanant: quod nemo ignorat, niſi fortè Ieſuitæ quidam pertinaces hypocritæ. Verbum Dei non docent, ſi quando docent quidam, ſed traditiones humanas. Quod verò abſurdum id, & contra naturam eſſe docet, vt oues iudicent de paſtoribus: ſciat ille, quod Laici, etiam ſi Metaphoriçè oues dicantur, tamen non ideo Chriſtum eos velle ſtupidos, ſicut oues, eſſe debere. ſed in hoc naturam & ingenium ouiſ habere illoſ vult, vt audiant, & cognoscant vocem Principiſ paſtorum, illamque ſecernere norint à voce alienorum, quos non vult vt audiant, ſed vt ab eiſ auſugiant. Hæc Chriſti, non noſtra ſunt verba.

Sic Eccleſia Antiochiæna Paulum ſamoſatenum, ordinarium ſuum Epiſcopum ac paſtorem, audire noluit amplius, ſed depoſiuit. Plebs, inquit Cyprianus Martyr, maximè poteſtatem habet vel eligendi dignoſ ſacerdoteſ, vel indignoſ reſuſcendi: ſicut etiam Aduerſarij vel tandem conuiçtiſ Scripturarum autoritate, quæ tamen per exigua eſt apud ipſum, concedit, licet ægrè: Chriſtum Dominum, & Apoſtoloſ præmonuiſſe fideleſ, vt Pſeudoprophetaſ vitent. Sed ſerè nimium conſeſſiſſe videbatur, ideo ſtatim relabiſtur, & addit: Non autem vt Laici iudicent Prælateſ, quia vt plurimum ſunt rudiffimi rerum Sacrarum. Sed hoc veſtrorum Prælatorum culpa factum eſt, & vt rudiffimi maneant, ac aſinoſ potiuſ regatiſ Ieſuitæ, quàm oueſ Chriſti ad prata viridia, & innoxia paſcua deducatiſ, ſolique dominemini: ſtudioſè à ſacrarum literarum lectione & cognitione rerum ſacrarum veſtroſ arcetiſ. Et hoc modo opte

do optimè sibi suisque rebus Antichristus Romanus loco cauit, dum se iudicare omnes vociferatur, se autem à nemine iudicari.

Nec nos vnquam diximus, omnes & singulos Christianos habere donum discretionis spirituum, nec quouis sine discrimine ad iudicia Ecclesiastica admittendos, docuimus vnquam; sed delectum esse habendum. Et hoc addimus, quicquid Iesuita de suis Prælati audiendis dicat, multo plures passim reperiri Laicos, qui diligentius & feliciter in lectione Bibliorum Sacrorum versati sint, & etiamnum hodie versentur, rectiusque ea intelligant, quàm multi Prælati Iesuitici. Quia Dei beneficio, repleta est terra scientia Domini.

Quod ad notas ex Iohanne à Iesuita allatas, quibus falsi à veris Prophetis cognoscendi sunt: agnoscimus verba Apostoli. Omnis spiritus, qui soluit Iesum, &c. ex Deo non est, & hic est Antichristus: videamus & interpretationem: Iam ergo, inquit Augustinus, quæramus quis neget; & non attendamus ad linguam, sed ad facta, Et post. Non audio quid sonet, sed video quid viuar, opera loquuntur, & verba requirimus: Magis mendax est Antichristus, qui ore profitetur Iesum esse Christum, & factis negat. Ibidem Tract. 6. Imò ego conuincio, quia negas. Dicis voce, negas corde, dicis verbis, negas factis. **QVOMODO INQVIS, NEGO FACTIS? QVIA IDEO VENIT IN CARNE CHRISTVS, VT MORERETVR PRO NOBIS.** Ideo mortuus est pro nobis, quia charitatem multam docuit, quia scilicet maiorem quisquam non habet, vt ipsemet declarauit, quàm si animam ponat pro amicis suis.

August. expositiã
Epistola Iohan.
Tract. 3.

An hic, Iesuita, non intelligis, te cum tua factione soluere Iesum, ideoque vos esse Pseudopphetas, & Roman. Pontif. Antichristum: Nam quod probare conatur Iesuitæ, nos soluere Christum, quod vnitatem Ecclesiæ varijs dissensionibus & sectis diuiserimus, hoc dicit, quod impius Rex Achab Helix: Tu es qui perturbas Israël: sed audiat vicissim, quod ille regerit crimen, sibi à Rege intentatum, Non nos turbamus Ecclesiam Christi, aut diuisimus: se J vos Pontificij, qui relicto vnico vero Deo, securi estis Baalim, Idola quæ fecistis vobis. 14. opitulatores in necessitatibus. Solutis Iesum, quem verbis confitemini, factis negatis, nempe omnia beneficia, officia, & merita, omnia incommunicabilia, virgini Mariæ attribuitis, & alijs Diuis, à vobis confectis. In Psalterio Mariæ. In te domina speraui, non confundar in æternum, in gratiã suscipe me: tu es fortitudo mea, &c. In manus tuas Dominacomen- do spiritum meum, totam vitam meam, & diem vltimum meum.

Iohan. 7.

1. Reg. 18.

Psal. 30.

Refutatio defensionis

Pfal. 50. MISERERE MEI DOMINA, quæ mater misericordiæ nrm
Pfal. 109. cuparis, ET SECUNDVM VISCERA MISERICORDIARVM TVARVM MVNDA ME AB OMNIBVS INIQVITATIBVS MEIS. Dixit dominus dominæ meæ: sede mater mea à dextris meis. Tribuitur ei propitiatio, vita, salus. Vnde Maria dicitur Mediatrix, Auxiliatrix, Redemptrix, Illuminatrix, Aduocatrix, Scio, inquit (ex Antidotario animæ) quod omnia potes, quæ vis, ipsa misericordia & venia, nullidans repullam, VITAM AETERNAM MIHITRIBVAS. Item MORTVOS RESVSCITA. Idem de reliquis sanctis, ad quos fiducialiter nos recurrere iubent, vt eorum meritis & precibus ad immortalitatis gloriam perueniamus. Sancte Bartholomæe te deprecor, vt preciosis tuis meritis libera me ab omnibus versutijs Diaboli & insidijs, & erroribus, impugnatione, & damnatione, & illusione visibilis & inuisibilis hostis, in die furorum Domini, & in fine vitæ meæ, contra aduersarios meos, in adiutorium meum ventas, &c. Hoc ipsum sordidis suis, & panno menstruatæ similibus opellis tribuunt, OMNEM VIDE LICET ACTVM CHARITATIS ABSOLVTE MERERI VITAM AETERNAM: virginitatem, & cœlibatum, maximam esse peccatorum satisfactionem, & meritum vitæ æternæ, licet Christi passio principale sit meritum, propter quod conferatur gratia, apertio regni, & gloria: nunquam tamen est sola, & totalis causa meritoria, SED SEMPER CVM CHRISTI MERITO CONCVRRERE ALIQVAM OPERATIIONEM NOSTRAM, TANQVAM MERITVM DE CONGRVO VEL CONDIGNO RECIPIENTIS GRATIAM VEL GLORIAM.

An hoc non est soluere Iesum, qui ideo dictus est Iesus, quod populum suum saluum faciat à peccatis eorum?

Deinde addit, nos soluere Iesum, quod non integrum Christum sub specie panis in Sacramento Eucharistiæ, sed tantum corpus, & sub vini specie sanguinem solum contineri putemus. Atqui bone vir, non nostrum hoc dogma est, sed Christi instituentis: cum hoc tibi tuisque socijs negotium esse scias, cum hoc exoptula si placet: cur hoc, & non alio modo corpus suum & sanguinem exhiberi & distribui voluerit, ipse viderit, à cuius ordinatione recedere nobis integrum non est. Sed quis non videt, hoc telum (quod antè de me frustra dicebas) in caput vestrum recidere? An non enim in Eucharistia soluitis Christum? Imò planè discernitis eius corpus

Gabriel Buhel.

Thomas de Aquino.

Afotus in Catholicæ fidei assertionione.

eius corpus & sanguinem dimembratione, contra eius Institutum, mancam, mutilam, & sacrilegam exhibentes Laicis communio-
nem.

Secundum signum Pseudoprophetarum est, quod de mundo lo-
quuntur, & mundus eos audit. Hoc in nos competere dicit Iesui-
ta, quia ea dicamus, quæ grata sint mundo, & placentia illi. Non
esse ieiunandum, nec à cibis quibusdam aliquando abstinendum.
Nec opera bona requiri ad salutem. Præcepta Dei non posse ob-
seruari, nec votum castitatis obseruandum, &c.

Respondemus cum Christo, qui se ad Euangelizandum mansue-
tis & pauperibus missum esse docet, vt prædicaret annum pla-
cibilem Domino. Et Patrem suum Mundum ita dilexisse, vt fi-
lium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, non pe-
reat, sed habeat vitam æternam. Ideoque omnes male habentes,
peccatis oppressos, publicanos, & meretrices ad se vocauit, hosque
præcessuros Pharissæis dixit in regno cælorum. Quod igitur hæc
in parte, noue Pharissæe, cum tuis Maioribus facis, & contra Chri-
stum murmuratis, quod peccatores recipiat, quid hoc ad nos? An
propter vos doctrina Euangelij omittenda erat, qui clauditis cœ-
lum, ingredi non vultis, & eos, qui ingrediuntur, intrmittere non
vultis? De Mundo esse & loqui, est neglecto verbo Dei, sectari
Idololatriam & impietatem, confingere cultus, & alia scelera ac
flagitia. Sicut idem Apostolus ibidem inquit: Mundus totus in
malo constitutus est. Item: Omne quod est in Mundo, velut con-
cupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus vitæ, non
est ex patre, sed ex Mundo. Ita Monachi & Iesuitæ, qui iudicant
se à Mundo exire, obseruatione suorum Ordinum & Regularum,
maximè de Mundo sunt, & de hoc ipso loquuntur, quia verbum
Dei non audiunt, sed contemnunt, deprauant, corrumpunt. Id quod
vel ex huius solius Propositionis defensione nostra manifestum
est omnibus, qui non sunt amentes: Qui ex Deo est, verbum Dei
audit.

Miramini Iesuitæ cum Pharissæis: & dicitis murmurantes, cur
non ieiunatis Lutherani? Ieiunamus hypocritæ, plus quàm vos
omnes, qui luxu disfluitis rerumque omnium copia abundatis, in-
sarcitis ventres vestros cum Monachis, diebus ieiuniorum, in pran-
dijs oppiparis, & dubijs, vt vesperi cœnare non possitis. Quæ
vestra ieiunia, sicut Italorum deuotio, non vno valent obulo,
dum vos Deo obsequium præstare putatis prohibitione, & absti-
nentiâ ab esu carniû, quæ est doctrina dæmoniorum, iuxta spiri-

1. Timoth. 4.

Refutatio defensionis

tus sancti oraculum, & valde iste vester cultus à Christo immundus describitur, quod per secessum abeat.

Non negamus autem bona opera esse necessaria; sed nos ipsi remissionem peccatorum, salutem, & vitam æternam mereri, id verò pernegamus: quia hoc solius Christi passioni & merito debetur. Hic honor ipsi soli, soli inquam, debetur, & in solidum. Et donum est Dei in Iesu Christo, non meritum nostrorum operum.

Castitatem non modò ex voto spiritualibus esse seruandam, sed omnibus omninò hominibus, qui salutem volunt consequi, & in coniugio, & extra illud, docemus. Sine hac enim nemo Deum videbit. Sed quæ papatus sit & cælibatus illius spiritualium castitas, totus mundus videt, conqueritur, & deplorat, sed frustra. Cum vilitata sit apud illos sententia: Minus peccare sacerdotem scortantem, quàm vxorem propriam ducentem, iuxta illud Apostoli, Episcopum vnus vxoris virum pudicum, &c.

Tertium signum discernendi falsum à vero spiritu, secundum Iesum sicutam ex Iohanne, est; vt sit verax, qui doceat fideles, ne legitimos Episcopos & Prælatos suos contemnant, sed audiant. Nam qui nouit Deum, ait Apostolos, audit nos, scilicet legitimos & ordinarios pastores. Qui non est ex Deo, non audit nos.

Primum, nondum probatum est, Iesuiticos Prælatos nobis commendari audiendos, cum Apostolos audire iubemur. Quia Apostolici minimè sunt, quid igitur hæc ad eius Episcopos? Deinde multa alia spiritus ille veritatis docet, omnia nempe quæcunque Christus præcepit illis. Qui dixit suis discipulis: Si manseritis in me, & verba mea manserint in vobis, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem. Spiritus sanctus de Christo testatur. A quo, qui aliud annunciauerit Euangelium, etiam si Angelus de cælo, nescimus Prælatum, anathema sit. Et hic oportet Deo magis obedire, cum Petro, Apostolorum principe, quàm hominibus.

Tamen iam vt concedamus hoc ita leuissimè, quomodo docerit & probabit, suos Prælatos esse legitimos Ecclesiæ Christi doctores? Primum enim, quotusquisque illorum est qui docere possit, & recte secare verbum Dei, quod ne supremis quidem labijs gustauit vnquam? sed verè sunt ad Scripturam sacram, id quod Asinus ad lyram. Quotusquisque deinde est, qui faciat officium ipse, docendo plebes suæ fidei commissas, præter tribulares paucos quosdam? Et quidnam hi docent? Id ne quod Christus, discipulis suis valedicens, mandauit, vt ea, quæ ipse præcepit, doceant? Nequaquam, sed traditiones & doctrinas hominum: Loci iurisdictionem, Idolatricam sanctorum inuocationem, imposturas, & impietates

Impietates, Indulgentiarum Pontificiarum, & Missarum, nundinationes, peregrinationes, sigmentum Purgatoriū. De magicis consecrationibus olei, Chrismatis, herbarum, ignis, cineris, aquæ, salis, cereorum, placentarum, ex quibus omnibus & singulis, bonis alias Dei creaturis, diabolorum myriades exorcisant. Hisque creaturis per suam magiam, mirificam quandam virtutem spiritualem & corporalem conferri narrant in Pontificali. Taceo iam etiam impietatem doctrinæ, quæ ex diametro cum Apostolorum doctrina, quam illi cum suis maioribus deprauarunt & corruperunt, prope modum in omnibus, pugnat.

Quid igitur habent hi tales, quo se Apostolorum successores legitimos, & pastores, ac non potius lupos esse doceant? Loci successione scilicet. Cum verò Ecclesia non sit, instar regnorum huius mundi ad certum locum, & personarum in loco certo successione alligata: vt regis vel Principis filio necessario subditi obtemperant, quia hæres legitimus. Christus verò dicit, regnum suum non esse de hoc mundo, cumque de primatu certarent Apostoli, diremit litem, inquit, vos autem non sic. Nec in loco consistit successio Apostolorum, sed in eorundem doctrinæ professione. Aedificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum Domino. Hieronymus non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum. Operum sanctorum Apostolorum præcipuum fuit, docere ea, quæ à Christo audierant. Sic Chrysostomus: Videte ergo fratres, quomodo sedeat super cathedram, quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum sanctificat. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit cathedræ: qui male sederit, iniuriam facit cathedræ. Sic Apostolus legitimum describit Episcopum, vt sit potens in doctrina, & exhortatione ad veram animi pietatem, quæ est in Christo: sit didacticus: sincere verbum Dei doceat: recte illud fecer, ex eoque obturet ora contradicentium: Et quod ad priuatam vitam attinet, typus sit fidelium in vita & conversatione, castus, pudicus, vnus vxoris vir, &c. 1. Tim. 3. Tit. 1.

Tales sibi dari petit & desiderat Ecclesia Episcopos, quos audire, eisque se subijcere parata est. Vestri autem Iebusæ, quales sint, nemo est, qui ignoret. Manifestos & palpabiles errores plurimos fouent, falsa dogmata, & Idololatriam multiplicem defendunt, Sacramenta diuinitus instituta, mutilant, conspurcant, prophanant. Veram Dei Ecclesiam, homines pios & innocentes plus quam Neroniana crudelitate persequuntur.

Refutatio defensionis

Et hæc causa est Iesuita, cur aduersarius tuus Tubingensis, Laicos fideles non ad obedientiam tuorum Prælatorum hortetur: quia nec legitimi sunt pastores, sed lupi, nec si pascant, ad pascua lata, sed veneno infecta deducunt: ne vnâ cum cæcis ductoribus in foueam cadant. Ideoque cauere sibi ab his monentur. Vnde nec fallax est, nec mendax, sed verax spiritus.

In te verò & tuam factionem, & hæ & aliæ notæ Antichristi competunt, quas Apostolus vocat doctrinas dæmoniorum. Et vt ab omnibus facillè Pseudoprophetæ & doctores, à Diabolo excitati & missi, agnosci possint: notas addit, in sensus incurrentes, ne quisquam falli, nisi sponte velit, possit: Prohibentium, inquit, nubere, & cibos, quos Deus creauit. Nulla vnquam memoria delebit vobis has doctrinarum dæmoniacarum notas, Iesufæ.

33. 34.

Defensio assertionum Iesuitarum, contra meas propositiones
33. 34. ἀπολογία, & miserum effugium habet, quo à se crimen
» falsi amoliri, sed frustra conatur. Fatur enim ipse Iesuita, se verò
» bis Apostoli, obiter occurrentibus, Actorum 20. pro suis vsurum,
» vt illis explicaret, esse quædam sacra Scripturæ loca, quibus Eccle-
» sia pro Episcopis & pastoribus illis accipiatur, quales ab Aposto-
» lo, prædictis verbis describuntur. Cum igitur reum habeamus
» contentem, nihil opus est prolixius disserere.

Vbi tamen querere vnum libet, num sui Episcopi & Prælati Ecclesiæ tales sint, quales ab Apostolo dicto loco describuntur: & num sedulo ita munus Episcopale obeant, & faciant docendo, exhortando, sermone sincero, & incorrupto verbi Dei:

35.

Proposit. dixi, pleroseq; Episcopos Romanos, & Prælatos, ad sacram Scripturam tractandam esse asinos ad lyram, & placentis nos: in qua oppugnanda prorsus est elumbis aduersarius, imò mutus, ac planè insolitam, quam etiam hic mirifice prædicat, & præter suum morem præstat patientiam: cum alias non mihi solum non parcat, sed nec toti nostræ Ecclesiæ, doctrinæ, & doctoribus. Quid igitur causæ sit, insolentis patientiæ, cuius magnum quoddam sperat à Deo præmium, mihi cogitanti, aliam videre aut inuenire non potui, quàm eum sibi male esse conscium in hoc negotio, Ideoque patientiam sanctus vir & Christi Martyr prædicat & præstat.

Sed ne nimis magna sit & gloriosa ipsius consolatio, quam, vt ait, ex verbis Augustini concepit, quod ab inimicis Ecclesiæ, cum ipsa

ipsa Ecclesia sua criminatur: Age eripiamus illi eam, & audiat grauiora & atrociora à suæ Ecclesiæ columnis, quàm inimicis, vt vel hinc tandem omnes cognoscant, & ipse quoque Iesuita videat, si tamen non planè est excaecatus splendore, pompa, luxu, & maiestate suorum Prælatorum: Cuiusmodi Episcopos & Prælatos atque pastores, legitimos Apostolorum successores, & viros Apostolicos, Ecclesiam repræsentantes, nobis commendet, & audientes proponat.

Adrianus Papa, eius nominis sextus. Scimus in hac sancta sede, aliquot iam annis, **MULTA ABOMINANDA & VISIBILIA, abusus in spiritualibus, excessus in mandatis, ET OMNIA DENIQUE IN PERVERSVM MUTATA.**

Delecti Cardinales in suo ad Papam consilio. Quoniam sanctitas tua in spiritu Dei erudita, probe nouerat principium horum malorum inde fuisse, quod nonnulli Pontifices, prædecessores tui, prurientibus auribus, vt inquit Apostolus, coaceruauerunt sibi Magistros ad desideria sua, non vt ab eis discerent, quod facere deberent, sed vt eorum studio, & calliditate inueniretur ratio, qua liceret id, quod liberet. Ita quod voluntas Pontificis qualiscunque ea fuerit, sit regula, qua eius operationes & actiones dirigantur. Ex quo procul debito effici, vt quicquid libeat, id etiam liceat. Ex hoc fonte sancte Pater, tanquam ex equo Troiano irrupere in Ecclesiam Dei tot abusus, & tam grauisissimi morbi, **VT PER NOS, PER NOS INQVIMVS, NOMEN CHRISTI BLASPHEMETVR APVD GENTES.**

Primus abusus in hac parte est ordinatio Clericorum, ac præsertim presbyterorum, in qua nulla adhibetur cura, nulla diligentia, quod passim, **QVICVNQVE SVNT IMPERITISSIMI,** sint vilissimo genere orti, sint malis moribus ornat, sint adollescentes, admittantur ad sacros ordines, & maximè ad presbyterum.

Alius abusus maximi ponderis est, in collatione beneficiorum Ecclesiasticorum, maximè curatorum, & præ omnibus Episcopatum, in quibus vsus inualuit, **VT PROVIDEATVR PERSONIS, QUIBUS CONFERRVNT BENEFICIA, NON AVTEM GRÆGI CHRISTI ET ECCLESIAE.**

Postea ambiunt præterea Cardinales à Regibus & Principibus Episcopatus, à quibus postea dependent, nec possunt liberè sententiam dicere, imò si possent & vellent, fallerentur tamen passione animi, iniudicando perturbati.

Hadrianus Papa 6. instruct. legatis sui ad Comitata Norinbergam anno 1522.

Consilium delectorum Cardinalium de emendanda Ecclesia ad Paulum. 3.

Refutatio defensionis

Contentuales ordines, abolendos esse putamus omnes. Adeo enim multi sunt deformati, vt magno sint scandalo secularibus.

Abusus magnus & perniciosus est in gymnasijs publicis, præsertim in Italia, in quibus multi professores philosophiæ, impietatem docent. Imò in templis fiunt disputationes impijsimæ, & si quæ sunt piæ, tractantur in eis res diuinæ coram populo valde irreuerenter.

Ex admonitione legatorum sedis Apostolica ad Patres in Concilio Tridentino.

Nostram ambitionem, nostram avaritiam, nostras cupiditates, his omnibus malis populum Dei prius affecisse itarim inueniet, atque harum vi ab Ecclesijs pastores fugari, easq; pabulo verbi priuari, bona Ecclesiarum, quæ sunt bona pauperum, ab illis tolli; indignis sacerdotia conferri, ET ILLIS QUI NIHIL A LAICIS, PRÆTERQVAM IN VESTIS GENERE, AC NE IN HOC QVIDEM DIFFERUNT, DARI. Quid enim horum est, quod negare possumus, per hos annos à nobis factum esse? Quod si pro meritis nos Deus castigaret, iam pridem sicut Sodoma & Gomorra fuissetus.

Hic ex tuis Prælati summis, audis Iesuita, decantari proprias laudes.

Verba ex Actis
Concilij
Constant.
descripta.

Non possum hic facere, quin exemplum & idæam etiam Pontificis Romani, tanquam typum viuum, ex actis Concilij Constantiensis, Sess. 7. subiiciam, ipsum dominum Iohannem, 23. Papam criminibus hæresis Fautorix huius præsentis schismatis: Simonix mala administratione, & notoria dilapidatione bonorum, & iurium Romanæ Ecclesiæ, & aliarum Ecclesiarum, & alijs criminibus grauibus nedum infamatum, sed illis notorie in scandalum veræ vniuersalis Ecclesiæ irretitum, & in suis actibus & operibus, vita & moribus notorie Ecclesiam Dei scandalizantibus, incorrigibilem. Ex Sess. 21. ibidem de eodem, Procuratores Concilij denunciant Concilio, & ponunt, & si necesse sit, probare intendunt 54. articulos, crimina horrenda & atrocissima, continentia, per sex integra folia. Quod à tempore iuuentutis sue fuit homo male indolis, inue recundus, impudicus, mendax, parentibus suis rebellis. Simoniacè cumulauit diuitias, & ad Cardinalatum per simoniam peruenit. Tyrannus, impius, iniquissimus, DIABOLVS INCARNATVS, auctione beneficia vendidit, avarus, omnia sacra habuit venalia, cumulauit vicia, dilapidauit Ecclesiæ patrimonia, veneficus, homicida, fra-

cida, fratrum interemptor, carnis vicia per omnia colens, incontinens, & infinitis criminibus irretitus, Spoliator Ecclesiarum & Monasteriorum, stipendia professoribus abstulit, studia extinxit, Alexandrum Papam, & eius medicum, vt veneno extinguerentur machinatus est, prout extincti sunt. Cum vxore fratris sui & cum monialibus incestum, cum virginibus stuprum, & cum coniugatis adulterium, & alia incontinentiæ crimina commisit. **DOGMA** **TISAVIT VITAM ATERNAM NON ESSE, NEQVE** **ALIAM POST HANC.** Quin imo dixit, pertinaciter credidit, animam hominis cum corpore mori & extingui, ad instar animalium brutorum, dixitque mortuum temel, esse eum in nouissimo die minimè resurrecturum, &c. Nec vult vllam responsonem ad prædictos articulos parare, sed in omnibus Concilij decretis se subiecit.

Hic plurimos reliquit successores, & dociles discipulos.

Ecce hi sunt Prælati, propria ipsorum Confessione, non vi extorta, sed sponte ædita, non à nobis conficta, sed à capitibus & delectis prodita, quos nobis Iesuita audiendos commendat: quod nisi faciamus, falsi sumus Prophetæ, Antichristi, & non ex Deo.

Quod si de singulis tam seuerum institueretur examen: quid futurum esset, facile prudentes intelligunt. Sed ab illo tempore, exemplo hoc admoniti Pontifices Romani, prudentiores hac in parte sunt redditi, loco sibi cauerunt. Vnde de hoc eodem Ioanne 23. dicitur: quod se longè atrocius, quam illa superiora designasse responderit: omnibus obstupescens, & quærentibus quidnam illud sit? dixisse fertur, quòd Alpes transierit. Quasi diceret, si Romæ mansisset, se loco contra accusationes eiusmodi turū futurum, cum nemo talem contra ipsum actionem, in Romana sede existentem, instituere, ausus fuisset.

Sed forte iam post consilium illud Cardinalium delectorum, & admonitionem legatorum, adeoq; subsequutam reformationem in Concilio Trid. scilicet institutam, omnia in Ecclesia, eiusq; ordinibus, sunt emendata: Verum hæc omnia merum sunt ludibrium, quo Deo, Ecclesiæ, & toti mundo fucum faciunt, amplis promissis, & verborum ampullis fumos vendiderunt. Quia omnia manent in veteri statu. Sicut erat in principio Papatus, ita & nunc, & in secula seculorum. Incessabiles peccato vocat D. Petrus, & hic de Ioanne 23. incorrigibiles.

Modus esse debebat inter viros doctos, & vbi de rebus grauibus, maximè Theologicis agitur, tenuium cauillationum. Sed qui malam fouent causam, quam defendere non possunt, quia victos se fatent

Refutatio defensionis

se fateri pudet: ideo sicut qui in aquis submerguntur, querunt etiam minutissima, & apprehensa mordicus retinent, nec dimittunt: aut quemadmodum furor arma ministrat: ita aduersarius meus Iesuita Prælatos suos excusare ab inscitia, & Scripturæ sacræ ignorantia non potest, multo verò minus defendere: imò his neglectis, ad quæ respondendum illi fuisset & sic de rebus ipsis: suo more, ex nostris propositionibus contradictionem hic quærit, ne omnis nõ elinguis, & tacere videatur, quod turpe esset, vt vel hoc modo respondisse videatur.

- » Cum enim supra 17. dixissem: cum de Ecclesia dicitur, eam so-
- » lam, veram & genuinam tenere Scripturæ sacræ sententiam, non
- » intuendam esse multitudinem capitum, & Prælatorum: sæpe enim
- » multitudinem illam ingentem errare, & ad ingentem redigi paucitatem, recte sentientes. Iam in hac 36. contrarium me asserere
- » ait, dum concedam capitum & Prælatorum multitudinem, in Concilio controuersias religionis diiudicare posse: Et paucos, videlicet Romanum Præfulem in suo Consistorio recte sentientes calumniar, quod ille Concilij decreta confirmare præsumat.

Respondeo. Me nequaquam, vt calumniatur Iesuita, contraria dicere, vt ipse falso colligit. Est enim conditionalis hæc 36. propositio, quæ ita habet: Et vt maxime illi (Iesuitici Prælati) vel ea præstarent eruditione, vt possent, aut si etiam vellent officium facere, &c. Hanc esse conditionalem & hypotheticam omnes vident. **VT MAXIME POSSENT &c. ET SI VELLENT,** &c. quæ nihil ponunt (vt loquuntur) vt si dicam (hoc enim Dialectici in Conditionalibus exempli causa proponunt) si asinus volat, habet pennas vel, est alatus. Hic non dico asinum volare, nec dico, eum pennas habere. Ita nec ego asinimo, vestros Prælatos, ita excellere doctrina, & cognitione sacræ Scripturæ, vt controuersias religionis, & dogmata Ecclesiastica ex illa diiudicare possint: nec ita affectos esse, vt velint facere officium, vt tunc nos illis res tantas, & iudicium de illis concedamus: sed Ecclesiæ veræ, hoc est, **RECTE SENTIENTIBVS** in vtraque propositione iudicium tribuo, siue iam illi pauci, vt in 17. habetur: siue multi, vt in hac 36. fuerint. Nec enim vel multitudine, vel paucitate recte sentientium veritas æstimanda est, sed aliunde de ea iudicium faciendum. Et hæc ad calumniam aduersarij respondere volui.

Quod verò ad Præfulem Romanum, quem & Christi vicarium, & D. Petri successorem, & Ecclesiæ caput vocat, quem iure diuino Gomitijs præesse dicit: (de quibus iam non est disputandi locus,

locus, eum peculiare nostræ de ijs titulis extant Disputationes.)
 Miror quod non cum alijs, vt sentit, ita loquatur, videlicet ipsum
 supra comitia esse: cum non solum per suos Legatos illis præsit:
 sed etiam supra illa se esse iactitet, & hanc eius potestatem liben-
 ter illi agnoscant, suaque delecta ei subiiciant omnia. Sicut proximi-
 mum Tridentinum Concilium declarat, ita omnia in eo decreta
 fuisse, vt in his salua semper auctoritas sedis Apostolicæ & sit,
 & esse intelligatur, mutandi scilicet, quæ displicent.

In Concilio vero Constantiensi Sess. 4. contrarium est decre-
 tum, nempe Concilium esse supra Papam, & Papam debere obedire
 Concilio. Similiter & Concilium Basiliense idem confirmauit Sess.
 12. sicut & in appendice eiusdem, libellus Ioannis Patriarchæ Antio-
 cheni est additus, quo hoc ipsum prolixè probatur.

Sed exemplo Constantiensis Concilij edocti Pontifices Romani
 contrarium per suos adultores fecerunt decretum: Romanum
 Pontificem supra Concilium esse. Itaque errarunt duo hæc Conci-
 lia in summo articulo fidei Papæ. Quare rectè sequitur: Genera-
 lia Concilia, etiam in spiritu sancto legitime congregata, errare
 posse.

Heus hæretice Lutherane, quid dicis? Non fuere hæc legitima,
 sed illegitima Concilia, quia caruerunt vtraque capite Pontifice
 Romano. Nam & Ioannem 23. deposuerunt. Et Eugenius 4.
 citatus, comparere in Concilio Basiliensi noluit, territus vestigijs
 Constantiensis. Imò fuerunt ἀκίφραλα. Mirum ergo non est,
 quod turpissimè errauerunt circa decretum de superioritate Con-
 cilij.

Sed mittamus iocos: serio enim & Lutheri & mihi irascitur, & ^{ce}
 insultat: quod non potius mirer Lutherum, qui priuata temerita- ^{ce}
 te, & inconsulta præsumptione non tantum iactauerit, se super ^{ce}
 omnia Concilia esse, Sed etiam (vah, inquit, hominis impudentia ^{ce}
) supra ipsos angelos Dei.

Respondeo, Lutherus nec priuata auctoritate, multò minus in-
 consulta temeritate ius sibi supra Concilia sumpsit, sed auctoritate
 diuina, auctoritate, inquam, diuina sacrosanctæ Scripturæ Cano-
 nicæ, quæ ius tribuit, potestatem, & auctoritatem damnandi impia
 Conciliorum decreta, cum verbo Dei pugnantia; & etiam supra
 Angelos Dei. Gal. 1. Si nos aut Angelus de cælo euangelizet, præ-
 terquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.

Sed quid ego mirer in hoc Lutherum? Cur vos Iesuitæ in hoc
 non potius miramini Gersonem Doctorem alias Pontificium,
 qui ius

Refutatio defensionis

qui ius hoc tribuit simplici, non authorizzato Laico? Quod huic veniale est, Luthero mortale peccatum, imò piaculum. An non enim rectè, piè, sanctè, & iustè, nulla temeritate, vel præsumptione, sed autoritate planè diuina, sacrilegum Conciliabuli Constant. decretum de mutilatione coenæ Dominicæ damnauit Lutherus?

In me quoq; inuehitur, qui tam damnem Concilia **QVÆCVN**
QVÆ (in quo luculentam mihi facit iniuriam, non enim quæcun-
que sed quorundam tantum impia damno decreta) quam eorum
caput visibile, nimirum Christi vicarium, idque contra mani se-
stum Dei verbum: Nolite tangere Christos meos, &c. Item: Qui
vos tetigerit, tangit pupillam oculi mei.

Noui hæc Scripturæ S. testimonia, partim de Patriarchis p̄s, partim de sanctis omnibus in Ecclesia N. Testamenti dicta, qui etsi non oleo externo, aut Chrismate, tamen spiritu S. quem accipiunt, vncti sunt. Quæ nihil ad laruos Pontifices, rancido oleo, & axungia vestra, magicè consecrata, inunctos. Nec de villo Christi vicario in terris, Ecclesiæ uel capite ex sacris literis nobis constat, cum ipse Christus se assuturum Ecclesiæ disertè receperit, omnibus diebus, vsque ad seculi consumationem.

Cyprianus de simplicitate Prælatorum.
Id. in sententijs Episcoporum.

Quod verò auream, vt loquitur, sententiam ex Cyp. Epistola ad Cornelium Papam adfert: cur non & alias eiusdem legit, cum dicit: Hoc erant vtrique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi, & honoris & potestatis, &c. Item, Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Et idem iterum: liberum esse debere sententias Episcoporum, ne quisquam diuersum sententiam condemnet. Neque enim quisquam nostrum Episcopum se Episcoporum, inquiens, constituit, aut tyrannico more ad obsequendi necessitatem collegas suos adegit. Quilibet enim habet potestatis suæ liberum arbitrium.

De serinio pectoris Pontificij, in quo omnia iura sint, quod sibi
sumpsit Bonifacius 8. & repetiuit Paulus 2. ineptè hoc me irridere
dicit, quia de Canonicis tantum & humanis loquatur. Qua interpre-
tatione, fortè non magnam reportabit à Pontifice R. gratiam, qui
non æquo seret animo, potestatem suam immensam, tam angustis
includi terminis. Sed quomodo hæc interpretatio conuenit cum ijs,
quæ alibi iactantur? Quod suprema sit eius potestas, adeoque abso-
luta præcipiendi, quam habeat, vt vult, vt Franciscus de Ripa affir-
mat: ita vt Deus habeat rata, **QVÆCVNQVE FACIAT** Papa, Sigis-
mund. Loffredus. Cum sit omnia, & super omnia Bald. Ita vt
possit facere omnia, quæ Deus facit, Decius & Ludouicus Gomezi-
us. Adeo,

us. Adeoq; fertur contra ius, & supra ius est, & extra ius, OMNIA
 POTEST, Philip. Decius. omnem illi datam esse potestatem in coe-
 lo & in terra, quæ se extendat ad coelestia, terrestria, infernalìa. An-
 thon. Florent. Possè secundum plenitudinem potestatis, de iure, sua
 pra ius dispensare. Quòd vel Petri sedes Papam faciat sanctum, si
 cut Papa Symmachus iactitauit. Et contrarijs Petro viuens mori-
 bus, nihilominus verus sit Pontifex. Quòd Papa potest contra Be-
 pistolas Pauli statuere, Carolus Ruinus, quia maior Paulo. Nec
 disputandum, quin Papa omnia possit, Marianus Socinus. Cui De-
 us omnia subiecerit sub pedibus, Barbaria. Ideoq; omnia Papæ li-
 ceant, secundum Hostiens. Papæ potestas maior Apostolo, cuius
 dictis possit derogare, secundum Rotæ Decisiones. Audis Iesuita,
 quid in serinio pectoris Pontificij latet, quàm immensa sit illius
 potestas & licentia? Quæ supra & contra sit Apostolum, ac ma-
 ior Deo ipso, qui nihil potest contra Apostolum Paulum statuere.

Das heißt dich
 der Tenssel.

Postremò non ego auream, verissimamq; D. Augustini de Con-
 cilijs sententiã, saluberrimamq; eorũ autoritatem irrideo; sed vos
 Pontificij illorum autoritatem prostituitis: dum libidini aut ty-
 rannidi potius vnus hominis miserì, etiamsi idiota sit, & immem-
 mor sui nominis, ea subijcitis, cui pro suo arbitrio liceat aliorum
 acta rescindere, vt Paulus 2. de se gloriatus est.

Et quod ibi diuinus est Iesuita, dicens: Vide quò tendat Tubin. ^{cc}
 genis, me scilicet ideo facere, quòd mihi metuam à concilijs, quòd ^{cc}
 per ea semper hæreses damnatæ & profligatæ sint. R. Nequaquam
 subterfugimus legitimã Conciliorum verorũ cognitionem, sed op-
 taremus verã & legitimam Conciliorũ Institui formam. A quo autẽ
 Pontifices Ro. potissimum semper sibi metuerunt, atq; fugerunt,
 causę suę diffidentes. Nam in tali ipse Pontifex Ro. cum suis, de do-
 ctrina coelesti corrupta, multiplici hæresi, & moribus deprauatissi-
 mis, reus non solũ ageretur, sed etiam conuinceretur. Ideo nullum li-
 berũ Conciliũ Pontificiũ sperari potest, cum nemo admittatur, nisi
 Papæ coniurati seruuli, ac mancipia, prius iuramento illi obstricti
 & deuincti. In quo ipse actor est & iudex summus, iure nullo, cum
 reus esset à nobis agendus. Ideoq; expectandus est aduentus vnici
 & veri Iudicis viuorum et mortuorum, qui inter partes, quod iam
 in suo verbo fecit, tum publicè pronuntiabit, & sententiã feret. Sed
 hac, per Pontificem Rom. prouocatione ab ipso ad tribunal Dei,
 vt non licet; quòd à Papa ne quidem ad Deum appellari possit, vt
 à quibusdam disputatur. Et ipse iudicat omnes, à nemine verò ipse
 iudicandus, Iohan. de Anania. Et Deus subiecit Papæ omnes leges:
 & ipsius celsitudini, nulla lex imponi potest. Fortunius Gorgia.

Refutatio defensionis

Hæc quæso te, mi Iebusæ, quomodo cum interpretatione scri-
nii pectoris Pontificij à te facta conueniunt? Mirabile sanè scri-
um, miræ opes, gemmæ, & thesauri omnis sapientiæ & scientiæ
in eo sunt reconditi.

37. 38. 39. De his tribus Propositionibus sicut aduersarius, ita nos quoque
ad ea, quæ à nobis supra 28. dicta sunt, lectorem remittimus.

40. De senioribus 70. agitur, qui nam illi fuerint, & quod eorum
officium. Habetur autem utrobique Exod. 18. 19. & 24. Simi-
liter & Num. 11. Quibus in locis eorum sit mentio, seniores po-
puli, seniores domus Israël, & principes eius, atque optimates ex
omni populo fuisse. Et manifestum est ex Mose, quod singulæ tri-
bus suos habuerint duces, siue principes, seniores, atque optimates,
contribules ex omni populo. Ad hos Moses initio refert mandata
Dei Exod. 19. omniaq; verba Dei. ibidem 24. & quærit, num ea
velint recipere, Dominum pro Deo suo agnoscere, & in leges quas
ipsis præscripserit, easque ordinationes Ecclesiasticas, & formam
Reipublicæ consentire. Hæc fuit Propositio in Concilio, siue co-
mitijs istis, quæ Moses cum optimatibus celebrauit. Vbi certè
non de prophanis rebus actum est, politicis, aut forensibus: sed de
tota Religione fuit deliberatum. Postea enim Moses narrauit
omnia verba legis diuinæ populo, qui in hanc Propositionem
consentit, & omnis vna voce respondit & dixerunt: omnia ver-
ba quæ locutus est Dominus, faciemus. Et sic cum populo con-
sentiente, Deus, Mose mediator, foedus iniit.

Quemadmodum & Iosua Dux, ante vitæ suæ finem Comitia
Iosua vlt. indixit, congregans omnes tribus Israël, vocans seniores, Israëlitis ca-
pita, eiusque Iudices, ac præfectos, qui steterunt coram Domino,
& iterum de tota religione agitur. Propositio est, vt ibidem ha-
betur, timere Dominum, & seruire ei in perfectione & veritate, &
auferte Deos, quibus seruierunt Patres vestri trans flumen, & in Æ-
gypto, & seruire Domino. Quod si molestum est vobis seruire Do-
mino, eligit vobis hodie, quos colatis: siue Deos, quibus seruire-
runt Patres vestri, qui fuerunt trans flumen: siue Deos Amorrhæo-
rum, in quorum habitatis terra. Ego verò & domus mea coles-
mus Dominum. Cui respondit populus, dicens: Absit à nobis
vt derelinquamus Dominum, & seruiamus dijs alienis. Dixitque
Iosua ad populum, non poteritis seruire Iehouæ: quia Deus san-
ctus est, & fortis æmulator, non parcat sceleribus vestris atque pec-
catis.

catis. Si dereliqueritis Iehouam, & serueritis Deo alieno, conuertet se, & affliget vos, &c. Cui respondit populus, Nequaquam: sed Iehouæ seruiemus. Dixitq; Iosua ad populum: Testes estis contra vos quod vos elegeritis vobis Iehouam, vt illi seruiatis. Et dixerunt Testes. Nunc ergo auferite Deos alienos, &c. Percussit itaq; Iosua foedus cum populo in die illa, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem, scripsitque verba ista, Iosua, in libro legis Dei, &c.

Sed quid prophane Dux, laice, cum populo, laicis imperitis hominibus, qui negocia religionis non intelligitis, nec ad vos pertinet ista tractare, de Religione decernitis, abrogata veteri & auita Maiorum vestrorum piorum Religione, & dijs, quos coluerunt illi, nouam instauratis Religionem? Non vestri hoc est officij, qui politica & œconomica curare debetis, & hæc relinquenda & demandanda erant Eleazaro sacerdoti summo, cum collegio sacerdotum, qui erant typi Cardinalium & Episcoporum ac Prælatorum. An verò non metuitis, ne vel Paulus 3. Pontifex Romanus Breui Apostolico misso, quod fecit Carolo quinto, cum is Nationale Comitium promississet Germanis, veniat, & vos excommunicet? Vel Iesuita aliquis, homo religiosus surgat, & de subfellijs, tanquam iniustos possessores, sua graui oratione vos deturbet? Bene ergo factum, quòd loco vobis caueritis.

Sed quantum Moses fidelissimus in omni domo Dei donis Spiritus S. excelluit Pontificibus Romanis, Cardinalibus, Prælatibus, Episcopis, ac Iesuitis omnibus: tanto etiam pluris faciendum est non solum votum eorum, verum etiam iudicium cum pietate coniunctum, & ex eodem Dei spiritu profectum. Is enim cum admoneretur ab eodem hoc suo ministro Iosua, vt Eldad & Medad in castris prophetantes prohiberet, respondit: Quid æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?

Sed quis, bone Moses, hic futurus esset ordo, imò potius, quæ consilio? Oves ne pastorem palcerent? Contra naturam hæc sunt, si Iesuitæ fidem habebimus.

Quod igitur Iesuita quærit, qua ratione aduersarius probabit, hos seniores nec sacerdotes, nec Pontificios, nec ex tribu Leui fuisse: quandoquidem iam Aharon Pontifex constitutus, & Leuitæ cultui, ac ministerio sacro deputati erant?

Respondet: iam probaui ex verbis textus. Diserte enim dicit Dominus: Congrega mihi 70. viros e senioribus Israël, quos nosti,

Refutatio defensionis

mosti, quod sint seniores populi, & principes eius. Sed forte, quia
tam Episcopi simul sunt principes populorum, nec tamen confun-
duntur officia, quia in Episcoporum personis non sunt incompati-
bilia: ideo etiam illi principes populi Israelitici, ac seniores, fue-
runt simul Leuitæ ac Principes, secundum Iesuitam nostrum. Eo-
quidem Aaron, quod addit, tam tum Pontifex fuerat constitutus:
sed Moses, Iudicem & Regem semper coniungit cum sacerdote
summo, Deut. 17. in dijudicatione controuersiarum. Habet ergo
Iesuita, qui nam seniores illi populi fuerint.

41.

Quadragesima prima Propositio habet. Sint sanè & dicantur
Episcopi, & pastores Ecclesiarum, capita, Prælati, Præpositi: sed
faciant officium, pascant & regant Ecclesiam, fidei suæ demanda-
tam, VERBO DEI SYNCERO, Sacramenta legitime, secun-
dum institutionem diuinam administrent, baculo & virga pasto-
rali vtantur. De titulis & appellationibus non odiose litigabi-
mus cum eis, vel quoquam: sed agnoscamus & recipiemus eos.

Hic verò Iesuita tripudiat, triumphat serio, & io Pæan canit,
Deo gratias agit, quod illuminatus Deo gloriam dem, & verita-
tem agnoscam, & ipsius Episcopos, agnoscam legitimos Episco-
pos, Prælatos, & Præpositos concedam, ideoque audiendos, &
nequaquam iudicandos. In quo plurimum sua opinione fallitur
vir bonus. Cum enim non modo officium non faciant: sed planè
contrarium, ideo Christo benè monente, tanquam lupi sunt cauen-
di, & Pseudopphetæ.

» Deinde multa, de quibus non est inter nos controuersia, de ver-
» bi & Sacramentorum efficacia, quod non à personæ dignitate de-
» pendeat, prolixè disserit & probat à Bileam, eiusque asina, & Cal-
» pha prophetisante. Item de nonnullis abusibus, qui non tollant
» rei substantiam, & vicijis quibusdam suorum, quæ non excusant,
» quæ nos sola, tanquam festucas videamus, grauiora autem à no-
» stris committi. Atqui nobis non de vitijis disputatio est, sicut etiam
» in tota disputatione nostra nullam eorum fecimus mentionem:
» sed de doctrina & Sacramentorum legitimo vsu. Hoc κρισιμικον
» est. Sed hæc Iesuita astute dissimulat. Interim vt aliquid dicat ge-
» neralibus de verbi & Sacramentorum efficacia, quæ à nobis nec
» negantur, nec impugnantur, duo complet solia.

Non temerè nec incogitanti mihi excidit, quod dixi: Nec ego
primus hoc dixi: sed hoc nostri in Comitijis dixerunt Augustæ,
quod

quod suprà mihi obiecit Iesuita. Et hinc responsum habes ad illa, quæ suprà contra nos, ex nostra confessione, de Episcoporum iurisdictione attulisti. Non odio personarum aut ordinis Episcoporum quicquam dicimus, scribimus, facimus: nihil nobis gratius aut operabilius contingere possit, quàm videre, & audire Episcopos facientes officium in Ecclesia filij Dei. Da itaque nobis tales, qui sacram Scripturam didicerint, intelligant, dono docendi valeant, Scripturam sacram rectè secent, secundum fidei analogiam interpretentur, Sacramenta iuxta Christi institutionem administrent, & ut vno verbo dicam, da Episcopos Paulinos, qui faciant, ut habet nostra propositio, officium in Ecclesia docendo verbum Dei syncerum, & Sacramenta iuxta Christi institutionem, legitime administrando, & agnoscemus illos pro legitimis Prælati. Quid tibi vis amplius mi Iesuita? Et sic pax erit, concordia, & veritas in Ecclesia: per nos enim non stat, quò minus pia fiat pax. Sicut Christus audiri præcepit Scribas & Phariseos, sedentes super cathedram Moïsis, & omnia quæcunque præceperint facienda, Quid, etiam ne cum impia docent, qualia multa docuerunt? Nequas quam verò, hinc enim à fermento illorum cauere voluit, & Pseudo prophetas, ac lupos rapaces fugiendos: sed cum super cathedram Moïsis sederint. Tum autem super eius cathedram sedent, cum eius doctrinam, non sua somnia & traditiones maiorum proponunt auditoribus: Sic si Iesuitici Prælati sacram Scripturam, eiusque genuinam sententiam docerent, omninò audiendi essent, etiamsi mores non per omnia essent doctrinæ conformes. Sed interim nondum vestros agnoui pro legitimis Prælati audiendos, sicut tu male colligis, ex conditionali siue hypothetica propositione, categoricam faciendo, idque non ignorantia præceptorum Dialectices sit, sed ex malitia, & aperta tua sunt retia. Non enim dicens: si asinus volat, est alatus: ideo asinum volare dico. Ita non licet tibi colligere: Tubingensis dicit, si Episcopi faciant officium, tunc se illos pro legitimis Episcopis agniturum. Ergò agnoscit Pontificios illos pro legitimis Episcopis. Nisi enim conditio ista impleatur ab eis, nihil sequitur. Quis verò ex toto isto ordine, & ingenti multitudine Episcoporum vestrorum est, qui sacras literas, ut Timotheus, à puerita sciat? Quis ex illo numero docet? si qui verò docent, quid nisi impia docent, de Missæ Sacrificio? quòd sit verè propitiatorium pro peccatis viuorum & mortuorum, sanctorum inuocatione, Purgatorio, indulgentiis papalibus, peregrinationibus, &c.

Quod

Refutatio defensionis

Quod nostris obiicit, inæstas nuptias, quod sint fœdifragi, promissam Deo fidem non seruantes, iuge sacrificium abijcientes, &c. De his conuicijs & maledictis multa nostrorum extant Scriptura erudita, quibus cum ex Scriptura sacra, tum historia Ecclesiastica coniugium Sacerdotum luculenter probauerunt. Vnum in præsentia tantum dico, Apostolum, honorabile vocare coniugium IN OMNIBVS, Adulteros verò & fornicatores Deum iudicaturum. Item: Prohibitiones nuptiarum doctrinas vocat dæmoniorum, & deficientium à fide. Hæc tibi, tuisque dicta tu memineris.

Quod Augustinus dicit: Abusum non tollere rei substantiam: Verum est. Sed mutatio & peruersio institutionis, evertit Sacramentum. Nam non seruata Christi institutione, & verbo Dei quæ faciunt Sacramentum: ibi nec Sacramentum est, sed execrabilis corruptio. Et vt habeas, quod exclames, blasphemauit: negamus vos in Missa vestra sacratissima, & sacrificio iugi, in quo vos offerre Deo fingitis corpus & sanguinem Christi: Negamus inquam, vos in Missa habere corpus ipsius & sanguinem: id quod non tam propter abusum, quam quod cœnam Domini in vsum toto genere diuersum præter & contra Christi institutionem, transferatis.

42. Contra hanc quia nihil habet aduersarius ἀξιόλογον: ideo responsione noua opus non est, maxime cum ad præcedentia ablegget lectorem quem cum firmis & perspicuis Scripturæ testimonijs, à nobis satis sint refutata, ad alia pergamus,

43. Promissiones Ecclesiæ de præsentia & gubernatione Spiritus sancti factas, ad Prælatos Iesuiticos pertinere, ideo negamus: Quia non pro veris & γνησίσις Apostolorum eos successoribus agnoscimus, idque hanc ob causam, quia sola loci successio (præterquam quid habeant, de quo gloriari verè possint, non video, nec audio) nequaquam genuinum facit Apostolorum successorem, in loco enim quiuis sedere potest: sed hi demum sunt, qui eandem doctrinam cum Apostolis profitentur, à qua Iesuitici Prælati plus quam δις διὰ πασῶν in omnibus propemodum dissentiunt, quod nullo negotio facile demonstrari possent.

Nam quod Christus Petro dixit: Oraui pro te, vt non deficiat fides tua: id non vniuersale est, vt propterea quiuis Pontifex Romanus sit ἀναμάρτυρος sicut manifesta & euidentis rei experientia contrarium.

rarum testatur. Marcellinus enim metu supplicij, Christo abnegato, idolis sacrificauit. Liberius in hæresin Arrianam prolapsus est: alij plures, cum Diabolo pacta fecerunt, magiæ dediti, alij Epicurei facti, vt Iohannes 23. Alij plerique Idololatræ. Sed proprie ad Petri personam pertinet, non quod iam non horribiliter esset lapsus, trina Christi abnegatione iuramento facta: sed ne finaliter à Christo deficeret.

Quod verò crassum & damnatum Vuicelitarum & Vualdensium errorem esse dicit Iesuita, cum affirmo, nos Episcopos Iesuiticos, pro Episcopis non agnoscere, quod officium nec possint nec velint facere: non curo, quod hæc sententia sit damnata à papiculis, vt sibi hoc modo loco cauerent, & tuti essent, quales quales essent, cum & sacrilegum illud idem Conciliabulum Constante de mutilatione cœnæ Dominicæ decretum sanxerit, & alia multa impia statuerit, quod omnes sacri & pij intelligunt: adeoque illi ipsi, qui Pontificiæ religioni addicti sunt, mutari, & in integrum illud restitui, multis & magnis precibus petierint.

Et quidem quod ad Pontificios, verum est, illos Episcoporum nomen & dignitatem retinere, siue officium faciant, siue intermittant. Verum nos non de laruis loquimur, sed de Apostolicis Episcopis, hoc est ijs, quos & quales nobis eos Apostoli describunt, Actuum 20. 1. Timoth. 3. Tit. 1. 1. Petri 5. Apud quos Episcopus nomen est officij, nec tam honoris in hoc Mundo, quam operis, dicente Apostolo: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus concupiscit: & quale opus sit, in sequentibus describit: Oportet autem Episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, &c. Pascite gregem. Et qui gregem non pascit, cuiusmodi quæso te mi Iesuita, pastor est? O pastor & Idolum, inquit Do- Zach. 11.
minus.

Quod verò istos suos Episcopos magnopere & multis nominibus commendat: nihil vel hîc, vel in præcedentibus, aut etiam sequentibus, de veris illorum laudibus detractum volumus: sint sanè sapientes, præsent doctrina, eloquentia, potentia, sint principes, & politici gubernatores, qui, quo ad politicam administrationem, iuste suos subditos regant in pace, & alijs ornamentis excellent: de quibus cum nemine nos contendimus, nec sanè curiosè inquirimus in illos: verum vt hæc illis concedamus omnia, hoc dicimus: Doctrinam veræ & sincere religionis Christianæ Iesuiticos illos tuos Prælatos, quotquot in Concilium proximum Tridentinum consenserunt, vel adhuc approbant, non intellexisse, sed

Refutatio defensionis

errores turpissimos, crassissimos, palpabiles plurimos suis impiorum decretis stabilituisse, de quibus in legitimo iudicio conuinci possent facillimè, certissimum esse, affirmamus, quidquid tu de ipsorum doctrina, excellentia, & ingenio prædices Iesuita.

44. Cum dixissem in 44. Propositione, promissiones Ecclesiae Dei de perpetua Spiritus sancti gubernatione factas, non esse absolutas, sed conditionales: Hic vero bonus vir, statim exclamat cum suis maioribus: Blasphemauit, nec id simpliciter, sed enormem, & intollerabilem vocat blasphemiam, & sicut amici Iob, qui molesti valde erant ipsi, gloriam iustitiae Dei vindicare volebant: ita hic veritatem eius: quod multis operose probare instituit, superuacue. Siquidem hoc nunquam negauerimus, sicut nec in praesenti hac perbreui Propositione. Quid enim velim, cum dico, promissiones Ecclesiae factas, non esse absolutas, ne quis me dixisse simpliciter interpretetur, vt hic Iesuita contra meam mentem facit: statim immediatè subsequenter verbis, quomodo dictum & accipi velim, addo, & per exegesis declaro: Quod videlicet non ad quemuis coetum pertineat (qui scilicet se nomine & titulo vendicat Ecclesiae) sed tantum ad veram Christi Ecclesiam, quae verbo DEI regi se patiat, Hæc enim verba sunt Propositionis.

Quid his sophista manifestius? cur ergo rectè & benè dicta calumnians? An verò hic Deum nego esse veracem, aut promissionum suarum non seruantem, sed mendacem?

An verò tu promissiones Dei de perpetua Spiritus sancti gubernatione pertinere ad illos arbitraris, qui verbo Dei neglecto, sua somnia & traditiones humanas, ac scriptura pectorum Pontificij sectantur? Ita tu quidem cum omnibus tuis sentis, sed pessimè, impiè, blasphemè. Quemadmodum Sacerdotes & Pontifices Hierosolymitani, contra Prophetam Domini vociferabantur: Templum Domini, templum Domini, templum Domini. Non peribit lex a sacerdote, neque visio à Propheta, neque scientia à sapiente. Verum Propheta, hæc, verba mendacij vocat, in quæ ipsi confidebant, freti, quemadmodum Pontificij & hic Iesuita, promissionibus diuinis: Assumam vos in populum meum, & non abiiciet vos anima mea, inambulabo in vobis, & eritis mihi in peculium, sed vt ibidem additur: si in mandatis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, quam conditionem annexam hypocrisis non vident, nec videre volunt.

Ita Christus

Ita Christus promissiones Spiritus sancti Ecclesiae factas interpretatur: Si manseritis in me, & verba mea manserint in vobis, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem. Item: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus.

Et quidem verum est, Ecclesiae toti factas promissiones de perpetua eius conseruatione, quod videlicet semper sit pmanfura: id est, semper fore coetum aliquem, qui Deum vere agnoscat, sicut inquit: pactum meum feci cum sole & luna: sed tamen ita, vt Deus non sit alligatus ad certum aliquem populum, coetum aut gentem, quin si ille verbum DEI non amplius retinet, DEVS illi amplius non sit obligatus: sed abiecto isto populo, alium eligat, & assumat, apud quem verbum suum deponat, vbi maiorem faciat fructum. Sicut Iudaeis praedixit, auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum: & factum est ita.

Idem de gentibus futurum praedixit Apostolus. Et in primis ac nominatim Romanis, quorum fides tum praedicabatur in toto Mundo. Dicis ergo, inquit, fracti sunt rami, vt ego inserar? Bene, propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide fitas: noli alium sapere, sed time. Si enim DEVS naturalibus ramis non percipit, ne forte nec tibi parcat, sicut etiam & multas alias gentes & Ecclesias abiicit DEVS, quas Apostoli plantauerunt. Nec tamen DEVS mendacii argui potest. In locum enim illorum DEVS alios elegit. Et ita manet perpetuo Ecclesia Dei, sed non semper in vno loco & gente. Vocat enim non populum, populum suum. Non ergo blasphemauit ego, sed Iesuita calumniator maximus.

Sicut & in fine huius Propositionis insulsam vocat absurditatem, quod addidi: Quatenus verbo Dei sunt conformes. Quae verba plus quam Diabolico calumniandi studio detorquet, ad promissiones Dei Ecclesiae factas. Quomodo, inquit, promissiones Dei possunt a verbo Dei dissentire? Atqui ego o insulsissime & absurdissime sophista, non ad promissiones Dei verba haec refero, sed ad proximae praecedentia, nempe Ecclesiam & coetum (quae duo vocabula in eadem Propositione & periodo immediate praecedunt) eatenus scilicet ratas esse Dei promissiones illis, quatenus verbo Dei sunt conformes, eoque se regi patiantur. Pudeat igitur te insulfitatis tuae, insulsissime & absurdissime lebusaee, & Rabula imprudentissime, Quid facias in alijs rebus serijs: cum pro

Refutatio defensionis

tua libidine, & spiritu mendacij, quo regeris, facias hoc in manifestis, & studiose veneris, quod calumniaris? Quæ hæc tua est defensoria leuitas? & quis bonus vir tibi nugatori, sophistæ, & calumniatori curpiissimo, fidem habebit amplius?

45.

- In hac Iesuita mirabiliter detorquet sententias Panormitani & Gerisonis, quod videlicet locum habeant, de priuatis eruditis in S. Scriptura ante definitionem, ibi tum Papam quoque, dum adhuc inquiritur veritas, doctorem agere: postea vero dum definiunt, Papam clauem habere scientiæ & potestatis, & ex spiritu sancto discernere: ideoque omnibus acquiescendum: sicut Regis decreto omnes Consiliarij acquiescere tenentur, etiamsi aliud in dicenda sententia ipsis visum fuerit: ita Papæ Christi vicario in Ecclesiarum tractationibus, cum ille certissimas veritatis promissiones habeat.

Transformant Pontificij Ecclesiam Metamorphosi quadam mirabili, & planè Ouidiana, in politicam mundanam, idque contra Christum, qui negat regnum suum esse de hoc Mundo, eique præficiunt caput Pontificem Romanum, qui regiam & prætoriam habeat potestatem, cuius sententiæ simpliciter, vt sit in regnis & imperijs huius Mundi, & rectè sit, sit acquiescendum propter ordinem. Et hunc suum Ecclesiasticum principem errare non posse fingunt, propter certissimas veritatis promissiones. De quibus præcedenti propositione est dictum, quomodo sint inintelligendæ, & ad quos pertineant.

Nam quod ad Apostolorum sententiam attinet, quòd eam ex spiritu sancto profectam esse dicunt, rectè & verè dixerunt. Sed hæc non ad quamuis congregationem pertinent, vt etiam in præcedenti est probatum propositione.

Et ingens est discrimen inter regna huius Mundi, & Ecclesiam, eiusque gubernationem. Illis enim Deus potestatem dedit ferendi leges, quod & possunt, quia res circa quas versantur, rationis humanæ iudicio sunt subiectæ, & etiam iniustis illorum imperijs obtemperandum, propter mandatum Dei, & ad multa conueniendum iniqua, quæ fiunt in imperijs, ac multa condonanda illis, propter Reipublicæ tranquillitatem, ne ea perturbetur. Et vt maxime interdum erretur, non tamen maximo erratur cum periculo, cum de rebus tantum caducis agitur.

Longè autem secus habet in Ecclesia, & controuersis Ecclesiasticis, quibus de fide & religione agitur, quæ res longè supra caput rationis humanæ sunt positæ, vbi nullum magisterium agnoscitur,

agnoscitur, nisi vnus Magistri cœlestis, qui filium suum vnigenitum, doctorem audiri præcepit, cœlitus clamans. Hic Apostolis suis, eorumque veris successoribus, nequaquam plenariam concessit quiduis docendi & statuendi potestatem, sed mandauit illis, vt doceant, quæcunq; ille præcepit. Quod si etiam Angelus de cœlo aliud prædicauerit Euangelium, anathema sit, & fugiendus vt lupus, qui vocem principis pastorum non adfert, sed alienam doctrinam: siue iam pauci, vel vnus, aut multi, ac etiam tota Synodus sit, Antichristi sunt, cauendi, damnandi, detestandi.

Hanc igitur, quam sibi tyrannicè sumpsit Rom. Pont. clauem potestatis, non concedimus ei, sicut nec Apostoli sibi sumpserunt. An quia Romanæ bestię, eiusque Conciliabulo visum est, mutare sacrilegè institutionem cœnæ Dominicæ à Christo factam, ideo à Spiritu sancto hoc decretum est profectum? Ita quidem vobis sentitis, sed malè. Imo à spiritu Diaboli promulgatum esse, pronunciare minimè dubitamus. Spiritus enim Christi, Christo non aduersatur. Sed is Spiritus veritatis cum venerit, inquit Christus, Iohan. 14. vobis omnia, quæcunq; dixi vobis, suggeret.

Doceatis itaque nos Iesuitæ, vbi Christus dixerit, vt Laicq; altera tantum species, vt loquimini, & dimidium Sacramentum ad ministratur. Quod si quædam (vt soletis) de fractione panis attuleritis, opponimus vobis manifestam Christi institutionem, ab Apostolo Paulo repetitam in Ecclesia Corinthiorum. Imò Conciliabuli ipsiusmet apertam ac propriam Confessionem. Quare non à Christi vicario, sed ab Antichristo, id est Christi aduersario, in nomine omnium Diabolorum decretum illud sacrilegum factum & promulgatum esse, magna voce asserimus. Et ab illis, qui, vt Christus dicit de legis periculis sui temporis Luc. 11. Clauem scientiæ (non addit, & potestatis) tulerunt, & ipsi non ingrediuntur in regnum cœlorum, & eos qui introire cupiunt, prohibent.

Ad hanc Iesuita nihil responder, sed mera & horrenda conuicia, mitissimus & patientissimus Catholicus, instar canis rabiosi euomit, quibus me proscindit, satellitem serpentis antiqui vocans, propterea quod ipsum cum sua sentina, pro Germana Christi Ecclesia agnoscere nolim. Quæ in me innocentem coniecta tantisper falsa sunt, donec se cum sua Babylone, veram Christi, sanctam & castam sponsam, ex sacra Scriptura esse, Iesuita probauerit. Quod tum factum, cum Diabolum sanctum esse angelum lucis planum fecerit, qui etiam in eum se transformet, tamen ex pedibus (vt dicitur)

64.

47.48.

- & factore, quem post se relinquit, agnoscitur.
- Hic initio ad mendacium Iesuitæ respondendum est, quo dicitur, me fateri ipsum, in Ecclesia, quam colam, hæresis esse. Quod in æternum nunquam me dixisse probabit. Nam quod habet 47. propositio: Quod verò contra negant, nos Ecclesiam Christi veram esse posse, quia sectæ inter nos sint variæ, quæ singulæ nomen sibi vendicent Ecclesiæ: Non mea verba sunt, sed aduersariorum Cacolycorum probandi ratio, qua euincere nos Christi Ecclesiam non esse, conantur, sicut etiam hic statim ab initio 47. suæ responsionis ea repetit, dicens, quis non constantissimè verissimèq; neget, vos esse posse veram Christi Ecclesiam: quia variæ inter vos sunt sectæ, &c.

Quæ igitur hæc malitia Iesuitæ, quòd omnes arripit occasiones, quibus nostra calumniatur, peruertat & detorqueat? Hæc boni viri esse, nemo sanus vnquam affirmabit, sed διαβολικόν est. Verum quòd ad rem ipsam, qua sectas, quæ inter nos sint, nobis obijciunt, & nullam esse Episcoporum successionem, dogmata nuper exorta, & nullum penè Ecclesiæ alicuius vestigium: de his in præfatione copiosè est responsum. Hic tantum addo ex verbis ipsiusmet Iesuitæ, ad 49. propositionem, vbi tanquam Caiphæ, quia sacrificulus (vt ipse supra ex Scriptura de hoc eodem dixit) Prophetat, dicens: in Ecclesia Corinthiorum fuisse dissensiones. Et tamen nihilominus Paulus scribit Ecclesiæ Christi quæ est Corinthi: Et adhuc ipse vsor verbis amplius contra ipsum. Cur ergo Iesuita id nobis Lutheranis vitio vertit, quod in Apostolo laudatur, & imitandum nobis proponitur? Non enim probamus aut facimus dissidia, si qui ex nostris ea excitant, sed hoc operam damus sedulo, vt tollantur, & tranquillitas & pax Ecclesiæ plantetur. Quod si sanare non possumus omnes: illi pro se respondebunt coram tribunali Dei, nec eos pro fratribus agnoscimus.

Sed quia non cessant Iebusæi nobis sectas obijcere: non immeritò hominum illorum incogitantiam miramur, qui cum tot foueant in regno Pontificio sectas, non à viris Apostolicis institutas, aut ortas (quas, vt iam dictum est, Apostolus damnat in suis) sed à nescio quibus hominibus excogitatas, Dominico, Francisco, Benedicto: non audeo amplius addere Bernharδο, ne in Grammaticam Monasticam impingere videar: alijsq; plurimis, quos supra enumerauimus: illas tamen nec agnoscant, nec damnent in suis. Adeò oculati in nostris, festucam videntes, in suis verò trabem non agnoscunt: Nonne inquit Erasmus, vir optimè de repub. literaria me-

ritus, Papa Iohannes 22. & Nicolaus decretis totis inter se pugnant, idque in his, quæ videntur ad fidei negotium pertinere: Sic Pelagij decretum, veluti iniquum, & cum Euangelico pugnant præcepto, retractat & abrogat Gregorius successor. At id decretum Innocentio non est visum iniquum, Hactenus Erasmus.

Quia verò, ut maximè hæc omnia & singula, capitibus variare videantur: tamen ad finem eundem spectare videntur (quemadmodum Simsonis vulpeculæ caudis colligatæ) ad confirmationem videlicet impij et Antichristiani regni Papistici, de ἡελοθρησκείατε, opinione meriti, &c. Ideo hæc omnia ferre possunt, nec cū Aposto- 1. Cor. 3. lo damnant, sed commendant, confirmant, insuper quotidie nouas eiusmodi sectas (cuiusmodi est secta Iesuitarum) excogitant.

De loci successione cū à nobis in præcedentibus, tum ab alijs Ordinaria loci successio. copiosè est responsum. Hæc cum in Nouo Testamento non habeatur, sed carnale quiddam sit, & Romæ etiam iam post tot secula toties interrupta, vel solum per Iohannam Papißam, & alias sæpe aliorum Antipapis electis, item Eugenio 4. à Concilio Basiliensi legitime deiecto, & crimine schismatis atque hæreseos damnato, nihilominus tamen Papa remansit, mutato toto doctrinæ genere, ab illo, quod professi sunt, & descripserunt Apostoli: prius nihil ad rem facit. Sicut & iam olim Hilarius suo tempore de ordinaria successione dicit: potius in cauernis delitescere Ecclesiam, quàm in primarijs sedibus eminere.

Hilarius aduersus Auxentium.

Alia enim & diuersa fuit ratio Ecclesiæ veteris Testamenti in politia vnus gentis, vbi Deus Ecclesiam ad loci ordinariam successione alligauit certis de causis: quibus cessantibus, alia etiam est ratio Ecclesiæ per totum terrarum orbem dispersæ: vbi tamen Deus tum etiam neglectis, & abiectis tandem ordinarijs successoribus, & antea Prophetas excitauit, & postea Apostolos.

Verum Pontificij corrupta & amissa doctrina cœlesti, pollutis & prophanatis Sacramentis, ut pompam plus quàm regiam, & patrimonium Petri (quod nullum habuit, nisi rete lacerum, quod reliquit, & nauiculam) sartum tectumq; retineant, dominandi potestatem & libidinem saluam retineant: Ecclesiam suam in regnum politicum, ut paulò ante probatum est, transmutarunt. Sicut igitur pro Rege agnoscitur, filio hæres legitimus, aut qui alias legitime eligitur: Ita Pontificibus Ro. cuiusmodicunq; sint, modò in loco succedant & sedent, potestas illa tribuitur, quiduis faciendi, decernendi, statuendi, vbi enim est maioritas, ibi est præcipiendi potestas, reli-

Refutatio defensionis

Concil. Constant. quos manet obediendi necessitas, vt loquuntur ipsi. Vnde dicunt
contra Iohannem Huls. Quod vel sedes D. Petri Papam sanctum faciat. Et quod Papa
contrarijs moribus Petro viuens, nihilominus sit verus Pontifex.
Dant habeat vestrum corpus.

De dogmatum nostrorum vel nouitate, vt istis appellare licet,
vel vetustate, vt res ipsa habet, supra responsum est, & demonstra-
tum, nos vetustissimum & omnium primum retinere & profiteri.
Cum ipsi contra sua partim à gentilibus acceperint, mutatis tantum
vocalibus, re ipsa & impietate eorum retenta, partim verò suc-
cessionem excogitauerint & cumulauerint sacra. Quod ex historijs
etiam Pontificiorum manifestum est, nec probatione indiget.

Iohan. 8.

Quod ait, notas seu vestigia Ecclesie apud nos penè nulla esse,
mirum non est: Quia impius non videt gloriam Dei, sed excæ-
catus est suo Pharisaismo hypocrita. Et quemadmodum vocife-
rabantur impij & cæci Iudæi: Nos semen Abrahæ sumus: con-
trà, ad Christum: Nunc cognouimus, quia dæmonium habetis.
Sed recte is respondet: Quare loquelam meam non cognoscitis,
quia non potestis audire sermonem meum: vos ex patre
Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homici-
da erat ab initio, & in veritate non stetit. Qui ex Deo est, verba
Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Sed
regerunt conuitia contra ipsum, Nonne bene dicimus, quia Samar-
itanus es, & dæmonium habes: Plane idem facit Iesuita cum suis,
se vocantes Ecclesiam, successores Apostolorum, Rom. Pont. vi-
carium Christi, quem quia nos non agnoscimus, ideo Samarita-
nos, alienos ab Ecclesia, nulla apud nos Ecclesie vestigia. Verbum
enim Dei illis non est nota Ecclesie, quod hic contra Iudæos vs-
get Christus vnice, & hinc eos a vera sua Ecclesia alienos, non ex
Deo esse, ad se suumque ouile non pertinere, sed ex Diabolo esse,
arguit: quia verbum suum non audiant, nec ex ouibus, quia
vocem pastoris non agnoscant: Quæ enim oues meæ sunt, vocem
meam audiunt. Hanc notam Ecclesie suæ Christus ponit. Ie-
suita vero ordinem peruersum esse asserit, quia prior sit Ecclesie
cognitio. Verum Christus Apostolos suos ablegans inter gentes,
vbi nulla Dei erat Ecclesia, Euangelium suum prædicare iubet, &
baptizare: quibus collegit sibi Ecclesiam ex ijs, qui hæc amplecte-
bantur. Sed quia hæc Ecclesie Pontificie non competunt, ideo
alias quærant sibi commodiores notas.

Me Pontificios Ethnicis Idololatriis ex Augustino comparare “ dicit Iesuita, quod nobis dissensiones, ut illi Christianis (de quibus tamen respondi) obijciant. Atqui ego vos, bone vir, non confesso Ethnicis : sed longe præfero etiam, cæcitate, impietate, & Idolomania turpi, horrenda, & abominanda. Nam tantum non nihil mutatis nominibus, eandem retinetis Idolomaniam, pro Marte Georgium, pro Neptuno Nicolaum & Christophorum, pro Lucina Margaretam, pro Apolline, Cosmum, & Damianum, pro Minerua Gregorium & Catharinam, pro Iunone Annam, & cætera numina, quæ nimis foret longum recensere, colitis.

Insuper 14. creastis opitulatores in necessitatibus. Præterea singulis morbis & calamitatibus, ac rebus, singulos præfecistis Deos, qui malis istis medeantur, atque ita officia inter illos distribuistis. Valentinus morbo caduco medetur, Otilia oculis, Apollonia dentibus, Sebastianus & Rochus pestilentia, Florianus & Agatha igni, Petronella febri, Anronius carbunculo, Leonhardus captiuos liberat, Urbanus alter Bacchus est, Gallus anseribus, galus & gallinis præest, Vuendelinus ouibus, Eulogius equis, Pelagus bobus, & quis fando singula enumerare potest ?

Sicut etiam singulis fraternitatibus (quas vocant) peculiare Diui præfunt, ut singula artificia suos Deos præficos atque patronos habeant. Theologorum patronus est Augustinus : Iureconsultorum Ivo : Sutorum Crispinus : Venatorum Eustachyus : Fabricorum lignariorum Iosephus : Meretricum Afra & Magdalena, ut Romæ olim Flora Coriariorum Bartholomæus : Sartorum Gutmannus, &c.

Recenset D. Augustinus prolixum catalogum Diuorum, quos veteres Romani coluerint, singulisque rebus præfecerint. Denique ne quis Deorum ipsis etiam ignotus, se ab eis præteriri indignè ferret, *παρθένω*, id est, omnium Deorum templum sunt fabricati. Ne itaque pij posterij à suorum maiorum pietate degenerasse viderentur, Pontifices Romani, Christi in terris vicarij, capita Ecclesiæ eius, omnium sanctorum festum in locum illorum instituerunt.

Augustinus de civitate Dei libro 4. capite 8.

Ideo autem cæcitate, impietate, & Idolomania vos, o Iesuita, Pontificios, Ethnicis Idololatriis præfero : ut scias, Quia hi ignari fuerunt Dei, à Deo derelicti sibi metipsis ire suas vias, destituti verbo eius, quod est lucerna pedum, & lumen semitis. Hoc Deus apud vos deposuit, custodiam eius vobis demandavit : sed hoc ita deposuistis & custodiistis, ne radios suos per vos spargere

Actorum 14.

Refutatio defensionis

posset, sub modium abscondistis, & sub scamno sicut & squalore oblitum, iacere voluistis, ut & Christus penè sepultus cum suis meritis fuerit. Iam cum magna gloria resurgat, sparsa luce verbi sui, vos lucem verbi Dei ferre non potestis, quia opera vestra mala sunt, & oculi vestri instar noctuarum, solem iustitiæ fugiunt, tenebras queritis, damnatis & persequimini eos, qui vos illuminare cupiunt, malam referentes gratiam. Quare in tenebris perpetuis vobis remanendum erit, nisi ad nos fueritis conuersi.

Augustinus lib.
de ouibus.

Ad locum Augustini, quem allegaui, quod attinet, quo scribit, Ethnicos Christianis obieciisse dissidia; accusat me aduersarius, quod non integrè, sed truncatum, ut lectorem deciperem, citauerim. Quia non fuerint inter Christianos dissensiones, sed tantum cum falsis Christianis, hoc est, cum hæreticis. Cæce Pharisææ, & calumniator turpissime: non in hoc produxi contra vos Augustini sententiam, quod ea probare voluerim, inter verè Christianos sectas fuisse: multò verò minus, quod probem illam Ethnicorum maledicorum calumniam. Verum ideo, sicut verba mea habent, ut ostenderem, commune vos Pontificis hoc habere cum Ethnicis Idololâtris: quod, ut illi Christianis, siue vere siue falso, dissensiones: ita vos nobis sectas & dissensiones obijciatis: ut hoc modo, cum aliud non habeatis, probetis, nos Ecclesiam CHRISTI non esse, cum ut rectè, sed contra vestrum institutum, confiteamini, & inter discipulos CHRISTI, & in Ecclesia Corinthiorum dissensiones fuisse, nec tamen ideo Ecclesia esse deserunt. Quod igitur in Apostolis tolerabile & veniale fuit, id in nobis (si tamen tales essent in nobis, & ferrentur) mortale est & intolerabile, adeo ut propterea Ecclesia DEI esse & permanere non possimus.

Et quod ad Ethnicos attinebat, illi non poterant diiudicare, utra pars, Donati, an Catholicorum, Ecclesia Christi esset, cum illi non minus Christianos se esse profiterentur, quàm hi: Imò, sicut in eodem capite Augustinus in præcedentibus habet, quod vos Romanenses non attenditis, soli Ecclesiæ sibi nomen vendicabant, qui Donatum agnoscebant, quemadmodum iam, qui Romanum Pontificem caput & doctorem seu pastorem agnoscunt, eiusque decreta amplectuntur. Ibi, inquam, dicit Augustinus, in Scriptura lego de Ecclesia per omnes terras. Hoc plantauit DEVS. Veni autem huc, esto in parte Donati, in sola Africa est Ecclesia: Non plantauit DEVS, non agnosco plantam

tam DE I, eradicandum est, quod loqueris, non rigandum. Haec
 stenus ille.

Ad hunc planè modum Iesuitæ dicunt, Veni Romam, agnosce
 Romanum Pontificem, in sola Roma, & parte Romani Pontifi-
 cis, esse Ecclesiam Catholicam.

Notas Ecclesiæ verbum DE I syncerum, & legitimum Sa-^{50.}
 cramentorum vsum, negat Iesuita esse posse. Quia hæc ab illa pro-
 cedant. Quo nihil absurdius cogitari, nedum dici potest. Ecclesia
 enim nequaquam gignit, aut author est verbi & Sacramentorum,
 neque hæc ab illa procedunt: sed contra ex illis nascitur & pro-^{Suprà prop.}
 cedit Ecclesia, & non e contra, quod suprà demonstratum est, &c.^{26. & 27.}

Quod subiungit, me hanc 50. propositionem calumniolo scom-
 mate claudere: id scomma est: quod Pontificij dicunt, Scriptu-
 ram sacram, si Ecclesiæ autoritate destituatur, non plus valere,
 quam Ætopi fabulas: Non calumnior ego, sed id scribo, quod
 ipsorum manipularis scribere, non est veritus, Vuollfgangus Her-
 mannus. Et certè hoc volunt, hoc sentiunt, & in rei veritate &
 dicunt & scribunt, omnes Pontificij: tamen non ñstem, tamque
 crassis verbis, sed alijs consimilibus: maiorem videlicet & prius
 rem esse Ecclesiæ autoritatem, quàm Scripturæ sacræ, &c.

Cum aduersarius blasphemias voces & conuitia Scripturæ à suæ
 partis scriptorculis prodita, quæ in 50. propositione posui, nec ne-^{51.}
 gare, nec excusare, multò vero minus defendere possit, vocat pro-
 digiosas calumnias: quibus tacendo & patienter cedendo respon-
 dendum censeat.

Melius certè respondere non potest. Miror autem insolitam
 taciturnitatem & patientem stomachum. Sed video, quid res sit:
 erumpere aperte non audet in Scripturæ sanctæ conuitia, more
 suorum gregalium: ac consultius esse iudicat, tacere & cedere: sed
 tamen ita, vt interim ne mutus videatur, & desertor ac proditor
 causæ suæ, clam dentes figat Theoninos in Scripturam, dum pri-
 mum dissimulata Scripturæ, S. S. autoritate, ad quam nos passim
 Deus pater, Deus filius, Deus Spiritus sanctus, in tota veteris &
 Noui Testamenti Scriptura ablegat, Dominus loquutus est: Au-
 dite verbum Domini. Hic est filius meus dilectus, Hunc audite.
 Docentes eos seruare, quæcunque præcepi vobis. Scrutamini
 Scripturas: Ad legem & testimonium, si non dixerint secundum
 verbum hoc, &c. Item Mosen habent & Prophetas, hos audiant:

Refutatio defensionis

Ecclesiam nos abducatur, inquit: Non est vox Diabolica, sed præceptum Dei certissimum, Dic Ecclesie. Qui Ecclesiam non audierit, &c. Respondeo. Hoc & nos docemus, sed veram Christi Ecclesiam, quæ verbum Dei docet, & quatenus illud sequitur ipsa sponsa Christi, vocem sponsi audiens, sicut inquit: Oves meæ vocem meam audiunt: & alibi, Qui vos audit, me audit. Apostolos nos quoque audiendos asserimus, eorumque successores, docentes quæ Christus mandauit eis. Vos verò Iesuitæ signenta e scrinio pectoris Pontificij eructantia, doctrinas hominum, imò dæmoniorum docere, supra probauimus.

- 33 Addit amplius Iesuita. Non est vox Diabolica, sed verissima
 33 Christi Domini, Apostoli Petri, &c. Scripturam sacram intellectu
 33 etu difficilem esse. Verum heus Iesuita, negamus hanc Christi, &
 1. Pet. vi. Apostoli Petri, vocem esse, sed *διαβολικὴν* esse asserimus. Neque enim hoc vsquam Christus dixit, nec Apostolus Petrus, sed tu venenata tua lingua serpens afflas, & affingis hæc, & Apostolo & Scripturæ sacræ. Non ignoramus Petrum dicere: *QVÆDAM IN EPISTOLIS PAULI intellectu esse difficilia.* Sed quod tu inde consequentiam colligis, *SCRIPTVRAM S. ESSE INTELLECTV difficilem*, id non sequitur. Et dicimus esse sophisticam, quæ à Dialecticis vocatur fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, quod omnes eruditi intelligunt. In Epistolis Pauli *QVÆDAM* sunt intellectu difficilia, ergò *TOTA SCRIPTVRA S.* difficilis est intellectu. Quin potius sic collige contrà: In Scriptura *QVÆDAM* sunt intellectu difficilia. Ergò *NON OMNIA. AVT, NON TOTA SCRIPTVRA* difficilis. Et quibus sit obscura, Paulus docet Apostolus, scribens:
 2. Cor. 4. Quod si opertum est etiam Euangelium nostrum, in his qui perierunt est opertum, in quibus Deus huius seculi, excæcauit mentes *INFIDELIYM*, vt non fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Audis Iesuita, quibus sit obscura & difficilis Scriptura, & vnde hæc obscuritas. Quod autem vno loco dictum est in ea obscurius, id alibi dictum planissime habetur, inquit Augustinus de doctrina Christi lib. 2. cap. 6. & 9.

Et quod detorquetur & distrahitur Scriptura à varijs Sectis, peruertitur & corrumpitur: nec id vitio sit Scripturæ, quo tu eam nomine temere accusas. Hoc enim D. Petrus eam nomine excusat, culpam transferens, vt habent verba ipsius, in homines indoctos, & inflabiles. Et hæc altera est tua, quam hic extruis & extrudis,

rudis, fallacia, quæ Accidentis in scholis dicitur, sophista.

Quibus subiicit Iesuita, Neque verò quicquam hinc eleuatur auctoritas Scripturæ sacræ. Egregiam verò Scripturarum laudem, fingere eam esse Sphingis ænigmata. Hoc verè est cum militibus prophæticis Christo illudere, dicentibus: Aue Rex, & alapam infligere eidem ac dicere, Prophetiza Christe, quis est qui te percussit? O plene omni dolo, & omni fallacia filii Diaboli, inimice omnis iustitiæ & veritatis, non desinis subuertere vias Domini rectas: Vnde apparet, quanto Scripturæ sacræ odio flagrent Iesuitæ, plus quam scilicet Vatiniano, quo eam persequuntur, proscindunt, lace- rant miseri.

Actorum 13.

Quod ad Irenæum attinet, cuius locum ex libro 3. capite 2. citauit de hæreticis, quod cum ex Scripturis arguantur, in ipsarum conuertantur reprehensionem, quasi obscuræ sint, & non rectè habeant, nec sint ex auctoritate, & non possit ex ijs inueniri veritas, ab ijs, qui nesciant traditionem: id videlicet conuenire Pontificijs: Rectè & ex sententia Irenæi dixi, sicut verba iam repetita habent. Sed vide mihi lector amicissime, Iesuitæ impudentem vanitatem, qui asserit Irenæum cap. sequenti luculenter & manifestè testari, Sacram Scripturam à traditionibus Ecclesiæ suam habere auctoritatem. Quo in capite Scripturæ quidem facit mentionem, quod Apostoli eam deposuerint apud Ecclesiam, sed quod ab hac sua Scriptura sacra habeat auctoritatem: ne vno quidem verbo, imò ne litera quidem meminit. Verum cum vicinissimus esset Apostolorum temporibus Irenæus, ita vt dicto capite scribat, se Polycarpum vidissè, qui non solum ab Apostolo fuerit edoctus, sed etiam ab eis Episcopus Smyrniensi Ecclesiæ constitutus: rectè ad traditiones & Ecclesias Apostolicas prouocat. Quia adhuc sonabant voces & doctrina Apostolorum, in illarum auribus.

Nihil autem aliud per traditiones Apostolorum, quam illorum doctrinam, quam & viua voce & scriptis docuerunt, intelligere, vel ex capite 4. manifestum est, in quo traditionis nomine Sym- bolum Apostolorum venire, quod recitat, docet. Ex quo conuin- ce et posse ait hæreticos, etiamsi nullæ eorum extarent Scripturæ.

Postremo accusat Lutherum, qui cum traditionibus Apostoli- ce cis rejiciat etiam Scripturas. Grauisissimum crimen, si intentatum probaret. Nam quod, vt enumerat Iesuita, Lutherus Epistolam D. Iacobi, Apocalypsin Iohannis, & secundum Machabæorum librum in ordinem Apocryphorum relegat: primum non rejicit prorsus illos libros, sed in suo relinquit ordine, ac in præfatione
Z 3 super

Suprà quoque
idem fecit.

super Epistolam Iacobi, commendat eam, bonam pronuncians, hac de causa etiam, quod non traditiones humanas doceat, sed legem Dei urgeat. Deinde non ipse primus hoc facit Lutherus, vel author est, sed veterum securus auctoritatem, sicut in praefatione Apocalypseos, Eusebii Hist. libro 7, capite 23, citat, cuiusque sequitur iudicium.

Audiamus igitur iudicia & sententias Patrum de auctoritate horum librorum, si vel hoc modo Cerbero ossam hanc in os injicere eumque si non placare, saltem compescere possemus.

Cyprianus in
pos. Symboli.

Cyprianus, vel ut alij volunt Rufinus. Sciendum est, quod & alij post Canonicos, libri sunt, qui non Canonici, sed Ecclesiastici à maioribus appellantur: ut est Sapientia Salomonis, & alia Sapientia, quae dicitur Iesu filij Syrach. Eiusdem ordinis est libellus Tobias, & Iudith, & Maccabæorum libri, quae omnia legi quidem in Ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei.

Hieronymus in
praefatione li-
brorum Salo-
monis.

Hieronymus: Maccabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter Canonicas Scripturas non recipit. Idem: Ut scire valeamus, quidquid extra hoc est, inter Apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quae vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Syrach Liber, & Iudith, & Tobias, & pastor, non sunt in Canone. Idem in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum: Eriam ipsa Epistola Iacobi, ab alio quodam sub nomine eius ædita asseritur: licet paulatim tempore procedente, obtinuerit auctoritatem.

Hieronymus in
Prolog. Galeat.

Augustinus de civi-
tate Dei lib. 18. cap.
56. & contra Epist.
Gaudentij libro 2.
cap 23. & de doct.
Christ. lib. 2.

Augustinus: Supputatio horum temporum non in Scripturis sacris, quae Canonicae appellantur, sed in alijs inveniuntur: in quibus sunt & Maccabæorum libri, & alias: Scriptura (inquit) Maccabæorum ab Ecclesia non inutiliter recepta est, si sobriè legatur vel audiat.

Eusebius Eccles. Histor. libro 2, capite 23. Haecenus de Iacobo, cuius esse dicitur Epistola, quae inter Catholicas prima est, Sciendum autem est: eam esse adulterinam. Non enim multi ex veteribus mentionem illius faciunt. Sicut nec eius, quae Iudae inscribitur, Vide eundem lib. 3, cap. 25.

Eusebius lib.
7. cap. 23.

De Apocalypsi Iohannis Eusebius varia refert iudicia, & ex ipsius Dionysii, non Areopagita illius, sed Alexandrini: qui valde dubitat, num Iohannis sit Apostoli, & rationes adfert, cum ex nominis repetitione Apostolo inusitata, cum styli discretionem.

Quid igitur Lutherus peccauit tam atrociter, quod fidem habet Historicis & Ecclesiasticis scriptoribus, quorum sacrosancta apud vos est autoritas? Cumque tanti illos faciatis: quid vestris venit in mentem, aut unde certiora & firmitiora habent post tot seculorum testimonia, quibus & hæc illorum esse indubitata prebent, quorum circumferuntur nominibus, & in Canonem redigere possint Apocrypha? Sed quia hinc adminicula quædam & argumenta se posse, quibus quædam sua dogmata, quæ ex Authenticis & vere Canonicis probare non possunt, colligere sperant: hinc adeo factum est, ut Spiritui ipsorum sancto, quo reguntur in suis Conciliis, visum sit, hæc in numerum Canonicorum librorum referre. Quis igitur dubitabit amplius, vere Canonica hæc esse Scripta?

Contra hanc Propositionem, qua Encomia quædam Scripturæ sacrosanctæ ex ipsamet petita, de eius perspicuitate adduximus: etsi nihil habeat, quod vere contradicere queat: tamen ut appareat, quam ex animo eam oderit, cum aliud contra eius auctoritatem, quod obijciat, non habeat: negat, semper esse verbum Dei, quodocumque Scriptura sacra, quocumque modo, vel à quocumque citatur. Ac Diabolum producit, quod & is scripturam sacram contra Filium Dei citauerit.

52.

Quid hic audio? Equidem prophane Iesuita, etiamsi Diabolus scripturam citet, tamen non ob hoc ipsum, desinit esse verbum Dei, nec incipit ideo Diaboli esse atque fieri verbum, sicut nec nomen DEI, quo abutuntur homines ad blasphemias, incantationes, & vos ad magicas vestras execrationes potius, quam consecrationes: non ideo Dei desinit esse nomen, & verbum, sicut scriptum est: NON ASSUMAS NOMEN DOMINI DEI TUI IN VANVM. Quemadmodum & Israëlita ille blasphemasse scribitur NOMEN DOMINI.

Exod. 20.
Leuit. 24.

Sed omnino aliquid dicendum erat contra scripturæ sacre auctoritatem & commendationem. Et ut multum, aliena fuerit auctoritate, contra eam diceret Lyrinensis: verba ad longum, inquit, producere libuit, quibus paginam totam & amplius compleuit. Quibus ostendit, hæreticos quoque sua scripturæ testimonijs confirmare: sed corrumpere scripturam, errores suos confirmare mala interpretatione, contra catholicam, vniuersalem, & antiquam fidem proferre, ut in hæresin præcipitent.

Quæ nihil

Refutatio defensionis

Quæ nihil ad vel contra nos, qui nec hæretici sumus, nec horum
Matth. 4. quicquam facimus. Sed heus Iesuita, ergò ne Christiani non vten-
tur Scriptura sacra, cum & Sathan & hæretici ea abutantur? Ne-
quaquam verò. Nam & Christus ipse non alio vtitur gladio, quo
Lyrinenfis. Sathanam profligat, quàm Spiritus sancti, quod est verbum Dei:
sua pleraque contra hostes suos disputans, Scripturæ locis & testi-
monijs confirmat. Imò eos ipsos Iudæos ad eandem remittit,
Ioan. 5. Scrutamini, inquiens, Scripturas, in quibus vos vitam habere pu-
tatis, & illæ sunt, quæ de me testantur. Non ergò nec Diabolum,
nec Iesuitam, nec hæreticos, à Scripturæ sacre lectione, eiusque
testimonijs, nos abduci patiemur: sed ipsi freti, quoscunque hostes,
Deo propitio, profligabimus, mortem denique ipsam vincemus.

Quod autem etiam dixit de vero & genuino Scripturæ sensu
& intellectu: hic scilicet petendus erat à Iesuiticis Prælatiis. Hi
enim Magistri sunt in Israël, Rabini & interpretes præstantissimi,
Audiamus vel vnum saltem specimen eos ædentes: Christus in-
quit de calice in sua Cœna, Bibite ex hoc omnes. Hic vocabu-
lum, omnes, interpretantur in Concilio Constant. in Spiritu sancto
legitimè congregato, de sacerdotibus. Sed non simpliciter, ves-
tium cum determinatione, dum scilicet celebrant ipsi Missas. Nam
extra hunc casum, & ipsi non scilicet amplius sacerdotes, Laicali
vntantur communionem, sub altera, nempe tantum specie, qua & ipsi
sunt contenti. An non plane Magistralis hæc est Scripturæ sacre
interpretatio? quis dubitet ex Apollinis tripodem hoc oraculum
prodixisse? & quis amplius dubitet, Concilia Pontificia a Spiritu
sancto regi? Prælatos Iesuiticos Scripturæ sacre interpretes so-
lertissimos audiendos? Calumniabitur me Iesuita, quod non ita
sui locuti sint. Sed certè hæc est sententia, quam negare non pos-
sunt, nisi reuocare decretum suum velint, quibuscunque verbis v-
tantur: & praxis Ecclesiæ Romanæ hoc loquitur. Apagelis in ma-
lam rem cum isthac vestra intemperie,

53.

Ad hanc, qua dico, hoc Pontificios agere, vt sublata Scriptura
ex oculis, traditiones humanas & figmenta sua nobis obrudant,
nihil respondet. Nisi quod subinde veterem occidit coccystrum,
de authoritate Ecclesiæ, sine qua Scripturæ sacre non sint Authen-
ticæ, & ita perpetuò, sed male sacre opponit Scripturæ (quod for-
tasse ex Terentio didicit, docente, & dicente: Si illa Pamphilum,
tu Glycerium) Ecclesiam, quam illi etiam præfert: Quòd plus sibi
spei ad victoriam in hac putet esse, quàm in illa, quæ nihil de Pa-
patu ha-

patu habeat, nisi quod iniuriam vocet Antichristi. Qua de re supra est copiose responsum.

Deinde hoc nos agere dicit, vt reiecta Ecclesie autoritate plenum ipsi dominium in scripturam sacram habeamus & exerceamus, & quilibet pro libito trahat, cogat atque torqueat. Atque proprium hoc est Pontificiorum, quod supra ex Cusano Cardinale & iam exemplo proposito planum fecimus. Nos vero qui Augustanam amplectimur Confessionem vnam, veram, ac genuinam scripturae sacrae sententiam, sibi consentientem, fideique analogiam secuti, ex eadem ipsa scriptura sumimus. Et maior est Dei beneficio inter nos consensus, quam vos optaretis.

Dixi 54. prop. certum esse, dogmata Ecclesie Romanae & cultus, ex scriptura Canonica probari non posse. Hic me Iesuita, si intelligere ea velim, ad catholicos scriptores remittit, qui plurimae doctissimi extent, scholasticos Theologos, & alios huius farinae, vt Cusanum suum, qui mirus est, quod supra audiimus, scripturae interpres, intelligens. Is autem iam hoc modo, alio tempore aliter scripturam intelligendam esse asserit. Quod vero hos Iesuita velit, ex immediatè subsequētib; apparet: Nedum (inquiens) vetustissimae Ecclesiae Patres. Atque bone vir, supra demonstratum est, non à scriptura ad Patres nos, sed vice versa à Patribus ad scripturas alegari. Has vult spiritus sanctus scrutari. Dulcis Iohan. 5. us ex ipsis hauriuntur fontibus aquae. Pro viuīs ne ad mortuos & Isa. 8. Ad legem magis & ad testimonium. Quod si non dixerint secundum verbum hoc, non erit eis matutina lux. Et quis scripturam intellexit, antequam patres illi & scholastici doctores essent exortit?

Hic nos, scio, Iesuita, ad viuae vocis praedicationem Apostolorum reuocabit, qui est ipsorum coccysmus. Sed quam diu haec in animis haeserit auditorum, quamque tenaciter, exempla Corinthiorum & Galatarum docent. Nec Apostolus ipse reticet. Sedit enim Corinthi annum & menses sex. Sed quas prauas opiniones non receperunt quae sectae illis non exortae: Galatis vix tergum obuertit, & statim detecerunt.

Nec illis contentus, vt impietatem augeat, ad concilium nos ablegat, Trident, scilicet. Et ne quid desit malorum & impietatis, ad catechismum Romanum, à societate Iesuitarum conscriptum. In quibus duobus, omnes sunt abominations bestiae & meretricis Romanae. Hic videre est posteriora Sathanae, aut verius Diabolum ipsum, simul omnem euomentem falsitatem, impietatem, blasphemiam, totius denique Scripturae sacrosanctae deprauationem, & abominations Antichristi.

Refutatio defensionis

Et quia nihil simulatum potest esse diuturnum; hic Iesuita quoque, quid tandem de Scriptura SS. sentiat (quod hactenus dissimulavit studiose) prodit: Imperfectionis & insufficientiæ eam arguit, quod non sigillatim & ad amulsim omnia credenda expresserit. Idem exemplis probare vult, vt de perpetua Beatę Marię virginitate, Baptismo infantum, quod filius Dei sit consubstantialis patri, &c. Ad quę singula non ita pridem respondimus in Hyperaspis sic, contra alium Pontificium. Quare non sunt iam repetenda.

Credimus autem, vt recte dicit, illa cum ipsis: sed non quia concilia ita statuerunt; verum quia ex Scriptura sacra ea probari possunt. Aliis propter Ecclesiam, vel Concilia sola, eorumue auctoritatem, non credimus. Non enim potestatem habent condendi fidei articulos, extra Scripturam. Cum fides sit ex auditu, auditus per verbum Dei. Ergo cum dogma aliquod verbo Dei destituitur non fides est, sed opinio & superstitio, quibus Papatus scætet.

Nam quod Christus Ecclesiam audiri præcepit: non ideo factum est, quod Scriptura non omnia credenda expresserit: & supra ostensum est, quid sibi istud velit mandatum. Quod si maxime generale esset hoc: tamen non concessa est illi immensa illa potestas, quã illi Pontificij affingunt: sed quia nomen sibi vendicant Ecclesię, ideoque huius prætextu, potestatem ac dominium quiduis statuendi sibi sumunt. Sed vera Ecclesia est sponsa Christi obediens, subdita illi, sicut honesta vxor mariti imperio. Audienda itaque est, vt testis vocis sponsi, & doctrix: docens non sua somnia, aut ligmenta cordis humani: sed vocem sponsi, quam & ipsa audit, & sequitur obedienter in omnibus.

Eandem ob causam, quia scilicet Scriptura sit imperfecta, Paulus, inquit Iesuita, præcipit, vt Thessalonicenses teneant traditiones, quas ab ipso audierant. Sed id de doctrina, quam ipsis tradiderat, accipit, quæ est Euangelium de Christo, antè in Scriptura per Prophetas promissum. Rom. 1. Præter quod, qui aliud prædicauerit, anathema sit. Gal. 1. De doctrina ergo sua, & præceptis suis, hæc intelliguntur & sunt accipienda, iuxta illud 1. Corinth. 11. Sicut præcepta mea vobis tradidi, tenetis. Certum est autem, Apostolum, tanquam fidelem dispensatorem mysteriorum Dei, non aliud viva voce tradidisse, & aliud scripsisse. Quare nos contenti simus ijs, quæ scripsit: quæ nobis sufficiunt, donec tam certo nobis probentur, Apostolorum esse, quæ eorum nomine venditantur, traditiones, quæ cum scriptis illorum conferendæ erunt. Quod si hæc cum illis pugnent: certum est, non Apostolorum eas esse, sed apostatarum, prætextu nominis Apostolici Ecclesiam seducere volentium.

Quod

Quod & factum est, cum dimissis certis, incerta sunt solidi & nisi Eusebius histo-
 nis creduli homines amplexi. Sicut primo accidit Papiæ, qui no- eclef. lib. 3. cap. vii.
 mine traditionum Apostolicarum, & ipse miserè est seductus, &
 alijs multis Ecclesiasticis viris erroris causas præbuit.

Idcirco etiam, inquit Iesuita, quia insufficientis, Deus addit quos-
 dam quidem Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Pastores, docto-
 res, ad consumationem sanctorum, &c. & qui regant Ecclesiam Dei.
 Eph. 4.
 Act. 20.

Pro hoc Ecclesiæ ministerio, & immenso Dei beneficio, ei grati-
 as agimus ingentes, ac immortales: supplices orantes ipsum, ut ele-
 menter eos illuminet & gubernet Spiritu S. atque in omnem verita-
 tem inducat, in eaq; conseruet. Sed hi doceant, ut faciant, si sani &
 sinceri sunt Ecclesiæ doctores, nõ sua signimenta & traditiones homi-
 num & Maiorum, sicut Pharisei, qui propter has transgrediebantur
 verbum Dei: verum doctrinam Propheticam & Apostolicam, sicut
 monet idem Apostolus: Aedificati super fundamentum Prophetarum
 & Apostolorum, ipso angulari lapide & capite, Christo Iesu; in quo
 omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in Domi-
 no, &c. Et idem eosdem Ephesios Episcopos, quos Spiritum san-
 ctum constituisse Episcopos, regere Ecclesiam Dei, commendat
 Deo, & verbo gratiæ eius. Hoc enim baculus est, quo rectè regis-
 tur Ecclesia, lucerna est pedibus, & lumen semitis nostris.
 Eph. 2.
 Act. 20.
 Psal. 23. & 119.

Hinc iam digreditur Iesuita ad Ecclesiæ auctoritatem, docens,
 Scripturam, auctoritatem suam habere ab illa. Qua de re supra co-
 piosè vtrinque dictum est.

Quia vero addit, nullam dari posse aliã rationem, cur quatuor E-
 uangelistarum libros ut Canonicos veneremus, aliorum vero non ag-
 noscamus: nisi quod Ecclesia horum scripta reiecerit, illorum vero pro-
 barit. R. longè errat Iesuita, si putat Ecclesiã, absolutã habere potesta-
 tem illã, pro suo arbitrio, nulla reddita ratione, libros quosdã tan-
 quã Canonicos recipiendi, alios vero reiñciendi: sed longè alia est ra-
 tio, quod videlicet tũ, cum adhuc in terris Apostoli & Euangelistæ
 agerent, apud Ecclesias certis testibus sua deponebant scripta, quæ
 viuum reddebant testimonium, se bona fide ab illis ipsis, quorum
 inscripta erant nominibus, accepisse; & sic per manum quasi traditio-
 nem, ad posteros fuit propagata. Deinde quia quidam non tantis do-
 nis a Deo erant ornati, ut eorum scripta fide Canonica digna essent. Pre-
 terea, quia quædã cum doctrina scriptorum Canonicorum pugnant.

Id quod ex August. manifestum est: Cæteri autem inquiens, homi-
 nes, qui de Domini & Apostolorum actibus aliqua scribere conati,
 vel ausi sunt: non tales vel suis temporibus existerunt, ut eis si-
 dem haberet Ecclesia: atque in auctoritatem Canonicam sancto-
 Augustinus de con-
 sensu Euangelist.
 lib. 1. capite 1.

Refutatio defensionis

Id. de ciuitate Dei
libro 19. capite 23.

rum librorum eorum scripta reciperet. Nec solum quia ipsitales non erant, quibus narrandis credi oporteret: sed etiam quia scriptis suis, quædam fallaciter indiderunt, quæ catholica atque Apostolica fidei regula, & iana doctrina condemnat. Idem: Omittamus igitur earum Scripturarum fabulas, quæ Apocryphæ nuncupantur, eò quod occulta eorum origo non claruit patribus, à quibus vsque ad nos autoritas verarum Scripturarum, certissima & notissima successione peruenit. In his autem Apocryphis, etsi inuenitur aliqua veritas: tamen propter multa falsa, nulla est Canonica autoritas. Scripsisse quidem Enoch negare non possumus. Sed non frustra, non sunt in eo scripturarum Canone, qui seruabatur in templo Hebræi populi succedentium diligentia sacerdotum. Cur autem hoc? nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt. Nec vtrum hæc essent, quæ ille scripsisset, poterat inueniri, non talibus proferentibus, quia ea per seriem successione reperirentur rite seruasse.

Id contra aduersarium legis & Prophet. lib. 1. cap. 20.

Idem: sanè de Apocryphis posuit ille testimonia, quæ sub nominibus Apostolorum, Andreæ, Iohannisque conscripta sunt. Quæ si illorum essent, recepta essent ab Ecclesia, quæ ab illorum temporibus, per Episcoporum successiones certissimas, vsque ad nostra & deinceps tempora perseverant.

Et vnde igitur vobis vestrisque Concilijs, Iesuita, certiora post tot secula cognoscere testimonia licuit, quibus probetis, Canonica esse scripta, illa omnia, de quibus in primitiua Ecclesia dubitarum est? Quia scilicet ad falsa vestra dogmata probanda afferre aliquid adminiculi videntur. Macchabæorum secundus sacrificium Misæ pro defunctis, & purgatorium, & sic de alijs consequenter. Quis vero hanc vobis dedit potestatem? Quia Ecclesia, Ecclesiam verò vos esse non negamus, sed malignantium, quam odit & abominatur spiritus sanctus. In quorum Concilium, non ingrediuntur animæ iustorum. Homo, inquit Augustinus, quantumuis spiritualis, non iudex tamen legis, sed factor esse debet. Falsum igitur est, quod Iesuita dicit: Nullam aliam dari posse rationem, cur quædam scripta in Canonem sint recepta, alijs repudiatis, nisi quod Ecclesia ita censuerit.

Quod ad interpretationem scripturæ attinet, verum est, Ecclesiæ hoc donum à Deo datum: sed veræ Christi Ecclesiæ, quæ regi se & illuminari à spiritu sancto per verbum eius patitur. Quæ vocem sponsi audit, non quæ pro suo libitu iam hoc, alio tempore alio interpretatur modo.

Nam

Nam quod Paulus dicit, se ascendisse Hierosolymam, & contulisse Euangelium suum cum Apostolis, ne forte in vacuum curret, aut cucurrisset, id iuxta sermones & sententiam Pseudoapostolorum dicit, & vt his omnem eximeret occasionem contra se gloriantis: Non enim dubius fecit aut docuit, quod fecit & docuit. Et quod addit Iesuita, suus quemque priuatus spiritus fallere potest, verissimum est. Spiritus enim sancti oraculum est, Omnis homo mendax. Ideo non suum quisque humanum Spiritum, sed Dei sanctum in Scriptura sacra loquentem audiat spiritum, eiusque ductum sequatur, qui falli & fallere noluerit.

Sequuntur & aliae postea Scripturae sacrae calumniae & blasphemiae, quas ex ore suo impuro euomit Iesus, hostis scripturae: ambiguum esse, difficilem, quae in varios sensus trahatur, materiam litis, mutam, non vocem Iudicis, Ideoque controuersias & haeresibus, per approbatas maiorum traditiones, sententias patrum, ac Ecclesiasticam potestatem, sanctiones & consuetudines approbatas, dijudicandas, & Scripturas interpretandas. Omnibus enim esse praecipuum, vt Mosen & Prophetas, hoc est, Dei vicarios & ministros (Pontificios scilicet) verbum Dei praedicantes, audiant.

De sacrosanctae scripturae perspicuitate, certitudine, facilitate intellectus, cum ab alijs nostrorum multis plurima & eruditissima à nobis quoque quantum sufficit, cum ex ipsiusmet Scripturae sacrae, tum ex patrum Scriptis, testimonia sunt collecta, in disputatione, de sacrosanctae Scripturae Canonicae autoritate. Ideo iam susperfedendum illis iudicauit.

Quod si vero Scriptura ambigua est, quomodo omnia in ea ad nostram doctrinam scripta sunt? Si enim Delphica habet Apollinis oracula, dubia, ambigua, perplexa, si sphynxis aenigmata: quid inde certi discemus? Mentitur ergo aut spiritus sanctus, per Apostolum Paulum loquens; aut mentitur Iesus cum sua societate. Fide autem digniorem iudicamus Apostolum, id ipsum repetentem, & copiosius enarrantem, ne quis temere hoc ipsi excidisse opinetur. Et quia, inquit, ab infantia sacras literas nosti, quae te possunt instruere ad salutem per fidem, quae est in Christo Iesu. Omnis enim Scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Quid ais Apostole, audes ne his tantis Scripturam exornare laudibus? ambiguum, difficilem & obscuram, materiam litis, mutam, vt dicas

2. Timoth. 3.

Refutatio defensionis

Timotheo, Scripturam, ipsum posse instituire ad salutem? Homo est, vnicus est, & suus quemque, ait Iesuita, priuatus Spiritus fallere potest. Obscura est Scriptura & ambigua, adeoque imperfecta. Qui igitur perfectum eum reddere possit in iustitia ad omne opus instructum? Cur non eum ablegas potius ad Prælatos sedentes Hierosolymis super cathedram Moysi, vt hos audiat, iam tum mortis certaminibus & controuersis? De illis enim Deus dixerat, & promiserat, Hi indicabunt tibi iudicij veritatem. Vt quid tu ad scripturas mutas eum mittis, quæ non sunt vox Iudicis?

Deut. 17.

Tocari tibi videor amice lector. Atqui non rideo ego: sed toto corde exhorresco, abominor, & detestor in infernum vsque inferiorem, blasphemias istas & abominandas voces, & sententiam Iesuitarum, quorum vides esse verba, & mentem, qui nobis excutere, & eripere cupiunt Scripturam e manibus. Ac verè & ex animo sentio, & dico: Iesuitas, & Pontificios scriptorculos, hostes esse Scripturæ tam perniciosos, quam olim fuere, Epimanes ille, & Diocletianus, qui sacra Biblia exusserunt, edictis publicis: & se audiri volunt, suaque somnia, & scrinium pectoris Pontificij: qui etsi Idiota sit, & immemor sui nominis; tamen Iudicij veritatem annuntiabit, scilicet sicut asinus est cytharædus.

Præceptum est, inquit Iesuita, omnibus, vt Mosen & Prophetas, » hoc est vicarios Dei audiant, Prælatos scilicet Iesuiticos. Hi mirabiles sanè, saluo honore, Prophetæ sunt, mirabiles prodentes prophetias, quos audiant, eorumque exosculentur Dreceta Iesuitæ, & sibi solis reseruent.

» Deniq; vt omnino abijciendas persuadeat Scripturas sacras, ait: » Christum non de Scriptura, vel Scriptura, sed de predicatione mandatum dedisse: Euntis prædicate Euangelium. Quod quidem Euangelium, cum nec tum esset scriptum, non de legenda Scriptura, sed de audiendo Dei verbo, diuinum singuli præceptum habent.

Num Iesuseum hunc cum sua societate, sanæ mentis quisquam sanus iudicabit? An non planè furiosum, hostem publicum & iurarum Scripturæ sacræ, ad huius oppugnationem excitatum? Quæ hæc prophana impietas? quæ impudentia? quæ mendacia? An non enim Christus, cum Apostolos suos Doctores totius Ecclesiæ omnium temporum vsque ad Mundi finem constituit: hoc ipso eos doctrinam, quam ex se audierant, scribi voluit? Quomodo enim, si non ab eis descripta esset, ad nos syncerè peruenisset? & non mirificè deprauata? Cum, sonantibus illis scriptis, modum excogitauerit impietas Antichristiana: quo, neglecta illorum voce, traditiones humanæ non scriptæ, prætextu Apostolorum, sunt au-

sunt auditæ, sparæ, Ecclesiæ obtrusæ, atque receptæ? Quid factum esset, si illi nihil scriptorum reliquissent? Sed audiat Iesuita Irenæum, hac de re, qui me audire dedignatur, & quam vera sint, quæ de Christi mandato dixit, cognoscat. Is igitur in hæc verba scribit: Apostoli id Euangelium, quod præconauerunt, postea per DEI VOLUNTATEM IN SCRIPTURIS NOBIS TRADIDERUNT, FUNDAMENTVM ET COLUMNAM FIDBI NOSTRÆ.

Irenæus lib.
3. cap. 1.

Et quam insignes sint Iesuitæ Scripturæ interpretes, qui se solos audiri cum suis Prælati volunt, vel hinc apparet: quod sententiam Prophetæ insignem, quam pro perspicuitate scripturæ sacræ confirmanda adduxeram: Viæ Domini, recte, & iusti ambulant in eis, impij verò corruent in eis: deprauans & corrumpens, de præceptis legalibus interpretatur Phariseus. Quia alibi David viam mandatorum DEI se cucurrisse dicat, ergo etiam hoc loco ita accipitur. Quam esse fallaciam, nemo non videt, præter Iesuitam hunc. Ex totius enim capituli contextu, manifestum est, concionem esse, qua Propheta exhortatur populum: vt agnitis peccatis, doctrinam Euangelij de CHRISTO lubens ac volens accipiat, veniam peccatorum ab ipso petat, oblati non victimis bonum, sed labiorum, hoc est, gratiarum actione, quæ DEO gratissimum sit sacrificium: Quod sequatur DEI beneficio, vt floreat tanquam rosa fragrantissima. Hæc via est, & expedita, qua iusti ambulant, præscripta in verbo DEI. Qui verò hac non incedunt, corruunt, vt impij olim Israëlitarum, & iam Papistarum Romanenses: qui nos ad Catechismum suum, impietatis plenissimum, reuocant; opera sua, Missæ sacrificium prædicantes, & loco CHRISTI collocantes: semper, quemadmodum illi, quærentes, quid faciundo regnum DEI possideant: nihil prorsus de doctrina Euangelij intelligentes. Sicut hic Iesuita negare audeat (quod ridiculum simul & impium est) CHRISTI tempore Euangelium scriptum esse.

Os. 14.

Æquiuocatione autem vocabuli, Euangelij, iudic: quod aliquando & vulgò accipitur pro libris & scriptis 4. Euangelistarum, in quibus non solum doctrina Euangelij, sed etiam legis, est descripta & explicata. Vnde legem Euangelicam appellant. Aliquando verò & propriissimè doctrinam significat, qua gratuita peccatorum remissio, & omnia CHRISTI beneficia, gratis promittuntur, & in verbo Dei offeruntur fide, accipienda omnibus, verè in Christum credentibus.

Refutatio defensionis

Pfal. 40. An non igitur non modo absurdum & ridiculum, verum est
Luc. 18. am impium est, negare, (quod facit hic Iesuita) tempore Christi
Euangelium fuisse scriptum? An non ipse inquit: In capite libri
scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, vos
lui, &c: An non ipse discipulis, secum Hierosolymam ascendente
lb. 24. bus, dixit: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur
omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis, &c, sicut
& a resurrectione duobus discipulis Emmaunta euntibus, interpre
tatur omnes Scripturas, quæ de ipso erant, incipiens à Mose, Pro
phetis, & Psalmis.

An non verò vaticinia de Christo, eius passione, morte, ac be
neficijs, ipsissimum sunt Euangelium, hoc est, lætum & bonum
nuncium? An hæc tempore Christi, non erant scripta? O cæci
Scribæ & Pharisei, qui quid sit Euangelium ignoratis. Promis
sum esse dicitis Euangelium in veteri Testamento, in Nouo de
sum exhibitum, & scriptum. Verum est de exhibitione Christi,
eiusque passione, atque opere redemptionis per ipsum peracto.
Hebr. 13. Sed hic Christus dicitur, & est heri, hodie ipse, & in seculum. Et
Apoc. 13. agnus occisus ab origine Mundi. Non enim minus per ipsum
Patriarchæ, Prophetæ, & pñ in populo Dei quouis tempore, sal
uari sunt ante ipsius aduentum, quàm nos post exhibitum.

Sed hic scio, quid de limbo Patrum fingatur. Item Patriarchas
legis naturæ, Iudæos legis Mosaicæ, Christianos nouæ legis Euan
gelicæ obseruatione, esse saluatos. Quæ impia sunt, vestrorum
Scholasticorum deliria, quæ vos defenditis. Sed contra audi
Actor. 15. Petrum, in Concilio Apostolorum dicentem sententiam: Quid
tentatis Deum, imponere super ceruicem discipulorum iugum,
quod neque nos, neque patres nostri, portare vnquam potuimus.
Sed per gratiam Dei nostri Iesu Christi credimus nos saluari, quem
admodum & illi.

Ex his autem omnibus apparet, Disputationem nobis esse cum
Pontificijs de probationum principijs, hoc est, num controuersie
fidei & religionis, ex sacra Scriptura, quod nos volumus, an verò
ex traditionibus Maiorum, consuetudine, patrum scriptis, Conci
liorum statutis, & Pontificum Romanor. decretis, quod Pontifi
cij volunt, sint dijudicandæ.

Certè in Concilio Apostolorum, videmus ex scriptura sacra
definitum esse. Cur igitur hi ipsorum successores, non innituntur
suorum antecessorum vestigijs? Quia verò sua dogmata, cultus, &
quæ in Ecclesia agunt, ex ea probare non possunt, etiamsi illa illis
rumpantur:

rumpantur: Ideo *κρηττορον* hoc & lydium probandi lapidem, ad mittere nolunt. Cum igitur de hoc non conveniat inter partes (quod dolendum est in Ecclesia Christi: nunquid enim non populus à Deo suo requireret veritatem: pro viuis, ne ad mortuos? Ad legem magis, & ad testimonium eius, quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux) sicut hætenus frustra tot habitis colloquijs, frustra tentata sunt omnia, quòd nos de Scriptura non possimus: ipsi verò de suorum Maiorum traditionibus cedere nolint: Ita nec porro vlla spes concordia esse potest. Ideoque patienter interea feramus, quæ ferenda sunt, & expectemus sententiam, iam quidem in Scriptura latam, sed in nouissimo die, à iusto iudice viuorum & mortuorum, pronunciamdam.

Esa. 2.

Ad hanc Propositionem, qua ponuntur Sacramenta inter signa veram Christi Ecclesiam monstrantia, nihil potest respondere Iesuita, nec eam refutare: sed suo more, cramben, non bis tantum, sed multoties apponit, opponens dissensiones, quas inter nostros Magistrum de numero Sacramentum fuisse dicit, quòd nesciant ipsi, quænam, aut quot sint vera Ecclesiæ Sacramenta: Sed risu non soluuntur argumenta Iesuitæ, sicut nec instantia. Respondeo itaque Iesuitæ: In Confessione Augustana, quæ symbolum est nostræ religionis, duo tantum, rectè, ac propriè numerari & agnosci ab omnibus, qui eam amplectuntur, & in hoc nobis conuenire omnibus, Baptismum & Cœnam Domini, quæ ceremoniæ, sunt externæ, visibiles, in oculos incurrentes, diuinitus in Nouo Testamento institutæ, constantes verbo Dei, & elemento addito, quibus tanquam sigillis promissio Euangelij propria, de gratia & recordatione cum Deo, applicatur, confirmatur & obsignatur. Sicut D. Augustinus hæc duo numerat: Primo itaque tenere te volo, Dominum nostrum Iesum Christum leni iugo suo subdidit Epistola 118. se, & sarcinæ leui. Vnde Sacramentis numero paucissimis, obseruatione facilissimis, significatione præstantissimis, societatem noui populi, colligauit, sicuti est Baptismus Trinitatis nomine consecratus, communicatio corporis & sanguinis ipsius. Et si quid aliud in Scripturis Canonicis commendatur.

56.

Augustin.
Epistola 118.

Quòd verò alicubi ab ijs plura numerantur, id ideo fit, sicut ipsi quoque discretè addunt & loquuntur, quòd vocabulo Sacramenti GENERALITER VTANTVR, videlicet pro omni opere præcepto à DEO, cui addita sit promissio aliqua. Et hoc modo, D. Philippus etiam plura quàm septem esse in Ecclesia Sacramen-

B b

ta dicit

Refutatio defensionis

ta dicit, cur hæc quoque sycophanta non addis? Nulla ergo inter nos est de sacramentorum numero dissensio. Et res ipsæ retinentur apud nos, nempe Absolutio, Pœnitentia, Ministerium verbi et Sacramentorum, ordinantur ministri, &c. etiam si non in ordine & numero duorum illorum Sacramentorum, quæ in Nouo demum Testamento sunt instituta, & sic propriè Sacramenta dicuntur, collocentur. Generaliter autem appellari posse Sacramenta, non contradicunt nostris. Cum autem de re constet, odiosum est *λογωμαχείη*, id est, de vocalibus contendere. Sicut vos in Concilio Tridentino decreuistis: Si quis, Sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora quam septem, &c. Aut etiam aliquid horum septem non esse vere, & propriè Sacramentum dixerit, anathema sit. Sed de numero Sacramentorum alibi disputatur.

Sec. 7. Can.

57.

Negat aduersarius à Pontificijs Baptismum conspurcatum. Si fecisti, nega. Quæ verò hæc impudentia? An pudet vos vestrarum Agendarum? aut cæci adeo estis, vt non videatis quotidie, quid agatis? Vt enim raceam, quod sal benedictum datur infanti in Baptismo, exufflatur malignus spiritus foras, tanguntur aures, & nares cum saliuâ, inungitur oleo in pectore, & inter scapulas, sacro chrismate vngitur in vertice. Vltimo datur cereus accensus in manus baptizati.

Hugolib. 2. de sacra: parte 6.

His ornari dicitur Baptismus, qui verius conspurcatur. Salutaris enim doctrina de Baptismo, ex eius diuinitus facta institutione petenda, in qua nihil harum ineptiarum habetur. Et à Christo excluduntur, dicente: Frustra colunt me, docentes doctrinas, præcepta hominum. Similiter & annua aquæ Baptismi consecratio, Christum magis magica consecratio, plantatio est, non à patre facta, ideoque eradicanda.

Item fingunt ingressum religionis, & cucullæ induitionem, parrem vim habere, & gratiam cum Baptismo, ita vt quoties pœnitentat coenobitam professionis factæ: si concipiat nouum propositum, par esse primo ingressui, & nouum Baptismum, ac innocentiam quoties ad id redeat, authore D. Heinrico Kune ordinis Minorum.

Bernhardinus in Rosario Thomam allegat, & dicit Religiosum per professionem Deo talem exhibere cultum, vt per hoc consequatur perfectam remissionem, & indulgentiam omnium suorum peccatorum à pœna & culpa, &c.

Breuiarium,

Breuiarium, de consecratione cucullæ monialis, orat Deum, vt vestem illam ita benedicat, & sanctificet, vt sint illi arma fortia ad legendum peccata eius, & tutum munimen contra Spiritus aëris, & ignita tela inimici, &c.

Hinc & persuasio orta est, & superstitio creuit, vt iudicarent mortuos cuculla indutos, in eaque sepultos, citius & facilius in coelum conscenduros: Hinc factum est, quòd multi magnates, se quoque ipsi indui, & vestiri post mortem curauerunt.

Campanas & iam baptizari negat, & tantum benedicti ait, sicut reliquas creaturas. Cur ergò & nomina illis dantur, & patrini etiam adhibentur, quemadmodum in Baptismo hominum?

Quod vero id Pauli testimonio probare conatur Iesuita, Quòd omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem: detorquet Paulinorum verborum sententiam, quæ hæc est. Omnia verbo DEI in suum externum vsum ordinata esse, quæ nobis tum in bonum cedant, cum ipsis ex fide, inuocatione DEI, & gratiarum actione rectè vtimur. Quòd verò dicit sanctificari, non intelligit magicam Pontificum consecrationem, omnium propemodum creaturarum, quæ eas in vsum præter naturam, quàm creatæ sunt, transformant. Quod de herbis, frondibus, cera, aqua, sale, igni, lignis, oleo, &c. ex Pontificali manifestum est, sed hebraïsmus est, significans illo modo licitum, concessum, adeoque sanctum fieri vsum omnium creaturarum pijs ordinatione diuina cum gratiarum actione sumptarum. Iam ergò doceat Iesuita, verbo, hoc est, ordinatione diuina, creaturas istas Deum, nempe, sal, herbas, aquam, ignem, &c. in illos vsum esse destinatas. Æs certè nec ex sua natura, nec ex verbo Dei hanc habet virtutem, vt pulu eius tempestates aëris depellantur, ideo siue baptisent eas, siue consecrent Pontificij magicè, male faciunt, abutentes & nomine, ac verbo Dei, & campanis, contra ordinem, ad quem diuinitus sunt instituta.

Quod verò crimen sibi intentatum & iam probatum, in nos regerere Iesuita conatur, quod dicamus per Baptismum neq; vnicum quidem peccatum tolli, nec veram iustitiam conferri baptizatis, sed tantum ad imputationem quandam, tam diuino, quàm naturali iuri repugnantem, conferri: Non tam sophisticè, quàm impiè agit & loquitur Iesuita. Sentimus enim, dicimus & credimus cum Apostolo & Christo, Baptismum esse lauacrum regenerationis, in quo ita à sordibus peccatorum abluamur, vt non habeamus ru-

Iohan 3.
Eph 5.

Refutatio defensionis

Augustinus lib .1.
de nuptijs & con-
cupif. cap. 25.

gam, aut maculata, aut aliquid huiusmodi, sed vt simus sancti & immaculati. Ita autem tolli peccatum originis in Baptifmo cum Augustino affirmamus, non, vt non fit, sed vt in peccatum non imputetur. Item transit reatu, manet actu. Hec impuratio iustitiae Christi, & non imputatio peccati, quod inest viuo (vt iterum Augustinus loquitur) nequaquam iuri diuino repugnat, sed ex illo desumpta est. Beatus, inquit Dauid, quorum remiffa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus, cui NON IMPUTA-
VIT DOMINVS PECCATVM. Vide quid Augustinus super haec verba scribat. Et quoties Apostolus de hac imputata iustitia loquitur vel in vno tantum cap. 4. ad Romanos. Quid igitur in mentem venit Iesuitae, vt eam iuri diuino repugnare dicat.

58.

De mutilatione & mutatione coenae Dominicae in sacrificium vere propitiatorium, respondet Iesuita: Eucharistiam sub altera tantum specie panis salubriter, sancte, nedum licite, ab ipsis Ecclesiae primordijs vsque porrectam. Id dicitur quidem, sed minime probatur. Et aliud testantur verba Decreti in Synodo Constant. nempe quod Christus sub vtraque specie panis & vini instituerit, & ministraverit, & in primitiua Ecclesia sub vtraque specie a fidelibus sit receptum, venerabile hoc Sacramentum. Quod si iam maxime longi temporis consuetudinem Iesuitae probare possent, quid haec contra Christi institutionem. Imo maneat Deus verax in sua institutione, omnis vero homo mendax. Cumque hominis Testamentum non liceat mutare, aut aliquid superordinare, vt loquitur Apostolus, quanto maius sacrilegium, Testamenti Christi mutatione, committeretur.

Concil. Const.
Sess. 13.

Gal. 3.

Hic vero Iebusæus horrendi sacrilegij nos accusat, quod non solum mutilauerimus, sed turpiter prophanemus, ac plus quam sacrilego ausu conculcauerimus, Quod nec Sacramentum, nec species vltimas, nec Domini corpus, vel sanguinem, sed merum panem & vinum porrigamus. Bona verba quæso. Qui sic enim bone vir. Quia, scilicet, non sumus legitimi ministri, qui conficere Sacramentum possint. Quam ob causam vero. Quia non sumus a suffraganeis Pontificijs oleo isto consecrato, seu exungia potius inuncti. Quid vero istas nugas in Nouo Testamento κακοζιλία veteris Testamenti, & sacerdotij Leuitici, & sic vt plurimum, vmbra, solum clarissimo inducere conaris. De quibus Apostolus nos non vult iudicari, aut seduci in humilitate & religione Angelorum; in his

Coloss. 2.
Iesuitarum Pauli-
na descriptio gra-
phica.

in his quæ non vidit, ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput, &c. Si ergo mortui estis (inquit) cum Christo ab elementis huius Mundi, quid adhuc tanquam viuentes Mundo decretis tenemini: Ne tetigeris, ne gustaris, neque contrectaris (scilicet calicem, quia non chrismatum, non olatum) quæ omnia ipso vsu pereunt, iuxta præcepta & doctrinas hominum, quæ verbotenus quidem habent speciem sapientiæ per superstitionem, &c. Sed de nostra vocatione supra plura.

Quid sibi velit, dum murmurat Iesuita (& dum volunt D. Pauli textum sequi, addunt: Bibite ex hoc omnes, quæ verba D. Paulus non habet) nescio. Lutherus certè in versione Bibliorum non addidit. Ergo ne, quia Paulus ea non habet: in cœnæ Dominicæ celebratione, & formula administrationis, non erant recitanda? & sic prorsus omittenda, ut probare possitis Maiorum vestrorum sacrilegium, calicem furtim auferendo ab Ecclesia? Atqui Matthæus disertè scribit, Dominum dixisse porrecto calice; Bibite ex hoc OMNES, & Marcus addit: Et biberunt ex eo OMNES. Habes iam Iebusæ & Christi institutionem atque mandatum, & eius executionem, atque cœnæ Dominicæ celebrationem primam.

An tu putas Iesuita, Apostolum Paulum aliam, & diuersam à Christi cœnam vel tradidisse Corinthiis, vel celebrasse, cum dicit, similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, hic calix, nouum Testamentum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescunque biberitis, &c. Qui sunt isti, qui iubentur bibere? An soli Episcopi, vel Presbyteri Corinthiorum: nequaquam verò, sed Ecclesia Corinthiorum, cui & Epistolam inscripsit, & de qua in hoc capite, hæc eadem causa loquitur, conuenientibus vobis in vnum.

Sed non habet, inquit Iesuita, Paulus hæc verba, bibite ex hoc omnes. Aperi oculos mi sociè, & vide, quid cap. præcedenti eiusdem Epistolæ scribat, de hoc eodem cœnæ negotio. Quid igitur scribit Apostolus? OMNES quidem de vno pane, ET DE VNO CALICE PARTICIPAMVS. Quid habes iam Iesuita, quod inquiras adeo scrupulosè amplius, & nodum in scirpo quæras?

Reliqua quinque vestra, quæ fingitis, Sacramenta non sunt, proprie loquendo, de quibus etiam alias à nostris copiosè est dictum. De tremendo Missæ sacrificio, inquit, non videtur hoc loco agendum. Sed tamen cum hic in suo foro, & quasi regno versetur, non potest se continere, quin digrediat in Missæ commendationem. In hoc enim dignitate longè excellit, & D. Mariæ virgini,

Refutatio defensionis

Grabriel super
Can. Missæ,
lect. 4.

& angelos, quippe qui ad sacerdotij auctoritatem non audeant aspi-
rari. Tranigrediendo, proinde, inquit, Gabriel agmina angelica,
ad ipsam cœli reginam & Mundi dominam veniamus, &c. Ita
Gerarchis tamen cedit Ecclesiæ in commisi mysterij executione,
Illa nempe probatur octo verbis, Ecce ancilla Domini, fiat mihi
secundum verbum tuum: semel concepit DEI filium, & Mundi
redemptorem. Isti a Domino consecrati, quinque verbis con-
textam consecrationis formam cum debita intentione proferentes,
eundem Dei, virginisque filium aduocant quotidie corporaliter
in sacrificium, & criminum expurgationem. Et idem post: Gre-
gorius, o inquit, veneranda sacerdotum dignitas, IN QUORVM
MANIBVS, VEL VT IN VTERO VIRGINIS FILIVS
DEI IN CARNATVR, &c. Quis hic vidit similia? Quis
creauit me (si phas est dicere) dedit mihi creare se, & qui creauit
me sine me, creatur mediante me.

Quid igitur nos Iesuita de Missæ? Applicari per Missæ sacri-
ficium tam defunctis, quàm viuis præsentissimum redemptionis
nostræ *λύτρον*, quo in cœna vltima semetipsum obtulit secun-
dum ordinem Melchisedech, quo fuit a Christo domino prototy-
pa institutum. Quemadmodum igitur Christi oblatio & sacrifici-
um fuit pro peccatis viuorum, & mortuorum, qui ante & post
ipsum vixerunt & mortui sunt, sic etiam hoc iuge sacrificium pro
viuis & defunctis propitiatorium applicatur. Id Apostoli, id A-
postolici viri, id primitiui fideles, id patres orthodoxi seculorum
omnium tam Græci, quàm Latini crediderunt, docuerunt, & ob-
seruauerunt, & cum vniuersali Christi Ecclesia seruandum præce-
perunt.

Et quæ nam hæc tam dira mentiendi libido te Iesuita tenet? An
ne ita nos omnes rerum omnium & historiarum ignaros esse ar-
bitraris, vt quæ sit origo, quæ incrementa Missæ papisticæ, quid
singuli Pontifices assuerint ordine, donec Pandora ista Missæ Thea-
tricæ prodiret, ignoremus? Hanc ne Missam vestram sacrifici-
um verè propitiatorium pro peccatis viuorum & mortuorum
Apostoli, Apostolicique viri, crediderunt, docuerunt, præcepe-
runt? Age verò saltem vnum verbum ex scriptis Apostolorum
profer, quo illius fecerint mentionem? Cœnæ dominicæ quidem
celebrationem, descriptam legimus in eorum scriptis; de Missæ ves-
tæ oblatione, vel sacrificio, ne iota quidem apud illos extat.

Platina certè vester, qui vitas Pontificum Romanorum descripsit
in vita Sixti I. dicit D. Petrum ad solam Dominicæ ora-
tionis

tionis recitationem celebrasse. Gregorius I. eius nominis Pontifex Romanus, Magnus dictus, idem de reliquis testatur Apostolis, quorum mos fuerit, ut ad ipsam solummodo Orationem dominicam oblationis hostiam consecrarent. Greg. Mag. in Registro parte 8. Episto. 7.

Canonem qui præcipuum est, & caput Missæ, & sine quo Missam celebrari posse negant, non ab vno aliquo autore, nec eodem tempore contrarinatum esse, sed à pluribus consutum, & plus quingentis demum annis, post Apostolorum tempora confectum & perfectum esse, testatur Innocentius III. lib. 3. cap. 10. de sacra: altaris mysterio. GELASIVS INQVIT 51. à Petro, qui post Syluestrum 160. annis vixit, creditur Canonem principaliter ordinasse. Sed ut dicit Gregorius in Registro, loco quo supra, quidam, nomine Scholasticus, composuit precem illam, quæ super Eucharistiam pro secreto dicitur.

Iodocus Clichroueus, Parrhisiensis doctor in Antiluthero hæc eadem de Gelasio repetit, addit autem, quid Leo I. ad eum qui prius fuerat, Canonem adiecerit, similiter & Gregorius, I. & concludit, dicens: Et alij summi Pontifices diuerso tempore alias sacri Canonis particulas adiecisse prius compactis traduntur, instituisseque ceremonias in ipso Missæ Canone, à sacerdote sacra faciente, obseruandas.

En tibi amice lector, Missam Apostolorum, Apostolicorumque virorum, quam ipsi crediderunt, docuerunt, præceperunt, scilicet. Cum ergo Canon, sine quo Missa celebrari non potest, post 500. demum annos à CHRISTO, paulatim a multis, variisque Rom. Pontificibus consarcinatus fuerit, sequitur manifestè, ante illa tempora, nullam in toto orbe Christiano, Missam papisticam celebratam fuisse. Quid igitur Iesuita hic narrat?

Quod verò dicit à Christo institutum Missæ propitiatorium sacrificium, audio quid dicat: sed quomodo id prober non audio, neque in æternum probabit vnquam. Nam quod ait, Christum semetipsum in vltima cœna obtulisse secundum ordinem Melchisedech, signum est cordis Pontificij, ebrii imaginationibus Missarici papistici sacrificij. Non enim DEO patri in cœna se CHRISTVS obrulit, quod factum est postridie in cruce: sed discipulis suis corpus suum & sanguinem, semet serens (ut Augustinus loquitur) manibus suis, edendum & bibendum exhibuit, atque Cœnam suam, quæ Sacramentum est, non sacrificium propitiatorium, quod toto genere diuersa est actio ab illa, instituit.

Refutatio defensionis

Ex hac cœnæ Dominicæ institutione à Christo facta, probandum erat Missaticum illud Papisticum sacrificium, aut ostendendum, ubi, quando, quibus verbis hoc Christus instituerit.

Nam quod Christus dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, id Epistola ad Hebræos 7, copiose enarrat, in quibus hic illius typum gesserit: nulla verò prorsus, ne quidem vnico verbulo, mentio sit oblationis panis, & vini. Melchisedech enim nequaquam panem & vinum Deo obtulit, sed Abraham, exercituique eius redeunti, protulit. Et in hoc nihil discriminis fuisse inter sacerdotium Melchisedech, & Aharonis, nam & hi panes Deo obtulerunt, & vinum libauerunt. Et aliunde fundamentum sacrificij propitiatorij Missatici petendum erat, figura enim, inquit Augustinus, nihil probat.

Quod igitur ad Melchisedech, qui typus fuit Christi, per hunc est impletus, factus est enim rex pacis, & iustitiæ Sacerdos sumus, nos Deo patri reconcilians, & benedictionem Abraham nobis promissam impetrauit. Vnica oblatione consumauit in æternum sanctificandos, quæ oblatio repeti non potest, hac enim repetitione, vt Leuitica sacrificia, imperfectionis argueretur, sedet sacerdos ad dextram æterni patris, adhuc pro nobis intercedens; vnde alij mortuis patronis apud Deum nobis opus non est.

Hæc sacerdotis nostri summi, secundum ordinem Melchisedech officia, personam ipsius non excedunt. Vnde facessant oblationes Missaticæ, quæ horrenda sunt, abominanda & damnanda cœnæ Dominicæ prophanatio, & sanguinis, ac meriti Christi, eiusque vnici sacrificij verè propitiatorij plus quàm sacrilega conculcatio.

Iuge quoque veteris Testamenti sacrificium, quo iugiter quotidie mane & vespere Domino agnus immaculatus offerebatur, non Missæ papisticæ typus fuit, sed Christi, agni Dei immaculati, qui sustulit peccata Mundi, & semel se obtulit, ÆTERNA redemptione inuenta. Hic ergo Christus agnus est ille Dei, occisus ab origine Mundi, est heri, hodie, ipse & in seculum, hunc nos prædicantes, honoremque proprium illi debitum tribuentes, insuper Missæ papisticæ sacrificium abrogantes, & damnantes: non iuge Christi sacrificium, sed idolum Pontificium, per quod filius Dei conculcatur, & sanguis fœderis prophanatur, abrogamus, tollimus, damnamus.

61.

Syncerum Dei verbum, & legitimum Sacramentorum vsum non posse esse nota Ecclesiæ dicit Iesuita, quia omnes sectæ illis vtantur,

utantur, dicas tu Iesuita quicquid volueris: Quod si illud habeant sincerum, & horum usum legitimum: certe sectæ non sunt, sed vera Dei Ecclesia, Christo teste: Oves meæ vocem meam audiunt. Item, qui ex Deo est, verbum Dei audit. Ideo vos non auditis, quia ex Deo non estis. Item, si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Quod verò sectas omnes, has sibi notas vendicare dicit: non ideo habent vel sincerum Dei verbum, vel legitimum Sacramentorum usum, ideoq; cauendæ.

Iohan. 10. 8.

Et quod ridiculum videri dicit, quod sabbatum collocauerim inter signa, quibus Deus olim populum suum Israëliticum discreuerit ab omnibus reliquis gentibus & populis terræ: ridiculus Iesuitæ huic, Deus quoque erit, qui ait Moysi: Loquere filiis Israël, & dicas ad eos, videre, vt sabbatum meum custodiatur, quia signum est inter me & vos, in generationibus vestris. Et repetitur ibidem: Custodiant filij Israël Sabbathum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum inter me & filios Israël, signumque perpetuum. Repetitur denique à Domino in Ezechiel, signumque perpetuum, vt sit signum inter me, & vos, & sciat, quia ego sum Dominus Deus vester. Romani certè sabbatum adeo non obseruauerunt, vt hoc nomine Iudæos Seneca irriserit, quod magnam vitæ partem ocio transigant, & optimas rei benè gerendæ occasiones negligant. Sicut & gentes sabbatho Iudæos aggrediuntur prælio, quo sciebant eos non restituros.

Exod. 31.

Ezech. 20.

Quod diximus sermonem, & verbum Christi notam esse Ecclesie veræ: hinc absurdi nos conatur conuincere, quia ipsimet doceamus, neminem posse Dei præcepta seruare. Quare nemo apud nos possit Christi discipulus esse, & sic istas notas apud nos locum habere non posse.

62, 63.

Rabbi iste, & qui sibi apud suos Magister videtur in Israël, sicut Pharisei olim & Scribæ Phariseorum, discrimen ignorat inter legem & Euangelium, sed confundit, & pro vno & eodem accipit, cum ingens sit inter illa duo diuersissima doctrinarum genera discrimen, quo ignorato, sublata est tota Theologia, quod superioribus seculis, à Monachis & scholasticis doctoribus est factum, ex quorum lacunis, neglecta Scriptura sacra cum suam Theologiam hauserit Iesuita, mirum non est, eum in tenebris ignorantiae versari. Atqui Christus hic de suo sermone, & suo verbo, quod est Euangelium, sic propriè dictum, loquitur, qui seruatur, credendo

Cc

in ipsum:

Refutatio defensionis

in ipsum: quod faciunt omnes Christiani, aut Christiani non sunt, nisi nominetenus. Alius est & dicitur sermo Moïsis, qui lex nominatur, quam nemo potest seruare, ideo omnes damnat. De quo Iohan. 1. discrimine Euangelista loquitur: Lex per Moïsen data est, Gratia & Iohan. 5. veritas per Iesum Christum facta est. & hic dicit: Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud patrem, est qui accusat vos, Moïses, in quo vos speratis. Nihil præterea habet Iesuita, quod contradicat, nisi, quod vt hætenus multoties, cramben istam ponat, ac responat subinde, de sectis quæ sibi sumant has notas Ecclesiæ, de quibus & in præcedenti 61. breuiter, & supra quoque respondi. Summa, has notas, cum apud suam Ecclesiam monstrare non possit: nec etiam veræ Christi Ecclesiæ notas esse, ferre potest, ideo alias quæret, quas se positurum ait.

64. Negat in sua Catholica mutilatum, sed integerrimum, ac saluberrimum esse, Eucharistiæ Sacramentum, & fidelibus porrigi, asserit Iesuita.

Quanta hæc impudentia hominis, perfrictam & meretriciam habentis frontem, erubescere nescientis, & ad nullum expalescere mendacium, quantumuis apertum, crassum, palpabile. Cum fateantur Christum sub vtraque specie panis & vini venerabile hoc instituisse & administrasse Sacramentum. Hoc integrum est Sacramentum. Iam illi altera parte auulsa, calice scilicet benedicto, tamen toti Ecclesiæ persuadere conantur, integrum adhuc esse Sacramentum. Perinde ac si quis altero coniugium mortuo, nihilominus inter illos coniugium constare, duosque illos adhuc coniunctos esse asserat: Quis non præstigiatores rideat, persuadere hoc hominibus conantem? Aut si sero hoc assermet, delirare, aut insane nire potius, clamabit?

Concil. Const.
Sess. 13.

Rectissimè ergo Gelasius Pontifex Romanus affirmat, GRANDE ESSE SACRILEGIUM, quòd quidam sumpta tantum sacri corporis portione, a calice sacraati cruoris abstinere, nescio, inquit, qua SUPERSTITIONE cogantur: Qui procul dubio aut INTEGRA percipiant Sacramenta, aut AB INTEGRIS arceantur. Quia diuisio vnus & eiusdem mysterij, SINE GRANDI SACRILEGIO NON POTEST prouenire.

En tibi Gelasium Pontificem Romanum, qui negat integrum esse Sacramentum, quod tu Iesuita, impudentissimè, sine omni ratione, vocas integerrimū, quando a calice sacraato abstinetur. Nec hoc solum, sed insuper GRANDE SACRILEGIUM vocat, quod tu saluberrimum. Hic mirabilis est consensus Papisticæ Ecclesiæ, cum Ecclesia olim, & Pontifice Rom, Sed quid narras Lutherane sectæ

sic, ad

ne, an nescis Pontificem Rom. potestatem habere rescindendi Acta alterius, & omnia iura in scrinio sui pectoris: Imò etiam supra Concilia esse, & posse contra Pauli Epistolas statuere: immutareq; formam Sacramentorum ab Apostolis traditam & verba sunt Archidiaconi: Quia ipse est fundamentum fidei, sponfus & caput vniuersalis Ecclesiæ, & rotius orbis, secundū Canones & Glossas. Quod ad nos, negamus integrum, vt iam ex Gelasio probatum est, esse Sacramentum, alteram tantum partem. SED NE SINE RATIONE INSANIRE VIDEANTVR: de concomitantia disputant, quod nullū corpus sit absq; sanguine: sed disputent ipsi, quādiu liberit: scimus nos, verbo Dei melius instructi, eo modo vtendum esse Sacramentis, quo Christus instituit: nihil auferendum: ipse nouit quid & quomodo de suo corpore & sanguine nobis velit dare. Anathemata igitur sunt, quicunq; hæc mutant.

Negat Iesuita Euangelium Apostolicum, notam esse monstrantem, quæ nam sit Christi Ecclesia, cum Paulus dicit: Si quis aliud Euangelium prædicauerit, &c. Item, ædificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, &c. Quicunq; iuxta hanc regulam Incedunt, pax super eos, & misericordia. Sed tantū prohibitionem, ne quis reiecto verbo Christi, Euangelij doctrinam nouam, ac falsam, sub Euangelij titulo suscipiat. Et hoc ipsum nuper per Trid. Synodum sub anathematis comminatione mandatum, vt perpetuo (vitatis nouitatibus) retineatur illud ipsum Apostolicum & Catholicum Euangelium, quod Christus ipse docuit, quod Apostolus per totum orbem terrarum diuulgarunt. Respondeo. Primum, Iesuita, negabis ne, eos, qui (vitatis nouitatibus omnibus Christi Euangelio contrarijs) hoc syncerum retinent, fide amplectuntur, eiq; adhærent fideliter, Ecclesiam Christi esse: Certè Christus hos pro suis ouibus agnoscit, & hanc notam ponit suorum discipulorum, si in sermone suo permanerint, dicas tu, quicquid velis. Et qui fundati sunt super petram, qui est Christus hi viuunt lapides, ædificati in domos spirituales, & quæ in hanc sequuntur sententiam plurima, vobis Sacrificulis, qui soli vultis audire spirituales, & sacerdotium regale, &c. Quod vero addit, Synodum Trid. mandasse sub anathematis comminatione, vt illud perpetuo retineatur, & huc vsque custoditum: Iudit sophista vocabulo Euangelij. Concedimus quidem de libris Euangelistarum & Apostolorum, verum esse, quod eos custodierint Pontificij: sed quemadmodum Iudæi Scripta prophetica custodiunt ad superstitionem vsque, quæ tamen non intelligunt, sed eis sunt liber signatus, quia CHRISTVM, qui lux est doctrinæ cœlestis, non vident, non credunt

65.
Gal. 1.
Eph. 2.
1. Petr. 2.
C c 2 in cum

Refutatio defensionis

in eum, nec agnoscunt, ideo velamen manet super oculos eorum.
 Ad eundem plane modum & Pontificij, libros illorum retinent:
 sed sine mente, & intelligentia longè diuersissima ab illis tradentes,
 quæ ex viua, scilicet Apostolorum prædicatione se habere nugan-
 tur. Et hæc vocant ipsi Euangelium, quod Christus docuerit, &
 Apostoli per orbem terrarum diuulgant, qualia sunt, Missam,
 quam ipsi iam celebrant aliquot seculis, sacrificium esse verè pro-
 pitiatorium pro peccatis viuorum & mortuorum, animas ex cor-
 poribus, & hac vita migrantes, in igne quodam à peccatis purgari,
 donec satis patiantur pro in corpore admissis peccatis: Suffragia
 multiplicia, quibus inde liberentur, si videlicet in Vigilijs lectio-
 nes recitentur, & Psalmi decantentur, Missæ pro eis celebrentur,
 septima, tricesima, anniuersaria, elemosynæ dentur, &c. Sanctos
 esse inuocandos: ad 14. opitulatores in necessitatibus confugien-
 dum: Peregrinationes ad diuorum reliquias, vel vbi signa ædunt
 & miracula: Adoratio imaginum & statuarum: vota & ordines
 Monastici innumeri: regularumque de hominum ingenio exco-
 gitatarum observatio: opera supererogationis, quæ in istis fiunt
 Ordinibus à spiritualibus istis, quibus ipsi propter abundantiam
 non indigent, ideo alijs vendunt magno precio, vt eorum fiant
 participes, quæ à toto fiunt collegio, literis & sigillis, contracti-
 bus istis & mercimonijs confirmatis: prohibitio ciborum: dis-
 pensatio & relaxatio eiusdem: ac literæ indulgentiales, in quibus
 absolutio & peccatorum remissio promittitur, & venditur pro
 pecunia: Magicæ consecrationes olei, chrismatibus, aquæ, ignis, sa-
 lis, tempestatum, herbarum, vestium sacratarum, cucullarum, ce-
 reorum, palmarum, gladiatorum, Agnus Dei ex cera: prohibitio
 nuptiarum Sacerdotum, Monachorum, & Monialium: Psalteri-
 um Mariæ: Confessio auricularis: satisfactio pro peccatis per ho-
 minum opera: Mutilatio cœnæ Dominicæ: circumgestatio &
 adoratio panis consecrati: cultuum institutio, bona intentione
 facta, & alia huius farinae propemodum innumera. Quibus ra-
 men omnibus factis, dubitandum esse docent homini, num sit in
 gratia apud Deum, quam humilitatem esse affirmant.

” Hæc Pontificijs, & huic Iesuitæ Euangelium illud sunt anti-
 ” quum, Catholicum, & Apostolicum, quod fideliter custodiendum,
 ” & retinendum docent. Hoc ab Apostolis traditum viua voce,
 ” Et ille qui Deum nouit, Apostolos, eorumque successores, hoc
 ” est, Prælatos Pontificios audiat, in quo discernitur Spiritus verita-
 ” tis, à spiritu erroris (verba sunt Iesuitæ.) Profecto hinc Caipham
 propheta-

prophetisare dicas, nam sacerdos est Iesuita. Planè hinc, quod dicitur spiritus veritatis, à spiritu erroris discernitur. Quæso enim te, bone vir, in quorum Euangelistarum, aut Apostolorum libris, vnicum verbum, vnicam syllabam, iota vnicum, de illis omnibus, quæ iam recensuimus ordine plurima, in quibus vestra tota consistit religio, fides, cultus, salus, legisti? Recita obsecro? Quin tandem? Et cur hic obmutescis? Num mutum habes spiritum, qui te loqui prohibet, alias satis loquaculum? Sed audio murmur Pharisei: Non omnia scripserunt Apostoli & Euangelistæ, verum via voce præconauerunt. Audio quid dicas? sed tu vicissim quoque audias, non quid ego, sed quid Irenæus dicat, antiquissimus scriptor, qui Polycarpum audiuit Iohannis Euangelistæ, & Apostoli auditorem: Apostoli id Euangelium, quod præconauerunt, postea per Dei voluntatem in scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ. Hi quid scripserint notum est: ex quibus apparet, illa vestra esse dæmoniorum doctrinas, aut vt mitissimè dicamus, ἐθελοθρησκείας, quibus se Christus frustra coli testatur. Et ex diuersitate & contrarietate doctrinæ Apostolicæ scriptæ, ipsa doctrina hæc pontificia pronunciat, non esse Apostolicam.

Irenæus lib. 3, cap. 1.

Ridiculum itaque est, quod cum Christus præcipiat, Apostolos suos audiendos, eorumque successores, id ad Prælatos Pontificios transferat. Quasi verò ignoremus inter nigrum & album, inter falsum & verum, hoc est, inter hos & illos quid intersit? Quantum enim cælum summum à terra infima distat, tantum hi ab illis.

Quod postremo Iesuita addit, me hic fateri, quod supra negauerim, Ecclesiam columnam esse veritatis: luculentam mihi facit iniuriam. Columna est veritatis Ecclesia: quia verbi Dei veritas nusquam alibi in toto Mundo reperitur, nisi in vera Christi Ecclesia.

66.

Locum ex Augustino citaui: In scripturis diuinis quærendam esse Ecclesiam. Hic coccyssimum suum repetit Iesuita, Ecclesiam Scripturis esse priorem. Ideoque illam, hanc nobis tradere, & sic Scripturam tanquam matrem, Ecclesiæ, filix suæ mutuas tradere operas, & testimonium veritatis illi perhibere.

Atqui, o bone vir, supra contrarium probauimus, non enim Ecclesia mater est, quæ gignat Scripturam, sed contra potius, filia est Ecclesia, quæ ex Scriptura, siue verbo Dei, tanquam semine incorruptibili, nata est.

Nec intelligis adhuc, qui Magister vis perhiberi in Israël, quid

Refutatio defensionis

nomine Scripturæ veniat. Cum enim de Scriptura sacra loquimur, non de literarum notis, quibus scripta est: sed de re ipsa, & sententia his literarum notis comprehensa, intelligimus. Verbi gratia, sumamus primam Euangelij concionem, qua primi nostri parentes, in gratiam sunt recepti, & Ecclesia Dei iterum facti: *IPSUM* (non ipsa, scilicet Maria, ut vos, sed perperam legitis, corrupta sententia, & deprauata Scriptura) semen mulieris, conteret caput serpentis. Hæc res est, & sententia verbi Dei: quod promittitur Messias, qui contritus sit caput serpentis, vel, ut Apostolus reddidit, qui destructurus sit opera Diaboli, hoc est, peccatum & mortem sua morte expiaturus & sublaturus, reparata gratia *DEI* & restituta iustitia, ac vita. Hæc, inquam, res est, & verbum *DEI*, ex quo nata est Ecclesia, huic etiam credentes, in gratiam sunt recepti, & ipsi, & quorquor huic promissioni, quam ad suam posteritatem fideliter, in initio, viva voce tantum, propagauerunt, fide sunt amplexi: facti sunt & fuerunt Ecclesia *DEI* in terris, quæ non mater est, aut suscipit, sed filia ex verbo *DEI* nata. Siue igitur iam voce prædicetur, siue scripto excipiatur, & legenda exhibeatur: eadem proorsus res est, & sententia. Cum ergo de Scriptura sacra loquimur, de sententia & rebus in ea contentis intelligimus. Sicut ipsi quos que haud raro dicis, Scripturam in intelligentia consistere, quam, quamdiu miseri lacerare conantur, inquit Augustinus, nullo modo intelligere permittitur.

67.

Augustinus contra Adimant Manich. discipulum cap. 12.

Negar Iesuita Sacramenta notam esse Ecclesiæ *CHRISTI* posse, eò quod secundum Augustinum, etiam extra Ecclesiam esse possint, sed non prodesse. Respondeo. Nec nos sola Sacramenta, Ecclesiæ signum esse dicimus. Sed hæc duo coniuncta, nempe verbum Dei syncerum, & incorruptum, cum legitimo Sacramentorum usu: velis nolis, signa populi *DEI* concedere cogeri, nisi Christum mendacij arguere malis, qui ablegans Apostolos suos in vniuersum terrarum orbem, sibi que eum subiugare, & inde Ecclesiam colligere mandans, cum hac instructione eos dimittit, ut prædicent Euangelium, & doceant eos seruare omnia, quæcunque præcepit eis, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, addens: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Item: Hoc facite in mei commemorationem. Hoc modo inchoata et collecta, ac perfecta est Ecclesia. Vbicunque ergo hæc sunt, illic cognoscitur esse Christi Ecclesia.

Nam quod vos de stulto & insano vestro capite Pontifice Romano, similiter de loci successionem corporali, multa nugamini, quæ
notæ

notæ sint Ecclesiæ Christi: de his in sacra Scriptura, ne gry quidem exrar. Vobis itaque Iesuitis, qui supra, præter, extra, & contra Christum, salutem in multis alijs rebus, seu nugis potius vestris, & commentis quaeritis, notas has Antichristianæ Ecclesiæ relinquitur, contenti ijs, quas Christus nobis tradidit.

Quod Augustinus chrisma quoque in genere visibilium signorum numeret, scimus: sed quo Scripturæ testimonio prober, propriè Sacramentum esse Noui Testamenti, propriè, inquam, sic dictum, & non in genere, id nondum audiuius. Hic autem si sequemur regulam ab ipso Augustino præscriptam, Augustinus certe non agere feret, videlicet, vt alios præter Canonicos ita legamus, vt quantalibet sanctitate, doctrinaque præpolleant, non ideo verum putemus, quia ipsi ita senserunt: sed quia vel per illos auctores Canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te, mi frater, sentire aliquid aliter existimo: prorsus, inquam, non te arbitror sic legi libros tuos vel le, tanquam Prophetarum, vel Apostolorum, &c. Absit hoc à pia humilitate, &c. Certè ipse Augustinus Epistola 118. Et de doctrina Christian. lib. 3. cap. 9. a Christo in nouo Testamento patet, & duo tantum enumerat, Baptismi Sacramentum, & celebrationem corporis & sanguinis Domini. Quod si alibi, vt Iesuita scribit (nec tamen ostendit vbi) septem Sacramenta palàm recipit, & obseruat, idque docere poterit, vel Augustinus, vel ipse Iesuita, alia esse, præter illa duo, verè & propria noui Testamenti, a Christo instituta, visibilia Sacramenta, perpetuo in Ecclesia retinenda & obseruanda, vt nos de gratia Dei certiores reddant, fidemque nostram confirment, recipere parati sumus.

August. Epistola
19. ad Hierony.

De Euangelio scripto & prædicato agitur: vnum & idem esse in 66. docuimus, ideoque libenter concedimus, sicut ibidem est demonstratum: Sed non eo modo, quo hic Iesuita multa inuoluens, & suum suorumque Pontificum toxica miscens, & regens venena, non omnia scripta esse, quæ fecit Iesus: Quod Apostolus dicit. Sed quid hæc ad traditiones humanas, quas tu partem esse dicis Euangelij, & totam Ecclesiæ doctrinam Euangelij prædicati nomine rectissimè censi, verumque Christi esse Euangelium, ais. An tu enim alia habes, quæ Christus fecit, quæ non sunt scripta ab Euangelistis & Apostolis? Atqui hoc Augustinus affirmat, temerarium esse pronunciare, quæ illa fuerint, non scripta. Et si quis ausit dicere, quæ nam illa sint: vnde velit probare? August.

68.

Iohan. 20. 22.

cc

cc

cc

vicinos

Refutatio defensionis

vicinior fuit Apostolis, & Ecclesie primitiue, qui hæc ignorari dicunt. Iam verò hi nostri aduersarij tot eo seculis posteriores, multo habent de illis certiora. Tace ergo Augustine, & caue, ne Lutheranus Hæreticus anathematiferis ab illis zelotis patribus Reuerentissimis.

Iohan. 20.

Sed quid opus est illis, cum ea quæ scripta sunt, vel à solo Iohanne, sufficiant ad vitam æternam per fidem in Christum consequendam? Hoc nobis quoque sufficit. An tu Iesuita ultra vitam æternam cupis transcendere? extra quam non nisi infernus & mors & damnatio æterna. Vide ergo quorsum cum tua Ecclesia, quæ Euangelium, nescio quodnam, Quintum scilicet, quod tu appellas NON SCRIPTVM, sis peruenturus? Nos hoc scimus, à Apostolos, & Euangelistas, quod antè probatum est, id Euangelium, quod prædicare missi sunt, per Dei voluntatem scripsisse. Nec aliud (quia boni, pñ, sancti viri fuere, & fideles ministri ac legati Christi) prædicasse, aliud scripsisse; & quid scripserint, habemus: ergo & id quod prædicauerunt: sed in illo, nihil eorum habetur, quod vos docetis, & obseruatis in Ecclesia vestra, quemadmodum supra 65. monstrauiamus.

1. Timoth. 4.

Vnde necessariò concluditur, Ecclesiam vestram non esse Apostolicam, sed Apostaticam: non Catholicam, sed Cacolycam: non Christi, sed Antichristi. Et omnino eam, quam Apostolus describit ex Spiritu sancto vaticinans: Spiritus autem, inquit, manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus apostatabunt quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam.

Et quomodo illos agnoscere possumus, sancte Apostole Paule, vt nobis ab illis Apostatis cauere possimus, ne seducamur ab eis? Nullæ ne sunt notæ? Maximè. Prohibentium, inquit, nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his, qui cognouerunt veritatem.

An non hinc agnoscis Iesuita notas, qui notas Ecclesie veras, quibus à falsa discernitur, agnoscere non vis, ab Apostolo, imò à spiritu S. designatas, quibus Apostata Ecclesia, hoc est, falsa, quæ à fide discessit, defecit, & spiritibus seductoribus attendit, & doctrinis dæmoniorum: Non, inquam, agnoscis Iesuita, vel tandem notas Ecclesie tuæ Pontificiæ, vnde, à quo, ad quem defecerit, & qui nam veri sint Apostata? An verò Appelles in arte pingendi peritissimus, villo penicillo artificiosius vos cum vestra Ecclesia & doctrina

doctrina depingere potuisset? Hæc vestra est doctrina, hoc vestrum Euangelium non scriptum, inter alia complura eiusdem mortæ dogmata, nuptiarum prohibitio, & abstinencia à cibis, quæ non à Spiritu sancto, sed spiritu erroris, non veritas, sed hypocrisis & mendacia, non à Deo vero, sed à Dæmonijs sunt profectæ, quæ tibi soli, tuisque relinquimus, cum vestra Ecclesia. Reuoco itaque & agnosco errorem meum, quo supra in 65. dixi, nullum verbum, syllabam, aut iota in sacra Scriptura, de vestra Pontificia religione & cultibus extare. Nam inter cultus præcipuos, est in Ecclesia Pontificia observatio prohibitionis nuptiarum, adeo, vt scilicet Petrus à Soto scribat, maximam pro peccatis satisfactio nem, virginitatem. De qua prohibitionem Paulus hic ex Spiritu sancto loquitur. Habetis ergo verbum Dei, & reum consistentem Tubingensem: En tibi etiam Confessio?

Consentit tandem Iesuita, Scripturam (tamen si Scripturam non nominet, sed tantum verbum Dei, aliud enim illis Scriptura sacra, aliud verbum Dei, quod latissimè illis pater, & non ita angustis terminis inclusum est, vt illa: quod inferendum erat, ne me falsarium proclamet,) auctoritatem suam principaliter à Deo habere. Fere nimium, non dico Scripturæ, sed verbo Dei concesserat: idè correctionem addit: Verumtamen, quod ad nos, auctoritatem quoque suam dicitur per Ecclesiam accepisse. Libenter itaque hoc quoque eis concesserimus, suo quodam modo, aliquam Scripturæ sacre accedere auctoritatem ab Ecclesia: sed ab Ecclesia vera omnium temporum, tanquam teste, quæ nouerat & audierat Prophetas, Apostolos, & Euangelistas, à quibus accepit hos libros, manuum scriptos: de quibus testatur bona fide, illorum esse, quorum nominibus sunt inscripti, & sic quasi per manus tradidit posteritati.

Scripturam nunquam accusatam esse dicit Iesuita. Absit iniquiens pijs cordibus tam insulsa temeritas. Respondeo, Prophani ergo sunt, & impij, qui eam accusant. Atqui talibus ornant Scripturam sacrosanctam flosculis Pontificij, quod sit mortua litera, dubia, ambigua, obscura, imperfecta, materia litis, liber hæreticorum. Sine scripto quam plurima esse tradita ab Apostolis, quæ ad salutem necessaria sunt: Et in ipsis, quæ scripta sunt ex eadem traditione sensum verum accipiendum. Traditiones absque scripto traditas, planiores & pleniores esse ipsa Scriptura sacra, Scripturas esse ad tempus adaptatas, & variè intellectas, Esse

69.

70.

Refutatio defensionis

eas de bene esse regiminis Ecclesiae etiam inceptae & continuatae, nequaquam de essentia existere possunt: Mutato iudicio Ecclesiae, mutatum est & Dei iudicium, scilicet in Scriptura. Tanto dignius Dei verbum à Deo tradi, quanto remotius ab omni Scriptura. Imò etiam ab omni vocali verbo, quando scilicet sola diuina reuelatione, sine vlla imagine & phantasmate ab eo infunditur cordibus, quae partim Nicolai Cusani Card. partim Fr. Petri à Soto sunt Scripturae sacrae Epitheta. Ex quibus & alijs eius similibus apparet, quàm honorificè sentiant illi de Scriptura sacrosancta, quae oraculum est Spiritus sancti. De quo iudicium pio lectori relinquitur, num commendatio, an accusatio haec sit Scripturae sacrae.

71. » Ne corrumpantur sensus hominum à Sathana & Pseudoprophetais, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis daemoniorum, ideo audiendam monet Iesuita vocem pastorum legitimorum. Respondet deo. Non repugnamus, quin audiatur vox legitimorum pastorum. Sed legitimi pastores sunt illi, qui proponunt vocem principis pastorum. Et sicut Christus monet, oues audiant vocem suam, alieni autem vocem non audiant, sed aufugiant ab eo. Et sibi caueant à Pseudoprophetais, qui in hypocrisis mendacium loquuntur, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis daemoniorum. Qui autem hi sint, ex hoc eodem loco ad oculum ex Apostolo demonstrauimus supra 68. Suo itaque proprio gladio Goliath iste incircumcissus Philistaeus est confossus.
1. Timoth. 4.

72. Dixeram in Disputatione contra vilitatem Pontificiorum opinionem, qua sententiam Scripturae de corde in corda transfundunt, & sic propagari: facilius id dici, quam probari. Vbi cum vitio Typographi scriptum inuenit (IN CORDES) sycophanta miser, cum non inueniat aliud: hoc sibi negligendum, tanquam rem magni momenti, non iudicauit. Adeo nihil contra sycophantae mortem tutum. O igitur terq; quaterq; infelix lebusae, excolans culicem, & deglutiens more Maiorum tuorum camelum. Quid enim hoc est, quod probare volens institutum, transfusionem nempe de corde in corda: primum, locum Ieremiae producit, quo Dominus pollicetur se leges suas scripturarum in corda eorum. Et Paulum deinceps, qui dicit Corinthios, Epistolam suam & Christi esse, scriptam non atramento, sed spiritu Dei viui, &c. Quid, inquam, hoc est? Num odio sacrae Scripturae excaecatus Iesuita, praeter reliquos errores, etiam Enthusiastarum & Schuuenckfeldianorum erroris patrocinium suscipere voluit: qui neglecto verbi Dei auditu
- Ierem. 31.

auditu, priuatas quærun*t* illuminationes extra Scripturam sacram. Nunquid enim Apostoli, qui per miraculum ingentia Spiritus S. dona acceperunt (quod singulare fuit propemodum) absque auditione verbi Dei illa acceperunt? Atqui Christum per triennium & amplius sectati sunt, verbum eius audientes. Quibus quidem misit Spiritum sanctum iuxta promissionem antea factam: sed ramen idem Christus de spiritu sancto venturo prædicit, ille suggeret vobis omnia, quæcunque ex me audiistis.

Miror autem, quid hic Iesuitæ superbo in mentem venerit, alleganti locum Pauli, vbi vocat Corinthios Epistolam Christi non sacramentum, sed spiritu Dei viui scriptam: An vero purat Iesuita illos Scripturæ sacræ sententiam genuinam consequutos, & ad veritatis, & Christi agnitionem, sine ministerio verbi, siue prædicationis scripturæ sacræ peruenisse? Atqui ibidem in immediatè præcedenti versu, Paulus idem dicit: Epistola nostra (quam antè Christi vocauerat) vos estis. Quod si hæc illi videbantur obscuriora: cur quæso non legere dignatus est actorum Apostolorum cap. 18. vbi manifestè scribit Lucas, Paulum Corinthi disputasse in Synagoga per sabbatha singula, suadebatq; inquit, Iudæis, pariter & Græcis. Item: & multi Corinthiorum AUDIENTES credebant, & baptizabantur. Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed LOQUERE, ET NE TACEAS. Quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit autem ibi annum, & sex menses, DOCENS APVD EOS VERBUM DEI.

Sed transuersum Iesuitam rapuit contentionis studio, spiritus vertiginis. In qua igitur Ecclesia, mi Iesuita, apud quos Patres, quos tu scripturæ sacræ interpretes proponis, hanc tuam istorum duorum scripturæ locorum interpretationem, vel audiisti, vel legisti? quod Deus per spiritum sanctum absque ministerio verbi, genuinam scripturæ sacræ sententiam Ecclesiæ de corde in corda transfundat?

Exemplis Ecclesiarum, Corinthiorum & Galatarum, quæ cito amiserunt genuinam Scripturæ sententiam, probaui in hac Disputationis meæ 73. Propos. id quod in præcedenti institueram, Non ita certò semper propagari eam de corde in corda per centos homines. Hic Iesuita respondet: Non omnino traditiones extinctas, nec Catholicam ipsam veritatem apud omnes, & vbique perierisse, Nam in Catholica Romana Ecclesia, nunquam genuinam Scripturæ sententiam, nunquam verum Dei cultum, nunquam legitimum Sacramentorum vsum interisse. Quod ad Ecclesiam ve-

Refutatio defensionis

ram attinet, est illa columna veritatis, quæ nunquam in illa penitus deficit aut perit: sicut in præcedentibus est dictum: sed tamen hæc alio tempore magis florere, alio minus, & tenebras etiam inualituras tantoperè, ut in errorem ducantur etiam electi, si fieri possibile esset, maxime de nouissimis temporibus, id a Christo prædictum est: Nec extra illam veritas reperitur.

Vide Mantuanum
de Roma.

Quod verò ad Romanam Ecclesiam, Catholicam Christi esse negamus: catholicam autem concedimus, quod sentina sit, & coluina, non viciorum modo omnium, sicut eam Mantuanus, ipse Monachus Italus descripsit: Non ignota loquor, liceat vulgata referre, &c. Sed omnium propemodum errorum, omnis impietatis, & Idololatriæ, collecta ex idolomania turpissima Ethnicorum, ex Iudaismo, & corrupto Christianismo. Sicut Polydorus Virgilius de inuentoribus rerum scripsit, vnde pleraque Religionis Pontificiæ orta sunt & mutuata. Vide etiam quæ supra à nobis in 65. scripta sunt, & cognosces amice mi lector, quam vera sit Iesuitæ gloriatio Thrasonica de Ecclesia Romana, meretrice Babylonica.

74.

Dixi depositum illud Religionis veræ, non ita facile fideliter retineri & custodiri, nec esse hereditarium bonum, quod ita à loci successoribus semper conseruetur, sicut nobis omnibus modis persuadere conantur aduersarij, Cum nemo adeò rerum omnium expertus sit, & iudicij inops, qui non manifestè videat totam Pontificiam Religionem, siue doctrinam, siue cultus spectes, prorsus diuersam esse, imò planè contrariam Apostolorum, & primitiue Ecclesiæ. Quod cum ab alijs multis copiosè, tum etiam hæcenus a nobis luculenter est demonstratum. Cum verò suum intentum Iesuita probare non posset RE IPSA, similitudine ac cognatione propheticæ & Apostolicæ, ac suæ Ecclesiæ doctrinæ, & cultuum, quæ vera esset & solida probatio: Scripturæ tribus locis productis, ac miserè falsa interpretatione, ad suum institutum probandum detortis, quorum neuter quicquam ad rem facit, ita ut valde infœlix, ineptus & ridiculus sit Iesuita Scripturæ interpres, abutitur.

Psal. 2.

» Nam quod Deus Pater Filio promisit Gentes, hæreditatem:
» non loci successio certa in sede aliqua promittitur, horum enim nullam prorsus, quod omnes vident, facit Deus hic mentionem. Et aliud certè non vult, quam quod omnia ei subijciantur: & constituitur ipse caput Ecclesiæ, quæ colligenda sit ex omnibus gentibus, voce & ministerio verbi, quo eam, sicut pastor baculo regem sit

gem sit rectorus, vt sponte ei pareant. Sed quid hæc ad loci certi successiõnem?

Similiter & locus Esa. 59. Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, nec de ore sediminis tui, dicit Dominus, à modo & vsque in sempiternum. Concilio est de Christo, ex Deut: 18. desumpta, qui mandatum à patre accepit, vt annunciet Euangeliũ omnibus hominibus in Ecclesia omnium temporum, quod in ea perpetuo sit conseruaturus. Sed hinc non sequitur, ideo alligatum hoc esse ad certum populum & locum, quemadmodum in veteri Testamento est factum, vbi in vno populo sedes erat Ecclesiæ, reliquis gentibus omnibus neglectis.

Tertius locus ex 4. cap. ad Ephe. quod Christus quosdam dederit Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores (hic, inquit Iesuita, notet aduersarius, quæ sequuntur) ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurras omnes in vnitatem fidei.

Audio, mi Iesuita, quod Paulus dicit, Christum sedentem ad dexteram æterni Patris, excitare & donare semper Ecclesiæ suæ doctores, quorum ministerio operetur electorum salutem. Hoc, & aliud non vult Apostolus. Hoc idem nos tantum abest vt negauerimus vnquam, vt gratis mentibus, post filij Dei incarnationem, passionem & resurrectionem à mortuis, summum agnoscamus & prædicemus Dei beneficium, quod Ecclesiæ contingit in terris.

Sed quid hæc ad vestram loci successiõnem? Num ideo putas, sicut fortè putas, sed male putas, experientia tibi tuisque omnibus reclamante, Linum vel Clerum, taceo enim posteros reliquos, Alexandros, Benedictos, Bonifacios, Clementes, Gregorios, Innocentios, Ioannes, Leones, Martinos, Nicolaos, Stephanos, Urbanos, &c. quia in loco (vt dicitur) successere Petro, ideo etiam à loco isto dona Petri, pietatem insignem, Scripturarum peritiã & intelligentiam, donum miraculorum edendorum, linguarum scientiam, constantiam illam, & alia quæ habuit Apostolus Petrus, iure hæreditatio accepisse?

Gloriantur quidem illi de Petri patrimonio, quod nullum habuit: sed rete lacerum, Christum secutus, reliquit. Vnde igitur amplissimum & plus quam regale patrimonium? Quod ipsi riserunt Pontifices. Cum enim aliquando sanctus Thomas Romam ad Pontificem venisset, & ingens huic auri argentiue vis allata

Refutatio defensionis

esset, dixit illi: Ecce Thoma, ego non possum dicere cum Petro: Aurum & argentum non est mihi. Cui subrisit iste, & respondit: ideo beatissime pater, non potes cum eodem dicere claudio: surge & ambula.

Sic de reliquis Episcopatibus. Num Ambrosii successor Mediolani, statim fuit Ambrosius factus? Num Augustini Hippo-
nensis Episcopi successor, iure hæreditario dona illius accepit? Vbi igitur nunc in Episcoporum ordine, & loci successione, Ambrosii, Augustini, Hilarij, Athanasij, Cyrilli? &c. Ex multis centenis aut serè millibus eorum successorum, non vnicum, vnicum inquam, nobis monstrabis Augustinum.

Non malè ergo, sed rectè dixi: Deposita illud non ita facile & fideliter retineri & custodiri, & Religionem hæreditarium bonum non esse: sed dona sunt Dei liberrima, salutares doctores Ecclesiæ, quos Deus vbicunque vult, liberrima sua & gratiosa voluntate excitat, præparat & extrudit in messem suam, quos à se peti vult. Non itaque sic formantur, nec ita ex hac successione nascuntur, vt tanquam poma de arboribus excuti possint.

Obscurum nemini est, quo consilio hæc ita à vobis fingantur, eaque tanquam oracula quædam stultis persuadere cupiatis: nempe vt hoc quasi fundamento iacto, postea omnia vestra pro verbo D B I, miseris & malè persuasis ac seductis in erroribus vestris, obtrudatis: Et sic habentes clauem regni cælorum, vt olim Pharisæi, ipsi non ingredimini, & volentes intrare, prohibetis: canesque estis in præsepi,

75. In hac de Scripturæ sacræ interpretatione agitur, & concedit & fatetur Iesuita nobiscum, genuinam sententiam eius in ipsa contineri & conseruari, ex eaq; eruendam. Sed hoc in nobis repræhendit, quo sentiamus, hoc ipsum ex officio ad quemuis etiam priuatum hominem, cuiuscunque sit conditionis, & vocationis, pertinere, ideoque non foeliciter erui eam ab ijs, qui Prophetæ non sint, nec interpretandi donum & officium habeant. Verba hæc sunt & sententia Iesuitæ.

Initio autem gratias Deo agimus, quod vel tandem Iesuitam hunc illuminarit, vt Deo det gloriam, & confiteatur, Scripturam sacram sufficere, ex qua vera & genuina sententia eius erui possit. Hactenus enim inter nos controuersum est semper: Num Scriptura per scripturam, & ex se ipsa esset interpretanda. Quod nunquam

quam ab aduersarijs nec in Colloquijs, neque in Concilio Tridentino, impetrare potuimus: sed per longas & multas ambages, nos circumducere conati sunt, nempe primum ad traditiones, secundum quas Scriptura ipsa sit interpretanda, Has enim pleniores & planiores esse ipsa Scriptura. Deinde ad scriptores Ecclesiasticos, quos patres appellant: hos esse legitimos Scripturæ interpretes, ab omni affectu alienos. Post, ad Concilia: & tandem postremò ad suos Prælatos, qui proximi sint, ad quos nobis eundem fiet.

Iam igitur habemus quod volebamus, liberaliter nobis concedente socio Iesu, nempe genuinum Scripturæ sacræ sensum ex ipsa Scriptura sacra eruendum. Quare nos quoque vicissim libenter illi in hoc consentimus, quòd negat hoc cuiusuis esse, aut ad quemuis hominem priuatum ex officio pertinere, cuiuscunque sit ille vocationis vel artificij. Nec enim vnquam mens hæc nostra fuit, & si ita de nobis hæctenus sensit socius Iesu, sententiam nostram non bene est assecutus: sed hoc dicimus, hoc sentimus: quemuis Christianum Scripturæ sententiam tenere, quæ est: quòd solus CHRISTVS expiauerit nostra peccata sua passione, & quòd omnibus verè poenitentibus ac credentibus in ipsum, gratis, remissis peccatis, eos velit in gratiam recipere, & donare vitam æternam. Quòd verbo suo & Sacramentis tanquam sigillis apensis ad literas suas cœlestes, nobis confirmet. Pro qua impenisa mens ipsius bonitate, nos decet gratos esse, non verbis solum, sed totius vitæ nostræ obedientia, iuxta rationem verbi ipsius instituta, vt viuamus coram illo in sanctitate & iustitia omnibus diebus vitæ nostræ, diligentes ipsum & proximum: quam obedientiam, etsi multis modis imperfectam, tamen sit remuneraturus & in hac præsentis & in altera vita futura. Hanc, inquam, Scripturæ sacræ sententiam, quosuis, qui vsum habent rationis, tenere, cuiuscunque sint conditionis Christianos, quibus salus sua curæ est, necessarium esse affirmamus.

Cæterum quod ad Scripturæ sacræ interpretationem attinet, vt dicere cœpimus, omninò consentimus cum nostro socio, quòd non sollicitè genuina eius sententia ab omnibus eruat, præsertim ab ijs, qui Prophetæ non sunt, nec interpretandi donum & officium habent 1. Corinth. 12. Vnicuique autem datur (inquit Apostolus) manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem scientiæ, secundum eundem spiritum: alij Prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum

Refutatio defensionis

linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus & idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.

Interpretentur ergo Scripturas ex Scripturis, facta collatione locorum, qui dono hoc Spiritus sancti à Deo sunt ornati, idque secundum fidei analogiam, ne interpretatio cum fundamento, & consensu totius Scripturæ sacræ pugnet, aut in aliquem articulum doctrinæ cœlestis impingat.

Interim tamen à lectione Scripturæ sacræ non arceantur, qui nullo in Ecclesia publico funguntur officio, etiamsi non singula intelligant, inueniunt enim semper in ea, quod ad alendam pietatem faciat.

Ita Berrhoënses Paulo concionante scrutabantur Scripturas, num hæc ita se haberent. Quam ad rem D. Chryostomus sæpè suos horratu grauissimè auditores.

Quæ cum ita se habeant, libenter illi meo iam socio condono, quod me corrigit, dicens, verba D. Pauli: Prophetia sit analogia fidei: negligenter esse à me allegata. Nam in margine Disputationis meæ annotatum reperit, caput 14. cum in 12. Epistolæ ad Romanos habeatur: qui error non meus est, sed typographi. Tamen si virum doctum, grauem, & Reuerendum patrem, puerilia ista parum deceant: & videri possit delectari studio calumniandi, dum minutissima ista persequitur, & nihil inueniat in meis, quod iuste & merito reprehendere possit, alias hæc missa facturus.

76.

Probare cupit Iesuita, verbum Dei non esse notam veræ Ecclesiæ, idque hoc modo, Multis scilicet coaceruatis Patrum testimonijs docet, & probat, Hæreticos abuti Scripturæ sacræ testimonijs corruptis & deprauatis, ad fallendos homines incautos, & confirmandos errores. Hinc concludit: Ergo verbum Dei non potest esse nota veræ Ecclesiæ.

Sed primum, non opus erat tam proluxa testimoniorum congerie, ac superfedere illi hoc labore, papyroque parcere per nos licuisset, cum inter nos de hoc conueniat: hæreticos scilicet Scripturas pro se citare, eisque abuti: idque non demum ex patribus discendum erat, cum Petrus Apostolus doceat, indoctos & instabiles deprauare Scripturas, ad suam ipsorum perditionem, & sic etiam aliorum subuersionem. Sed nos petere his voluit, tanquam hæreticos. Quod nondum est probatum, nec in æternum probabitur à quoquam, nedum ab hoc Iebusæo.

Nec tamen ideo vel scripturæ reprehendendæ, cum alias etiam, nihil

nihil tam bene, aut circumspectè dici possit, quod male narrando depruari & detorqueri non possit: vel ijs non utendum: quia hæretici eis aburuntur. Vel ideò Ecclesiæ nota non erit verbum Dei.

Sicut nec Deus, ideo Deus propriè, pater non est solum verè credentium, & in nomine filij sui vnigeniti ex fide se inuocantium: quia multi eum hoc modo nec agnoscunt, nec verè inuocant, sicut omnes gentes à vera Dei agnitione alienæ, & fide vera, quæ est fiducia filialis, carentes, aut Idola, vel mortuos inuocantes, vt Papistæ.

Nos enim non de corrupto, sed de sincero Dei verbo loquimur, de quo asseueramus, quòd vbicunq; illud sonet incorruptum, accedente legitimo Sacramentorum vsu, illic Ecclesiam Dei esse & agnoscì. Quòd oues Christi eū agnoscentes ab alieno eū possint discernere, sicut ipsamet veritas testatur: Oues (inquiens) meæ, vocem meam audiunt, alieni autem vocem non audiunt, sed auferunt ab eo. Item: Noui oues meas, & agnoscunt me meæ, & sequuntur me, & vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum.

Super quem locum Cyrillus in hæc verba scribit: Et ne frustrà & præter rationem id dixisse videatur, manifestum ponit signum, quo oues suæ ab ijs quæ ad se non pertinent, discernantur. Oues, inquit, meæ vocem audiunt meam: fidem scilicet sinceram amplectentes, & mandatis meis obtemperantes: & ego agnosco eas electione gratuita ad vitam æternam: & sequuntur me imitatione bonorum operum, & beatitudinis assecutione. Hactenus Cyrillus. Qui vel me tacente & nullo admonente, nostram confirmat sententiam planissimè & plenissimè: aduersariumque terguersantem, & impudentissimè negantem, verbum Dei sinceram notam esse Ecclesiæ Christi, conuincit atque constringit, vt quò se conuertat (licet Protheo esset mutabilior) ignoret. Etiam si enim in omnes se vertat formas, & vertumnus sit: euadere tamen nunquam aut elabi poterit. Dicit enim, Christum his verbis: OUES MEÆ VOCEM MEAM AUDIUNT: MANIFESTVM PONERE SIGNVM, quo oues suæ ab ijs, quæ ad se non pertinent, discernantur. Audis, Iesuita, non obscurum, non fallibile, sed MANIFESTVM, Christum ponere SIGNVM, quo oues suæ ab ijs, quæ ad se non pertineant, discernantur. Non ergò nobiscum amplius tibi, Iesuita, certamen est: sed cum Cyrillo patre, & teste omni exceptione maiori, imò non tam cum Cyrillo, quam cum ipsomet Christo. Durum igitur erit tibi contra stimulum cal-

Refutatio defensionis

eltrare. Noli esse refractarius: sed cede Deo, ni malis fulmine cœlesti ad tartara deijci & præcipitari.

Hinc & Tertullianus: Hoc erit testimonium veritatis ubique occupantis principatum: ab Apostolis non damnatur, imò defenditur. Hoc erit indicium proprietatis. Et postea: Vnde autem extranei, & inimici Apostolis hæretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quam vnusquisque de suo arbitrio, aduersus Apostolos, aut protulit aut recepit? **ILLIC IGITUR ET SCRIPTVRARVM ET EXPOSITIONVM ADVLTERATIO, VBI DIUERSITAS INVENITVR DOCTRINÆ.**

Iam igitur, si vir est Iesuita, probet doctrinam nostram diuersam esse ab Apostolorum scriptis. Quod nobis de ipsorum doctrina facere promptum est. Non est igitur, quod corruptelas hæreticorum nobis opponant, sed in se descendant, & plus satis reperient, nisi planè cæci sint & Momi, non videntes manticæ quid in tergo sit.

Miraberis fortè, lector amice, quidnam acciderit Pontificijs, quòd hanc notam Ecclesiæ, verbum nempe Dei, ferre nequeant? In promptu causa est, malè sibi conscijs de sua Religione, cuius impietas hinc detegitur ac refutatur, & quòd hinc sua dogmata, ac cultus & Religionem probare non possunt: vnde sequitur, ipsos Ecclesiam Dei non esse: ideò Scripturas sacras lucifugæ, non secus ac Diabolus crucem (quod dicitur) fugiunt. Qui enim male agit, odit lucem, quia opera eius mala sunt.

Quod postremo loco subiicit, & dicit, Rationes nostras duas, quibus probamus, signa non esse Ecclesiæ, quatuor ab ipsis positas notas, sed attributa tantum, & descriptionem qualemcunque Ecclesiæ: siculneas esse, in aëre fabricatas, nullo subnixas fundamento. Color quidam est Rhetoricus, quo argumenta aduersariorum, quæ refutari non possunt, risu excipienda & explodenda illi docent, ne causæ nocere videantur. Verum, vt ignis, quod dicitur, non soluit argumenta, ita multo minus, RISVS, modus est soluendi dialecticus. Manent ergo rationes à nobis positæ, donec melius soluantur ab Aduersario.

77. 78.

79. 80.

His quatuor propositionibus, in disputatione mea contra Iesuitam, ostendi & probaui, contra id quod dixit, vnitatem notam esse veræ Christi Ecclesiæ in terris; non omnem vnitatem Deo gratam esse, sed

esse, sed eam demum, cum ex Scriptura sacra, tum ex Hilario proba-
ui, quæ in vnitare doctrinæ fidei de Christo, & vero ac legitimo
Sacramentorum vsu in Ecclesia Christi consistit. Siquidem cons-
pirent non solum pessimi quique; sed quod maior sit vnititas in Iu-
dæorum & Turcarum Religione, quàm in Ecclesia Pontificia. Ad
illam igitur vnitatem, etsi maximè sibi vendicent eam Pontificij,
cum suo idolo capite Romano Pontifice, minimè tamen eos per-
tinere.

Vbi initio aduersarius, id quod iam postremo loco posuimus
(quamuis, inquit, equidem modestiæ causa tacere velim) retorsio,
ne vitur. Quod Patres maximè Idolatras esse testentur, ac inte-
riorem simulachrorum cultum, Deos alienos, aureos & argenteos
esse affirmant, errores, Hæreseis, & phantasmata hominum, quæ re-
ligionis nomine obseruent. Quam Patrum interpretationem, haud
inuiti admittimus, & hoc ipso maxime vos Pontificios Idolola-
triae crimine reos agimus, & conuincimus. Idolum enim ma-
ximum, ex Pontifice vestro maximo facitis, cum insani & in-
docti hominis sententiam defenditis, qui ex stolido suo capite
phantasma excogitauit, & e corde impio & fascinato præstigijs
Diaboli, impiam istam eructauit opinionem: sicut Platina sibi
à Paulo 2. responsum esse scribit, in vita ipsius, his verbis:
Tum ille toruis oculis me aspiciens: ita nos, inquit, ad Iudices reuo-
cas: ac si nescires, omnia iura in scrinio pectoris nostri collocata
esse. Sic stat sententia, inquit, loco cedant omnes, eant quò vo-
lunt, nihil eos moror, Pontifex sum, mihi què licet pro arbitrio
animi aliorum acta, & rescindere, & approbare, Ideoque doctos
omnes e sua eiecit curia, ademptis stipendijs.

Sic Idolum est & Deus alienus, qui vobis aureus videtur: Sed
phantasticus est, quod affirmatis & defenditis phantasma illud: Om-
ne id, quodcunq; homo de suo confingit ingenio, quo se Deum ho-
nore afficere sentit, cultum esse Deo gratissimum, & quidem longè
gratiorem, quàm quos verbo suo instituit ipse: sicut quidam ve-
strum nuper contra me scripsit, Mandacium esse nostrum: nullum
cultum Deo placere, quem idem non præcipiat. En tibi Iesuita
phantasmata vestra, Deos alienos vestros, aureos, & argenteos.
Vnde apparet, num iniuriam fecerim vobis, appellando vos I-
dolatras, & Papam vestrum Idolum abominabile: & vbi sint
Idolatræ. Et hic iterum gladio suo, quem contra nos strinxerat,
concidit Antagonista,

Refutatio defensionis

Sed ad principale, de quo inter nos controuertitur, ad vnitatem nempe veniamus. Vnitatem nobis commendat Scriptura sacra passim in veteri & nouo Testamento, quæ colenda est omnibus Christianis. Sed eam nusquam esse (in toto nouo Testamento) ad vnum caput Romanum Pontificem alligatam, clara voce affirmamus. De hoc vniuersali Ecclesiæ capite Pontifice Romano, multa esse Dei oracula in tota scriptura veteris & noui Testamenti, asserimus. Vnitatem autem commendant nobis fidei Ephe. 4. solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, vnum corpus (sic vnum caput in cœlis, & in terra, Christum, dedit super omnem Ecclesiam) & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocatio nis vestræ, vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, &c. Quemadmodum & tota canit Ecclesia: Gentes in vnitatem fidei congregasti, sicut & immediatè in sequentibus recenset Apostolus plurima, & maximè necessaria dona Ecclesiæ ad eius ædificationem, & quidem in specie, Apostolos, Prophetas, Pastores, Doctores, sed nusquam vniuersalis illius pastoris vnicæ, & capitis, Romani Pontificis meminit. Vera igitur vnitas est in Christo, eiusque verbo & fide, legitimoque Sacramentorum vsu ab ipso instituto.

Iam vbi hæc sit vnitas videamus. Quod si doctrinam considerauerimus, in nullo propemodum Pontificiorum cum Christi, eiusque Apostolorum, Petri & Pauli conueniet: sed per omnia ferè dissonare, & diuersissima ab illorum apparebit doctrina.

Docuerunt Christus & Apostoli, non nisi fidem in Christum nos consequi remissionem peccatorum, & vitam æternam, Ioannis 1. Dedit illis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomen eius, Actorum 4. Non est in alio quoquam salus: Nec aliud nomen est datum sub cœlo hominibus, &c. Actorum 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, &c. Roman. 3. Colligimus ergo fide iustificari hominem gratis, absque operibus legis.

Pontifices verò per propria & aliena opera & merita, per obseruationem votorum monasticorum, Peregrinationes, Literas Indulgentiarum, ieiunia, meritis dicunt remissionem peccatorum, ac satisfacere pro illis. Qua satisfactio tria magna hominibus prouenire docent, scilicet impetrationem gratiæ, remissionem pœnæ, expurgationem reliquiarum culpæ.

Compendium
Theologicæ ve-
ritatis libro 6.
capite 30.

Legitimus Sacramentorum vsus est, quem Christus instituit, vt ab Euangelistis & Apostolis est descriptus: sed hunc minimè retinuisse Pontificiam Romanam Ecclesiam res ipsa loquitur, & fatentur ipsi

tur ipsi aperte (præter nostrum aduersarium, qui etiam suo aduers. Concil. Const. fatur Concilio, & plus illo sibi soli sapere videtur (altera adempta Scil. 13. specie (vt ipsi loquuntur) cœnæ Dominicæ, & integræ prophæ- natione horrenda in Missæ sacrificio, in qua, præter illam quam modo diximus abominationem, nec in additione illa, quæ accessit, cum Apostolis vnitatem seruant: qui omnes, Gregorio Magno teste, ad solam recitationem orationis Dominicæ celebrauerunt cœnam Domini. Quomodo ergo vnitatem suam cum Christo & Apostolis in Sacramentis prædicare possunt? Et quid agas cum eiusmodi hominibus, quos nullius, quantumuis manû festi mendaciû pudet? Quid in reliquis non facerent, qui tam aperta, quæ cum sensu communi pugnant, falsa pro veris venditare non erubescunt?

Quid iam de ceremoniis dicam, quas innumeras à singulis Pontificibus additas, testantur Platina, Volaterranus, Sabellius, Polydorus Vergilius, & alij? Et tamen magnificis verbis profiteri non erubescunt: vnitatem in Christo, eius verbo, & fide, legitimoque ac vniformi Sacramentorum vsu, se sanctè seruare.

Quod deinde ad vnitatem Ecclesiæ attinet, quam notam esse Ecclesiæ Christi ait: mirabilem eius instituit Iesuita descriptionem, in qua Christo capiti coniungit vnicum eius vicarium Petrum, hisque coniungit Pontifices Romanos, eius successores, quatenus scilicet Christus eis oues suas pascendas commiserit, quæ soli ac semper Catholicæ, seu Romanæ Ecclesiæ conueniat. Et hic nubem testimoniorum non quidem ex sacra Scriptura, ex qua non nisi vnicum, idque derortum, de quo mox: sed ex Patribus, ipsis Pontificum Romanens. rescriptis & decretis; Imperatorum Romanorum & Conciliorum. Quæ omnia, quotquot vnquam œcumenica legitime celebrata sint, & quotquot vnquam Doctores extiterint, Romanam Ecclesiam Catholicam, Apostolicam, ac veram Christi Ecclesiam, eiusque summum Pontificem, legitimum Christi vicarium, successorem Petri, visibile caput Ecclesiæ, Episcopum & Pastorem, cui Christus pascendas oues commiserit, semper agnouerint. Videbant enim in ea Ecclesia fidem Catholicam, purum Dei verbum, sinceram Euangelij doctrinam, ac legitimum Sacramentorum vsu, rectè custodiri, ac perpetuo vigere. Hactenus Iesuita.

Quid igitur reliquum nobis miseris, quam vt humiles agnoscamus, & confiteamur nostra peccata, lapsus, errores, & ad pedes sanctissimi prouoluti, veniam delictorum, nosque in gratiam recipiamus

Refutatio defensionis

petamus, ipsum legitimum in terris Christi vicarium, sanctam & castam semper virginem agnoscamus, omnia denique decreta eius amplectamur. Quod sane facere eramus parati, moti tot tantisque testibus, nisi vnum hoc nobis obstaret, quod hæc verbi Dei testimonio nullo, confirmari posse videmus, ex quo solo fides nascitur. Quod si vllum extaret, procul dubio Iesuita pro confirmatione summi fidei suæ, Religionis, & Ecclesiæ articuli, non erat neglecturus, cum tanto labore, industria, sudore, & studio alia extranea conquirere sategerit: quæ tamen omnia tantæ moli sustinendæ non sufficiunt. Ideoque nunquam Pontificiam hanc fidem (quæ fides non est, sed tantum opinio) amplecti, aut boni Papistæ fieri possumus: sed dubitandum nobis foret vsque. Quam dubitationem nos Lutherani, verbo Dei rectius instructi, tantisper damnamus, donec melius, Scripturæ sacrosanctæ testimonijs, cum de hoc, tum de alijs fidei vestræ articulis informemur.

Nam locum quem vnicum Iesuita pro sententiæ suæ confirmatione allegat, quo Christus oues suas Petro pascendas commendauit, nihil ad rem facere, omnes facile vident, qui non suis phantasticis imaginationibus sunt fascinati. Pascere enim, non est dominari, & sibi suisque decretis Ecclesiam vniuersam regendam doslo, fraude, mendacijs, impostura, vi, tyrannide, cædibus etiam subñcere. Arma hæc longe absint a fidelibus ouium Christi pastoribus, qui baculo & virga verbi diuini, pascere gregem ab ipsomet Apostolo Petro iubentur. Sicut nec Christus soli Petro oues suas pascendas commisit, quod & impossibile illi erat: sed & reliquis Apostolis, quibus dicit: Ite in orbem vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, docete omnes gentes, &c. Nec solus Petrus hoc sibi vnquam sumpsit, sed cum Apostolo Paulo, qui plus laborauit reliquis omnibus Apostolis, partitus prouincias, circumcisionis Apostolus constituitur, sicut Paulus Gentium, tametsi etiam sit ad gentes ingressus, visione cœlesti admonitus: & sic suo loco fecit officium. Dominium vero illud in reliquos Episcopos sibi non sumpsit, imò interdicit: Non dominantes cleris, forma facti gregis.

i. Petr. vii.

Augustinus in
Euangelii Ioan-
nis tractat. 123.
capite 21.

Et certè Patres, quos tu vis audiri interpretes Scripturæ, non sic hunc intellexerunt locum. D. namque Augustinus, cum ex professo hunc enarraret locum, nihil horum vidit hic à Christo dictum. Redditur, inquit, negationi trinæ, trina confessio, ne minus amoris lingua seruiat, quam timori: & plus vocis eliciuisse videtur mors imminens, quam vita præsens: sit amoris officium pascere

pascere dominicum gregem; si fuit timoris indicium, negare pastorem. Qui hoc animo pascunt oues Christi, vt suas esse velint non Christi, se conuincuntur amare, non Christum: vel gloriandi VEL DOMINANDI, vel acquirendi cupiditate, non obediendi, & subueniendi, & ideo placendi charitate. Contra hos ergo vigilat toties inculcata vox Christi: QVOS APOSTOLVS GEMIT SVA QVÆRERE, NON CHRISTI. Nam quid est aliud: SI DILIGIS ME, PASCERE OUES MEAS: quam si diceretur: si me diligis, NON TE pascere cogita, SED OUES MEAS: sicut meas pascere, non sicut tuas: gloriam meam in eis quære, non tuam, ne sis in eorum societate, qui pertinent ad tempora periculosa, se ipsos amantes.

Ersi autem adductis multis Patrum testimonijs, probare conetur vnum Pontificem Romanum CHRISTI in terris vicarium, cui totius Ecclesiæ administratio à CHRISTO sit commissa: tamen illa, præterquam quod sacre Scripturæ testimonijs destituantur omnia, nec etiam hoc volunt, quod aduersarius probare instituit. Dicit quidem Irenæus, propter potentiolem principalitatem, ad Romanam conueniendum Ecclesiam, sicut multis præbuit ea hospitium sedibus suis eiectis, quos vt restituerentur, quantum potuit iuuit, vt Athanasio, & alijs. Sed tamen Irenæus idem in Vi. Eusebius lib. 5. cap. 20. et eorum Pontificem Romanum grauisimè inuehitur, quod orientales Ecclesias omnes excommunicasset, propter a quod nolent secum eadem die Dominica post plenilunium, sed cum Iudæis 14. Luna Pascha celebrare.

Similiter nec Cyprianus, agnouit hunc primatum Romani Pontificis, cum Stephanum & Cornelium Pontifices Romanos vocat collegas, & dicit: Nisi paucis desperatis & perditis, minor videtur esse autoritas in Affrica constitutorum, quam Romanorum. Item, Hoc erant vtique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, PARI CONSORTIO PRÆDITI ET HONORIS ET POTESTATIS. Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum parsteneretur. Item: Neque enim quisquam nostrum, Episcopum se Episcoporum esse constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem, collegas suos adigit. Quilibet enim habet potestatis suæ liberum arbitrium.

lib. 1. Epistola 3. 4.
Idem de simplicitate Prælatorum.

Sic Athanasius Epistola ad Liberium, quæ incipit: Vestræ beatissimæ paternitatis iura, &c. scribit inter cætera, Omnes beatissimi Apostoli, pari honoris & potestatis consortio præditi.

Ita Hiero-

Refutatio defensionis

Ita Hieronymus quoque ad Euzagriū: vbi cunq̄ue fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandria, siue Tanais, eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotij: potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimior rem vel inferiorem Episcopum facit. CÆTERTVM OMNES APOSTOLORVM SVCCESORES SVNT.

Quod ad Pontifices Romanos attinet, eorumq̄ue decreta, illi sibi suas laudes, dulcissimam cantilenam, cecinerunt: quæ testimonia domestica, & mendacia, non audiuntur. Ea enim semper ad augendam suam potentiam & maiestatem, primatum & dominium, quod affectabant, arrogarunt sibi, quæ nunquam illis, nec à Christo, nec à Petro (qui tale nihil vnquam in terris habuerunt) nec ab Ecclesia vera Christi, nec ab Imperatoribus, nisi à Phoca Cæsaricida, quod ex historia notum est, neque à Patribus, neque à Concilijs data sunt.

Nicænum Concilium, cap. 6.

In Concilio quidem Nicæno, vbi ex professo hæc disputatio de loci primatu agitata est, & definita, disertè decretum est: Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Lybia vel Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasq̄ue prouincias, honor suus vniscuique seruetur Ecclesiæ, &c. quæ Eusebius paululum mutatis verbis reddidit: Et vt apud Alexandriam, & in vrbe Roma, vetusta consuetudo seruetur, vt vel ille Ægypti, VEL HIC SVBVRBI CARIARVM ECCLESIARVM SOLICITVDINEM GERAT.

Eusebius lib. 10. cap. 6.

Verum hac determinatione non contenti, propter vrbis potentiam, ad supremum honorum fastigium contenderunt omnibus modis, medijs etiam illicitis, mendacijs confectis & sparsis, sicut Innocentius mentitus est: Patres non humana, sed diuina deo creuisse sententia, vt quicquid in remotis prouincijs ageretur, non finiretur, nisi sedis Romanæ autoritate firmaretur. Hinc sequentes Pontifices Romani, Sozimus, Bonifacius, Cælestinus transmarinis, ad sedem Romanam prouocationes concedi petiuerunt, idque, vt præ se terebant, ex decretis Nicæni Concilij. Verum in Mileuitano Concilio, cui & D. Augustinus interfuit, & Carthaginensi sexto, dolus & impostura, inspectis archiuis, est deprehensus: & ita re infecta, pudore suffusi, discedere coacti sunt.

Inde notham esse decretalem, quæ Anacletho adscribitur, manifestum est, in qua scribitur: Hæc vero sacrosancta Romana, & Aposto-

Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obrinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias, ac totum populi Christiani gregem assecuta est. Sicut & Iulius primus, Epistola sua contra orientales scribit; Nec vllum ratum est, aut erit vnquam Concilium, quod non solum fuerit Romani Episcopi autoritate.

Quæ falsissima esse, & vanissima, Conciliorum acta abunde testantur & declarant. Hæc enim nequaquam Pontifices Romani, quos Hierosolymitani, Alexandrini, Constantinopolitani, & reliqui Archiepiscopi hac in parte nequaquam curabant, coegerunt; sed ab Imperatoribus Christianis indicta sunt omnia & singula.

Petit quidem Leo 1. Pontifex Romanus, à Theodosio, vt iubeat Synodum intra Italiam celebrari. Sed scribit Euagrius Scholast. histor. libro 1. capite 2. Merito oportuit Theodosii Iunioris nutu primam in Epheso congregari Synodum, factis ad Cyrillum & vbique ad sanctarum Ecclesiarum Præsides regijs literis. Idem Leo Epistola 42. à Martiano petit Imperatore, vt oportuniori tempore iubeat referuari Concilium: sed nec ab hoc auditur. Ita scilicet verum est, quod iactauit ille, nullum scilicet legitimum Concilium, sine Pontificis Romani autoritate posse celebrari.

Et quidem interfuere illis Legati Romani Pontificis: sed vt reliqui, non præfederunt. Ephesinæ enim præfedit Cyrillus, sicut idem ipse Leo literis suis ad Synodum Chalcedonensem testatur, Epistola 45.

Quod igitur grandiloquus orator addit: Patres omnes & doctores omnes, quotquot vnquam extiterunt, œcumenica Concilia omnia, quotquot vnquam legitime celebrata sunt, dogmata cognoscenda et confirmanda, Pontificibus Romanis subiecisse: Romanam Ecclesiam Catholicam Apostolicam, ac veram Christi Ecclesiam, eiusque summum Pontificem, legitimum Christi vicarium, successorem Petri, visibile caput Ecclesiæ, &c. semper agnouisse, hosque Romanos Pontifices vnâ fidem & vnanimem fidei doctrinam vltra 1530. iam continuos annos, sine VLLA MUTATIONE SEV VARIETATE, retinere ac profiteri.

Bone Deus, quantam vno propemodum spiritu, mendaciorum vim, hic Iesuita euomuit? Non mirum, si sol ad tam horrenda expallescere. Sed video hoc hominum genus ad nulla amplius erubescere mendacia, quorum iam hic in præcedentibus partem manifestauimus & refurauimus.

An se, suaque dogmata, Irenæus Victori Pontifici Romano,

Refutatio defensionis

quem grauissimè repræhendit, cognoscenda & approbanda subiecit? Num Cyprianus Stephano & Cornelio? Num Augustinus Sozimo, & Bonifacio? quorum Legati maximo cum dedecore ab Africano Concilio sunt dimissi: Et synodali epistola erudita, & plena spiritus sancti, monent Patres Concilij, Romanum Episcopum, ne prouocationes ab Africanis factas recipiat, iniquum hoc esse, **QVOD NVLLO CONCILIO SIT HOC DEBET CRETVM**: alias quoque Ecclesias spiritum sanctum haberes nec ferre volunt eius Legatos amplius, nec si quos alios mirat, se admissuros, &c. Num Bernhardus sua, Eugenio, cuius ambitionem & dominatum damnat? Num Concilia prima, sua omnia eidem, vanissime? Num omnes Patres, Doctores, Concilia omnia, Romanum Pontificem caput Ecclesiæ, Pastorem vniuersalem agnouere? An non enim Gregorius Magnus & ipse Episcopus Romanus, scelestum vocat vocabulum, vniuersalis Episcopi? & alibi: Episcopus Constantinopolitanus mandata Dominica, Apostolica præcepta, Regulas Patrum despiciens, eum (Antichristum) per elationem præcurrere conatur in nomine **VNIVERSALIS**: superbum, prophanum, frivolum, & stultum appellans vocabulum, & addit: Ego autem fidenter dico, quia **QVIS SE VNIVERSALEM SACERDOTE M VOCAT**, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præuenit. Quia suæ perbiendo, se cæteris præponit.

Habes Iesuita, Gregorio Pontifice Romano teste, quale sit caput vestræ Ecclesiæ, & quo loco habendum, hæc quoque vnitas & conspiratio cum hoc capite, cuius Ecclesiæ nota sit. Quod si bonus ille vir Gregorius, ex mortuis resurgeret, & videret, ac audiret immensam illam potestatem, quam interea sibi vendicauerunt successores, de qua in præcedentibus à nobis dictum est: quid eum dicturum esse arbitramur? Hoc omnibus pijs cogitandum relinquo. Simili, imò etiam maiori impudentia, vnam & eandem fidei doctrinam, cum Apostolis, annos iam 1530 sine vlla mutatione seu varietate retinere ac profiteri Romanum Pontificem, Iesuita nugatur. De quo horrendo mendacio, iam in sequenti propositione dicendi & respondendi nobis occasio nem aduersarius præbet,

81. >> Id enim vt confirmet, repetit Lutheri testimonium: quod sub
>> Papatu omne bonum Christianum fuerit, Scriptura vera, Sacra-
>> menta vera, Catechismus verus, &c. supra quoque ab initio se se
contra

edntra meam præfationem pro se adductum: vel sui oblitus & immemor: vel quod placeat hæc illi cantilena, cogitans illud, quod dicitur *δὲς ἢ τρεῖς τὰ καλά*. Ad quod cum dicto sit responsum loco, cum tædio repetenda non esse, iudicamus. Deinde, ad oculum se demonstraturum profiteretur, semper in Ecclesia Romana eandem Catholicam veritatem, & fidem, eandem religionem & doctrinam INVARIATAM, sibiq; similem mansisse, quæ temporibus Apostolorum, & in primitiua Ecclesia fuerit. Idque Euclideus ille, gradatione quadam conatur demonstrare. Quia ipsi hodie credunt & profitentur ea, quæ ante annos 300, vel 400, scholastici Doctores, Maiores ipsorum, libris suis manifeste probent. Eadem etiam ante annos 800, recepta creditaque fuisse, quod venerabilis Beda & Gregorius Magnus testentur. Eadem ante 1130, annos docta & prædicata esse, quod ex libris Patrum abunde constet. Eadem temporibus Apostolorum & in Ecclesia primitiua, ac deinceps fidelibus, Apostolicis tradita, recepta, credita, obseruataque fuerunt, vt eundem ex libris Dionysii Areopagitæ, D. Ignatii, Tertulliani, præsertim autem Irenæi, pateat.

Multa in hac demonstratione sibi non concessa, sumit Demonstrator. Primum quidem *ἀιτημα* libenter ei concedimus Pontificios Doctores hodie idem profiteri doctrinæ genus, quod Scholastici Doctores. Hi quoque multa habent, sed non omnia communia cum superioribus temporibus, Gregorio & alijs huius farinae hominibus. Sicut hi quoque ex Patribus semina quedam errorum, & superstitionum mutuati sint. Hoc exemplum demonstrandum est. Augustinus de igne Purgatorio varius est, nec sibi constat. Iam enim prorsus negat inquiring. Nec est VLLVS VLLI MEDIVS locus vt possit esse nisi cum Diabolo, qui non est cum CHRISTO. Iam affirmat omnino iam vero dubitat inquiring: Post istius sani corporis mortem, vsq; ad diem vltimum, si hoc temporis interuallo, spiritus defunctorum, eiusmodi ignem dicuntur perpeti, &c. Non redarguo, quia FORSITAN verum est. Gregorius Magnus à spectris, hoc est, Diabolis edoctus, non amplius dubitauit: sed constanter absque Scripturæ sacræ testimonio, assueuauit, & miras narrat fabulas. Et quomodo paulatim operante mysterio iniquitatis, corrupta & variata sit doctrina, qui subinde noui de ingenio ac industria & authoritate humana, excogitati sint cultus: id historia

Augustinus de ciuitate Dei, libro 21. capite 25.
Idem de peccator, merit. & remiss. lib. 1. cap. 28.
Idem de origine animæ lib. 2. cap. 4. de ciuitate Dei libro 21. capite 26.
Augustinus de peccator. merit. & remiss. lib. 1. cap. 28.

Refutatio defensionis

Ecclesiastica Magdeburgica ordine, copiose, luculenter ex historia omnium temporum recenset, & docet, idque non interuallis 400. annorum, sed singulis centurijs, quibus contradicere non poteris Iesuita, nisi omnes authores, quicumque scripto aliquid posteritati reliquerunt, negare volueris. Sed inde repetenda non esse duxi. Vnde apparebit, nullam ferè ætatem superstitionibus caruisse, easque mox post Apostolos cœpisse inualescere, easque paulatim creuisse, maximè circa tempora Gregorij Magni, qui Litaniam sanctorum inuocatricem publicè decantari instituisse perhibetur.

Eusebius lib. 5.
cap. 15. & 18.

Et quod initio ab Ecclesia est damnatum pro hæresi, vt quod Montanus tempore Irenæi matrimonium dissoluit, & leges iuniorum primus posuit: Tacianus, Iustini Martyris discipulus, coniugio, carniū & vini vsu suis sectatoribus interdixit, ideoque vterque hæreticus ab Ecclesia declaratus. Id postea alio prætextu, colore, & specie, in Ecclesiam est inuectum à Pontificibus Romanis. Sic Siricius Papa viduarum maritos, & digamos, hoc est, qui priore vxore defuncta, alteram duxerant, ab officio sacerdotali remouit, vt scribunt Platina & Sabellicus.

Bellissimum autem est, quod cum demonstratori huic probandum esset, suam, hoc est Pontificiam doctrinam, eandem esse cum Apostolorum: id non probare instituat ex horum scriptis, quæ extant: Quæ fundamentum sunt huius & demonstrationis, siue probationis, & disputationis. Nouit enim optime, se id nullo modo præstare posse, ideo alia aggreditur via. Ex Dyonyfio Areopagita, Ignatio, Tertulliano, & Irenæo. Quibus ergo testibus, potior est habenda fides? Ipsorum nemet Apostolorum scriptis indubitaris, Canonicis, & cœlestibus miraculis confirmatis? An verò aliorum hominum, qui partim longo post venerunt tempore: partim verò, de quorum scriptorum dubitatur autoritate & veritate?

Nam quod ad Dyonyfium attinet, quem illi Areopagitam vocant, & librum, Ecclesiasticam Hierarchiam dictum, scripsisse credunt: Laurentius Valla, & Erasmus Roterodamus vehementer reclamant. Eusebius quidem meminit Dyonyfii, quod Athenis ensis fuerit Episcopus: sed libri huius, sicut & Hieronymus de *uiris Illustribus*, nullam prorsus facit mentionem, cum tamen alias semper sedulo ac diligenter, non solum librorum, verum etiam Epistolarum meminerit, si quas illi scripserunt. Et quod notus sit liber, atque à Pontificijs confectus, ex ipsa temporum ratione colligi

colligi potest : quod in eo Clemens Alexandrinus, qui vixit anno Domini 215. hoc est, annis 150. post hunc Dionysium Areopagitam, citatur. Quia verò probare videtur Pontificias Cæremonias, id eo testis est omni exceptione maior.

De Ignatii quoque Epistola ad Smyrnenfes, Eusebius loquens, *Euseb. lib. 5. cap. 36.* ait: Hic Ignatius cum Smyrnæis scriberet, verbis nescio vnde de sumptis vsus est.

Tertullianus certè alienus ab Ecclesia est iudicatus, quod Montano faueret.

Irenæus multo fuit posterior, vtpote qui circa annum Domini 200. vixerit, ideoque doctrinæ Apostolicæ, quam viua voce præconiauere, testis parum erit idoneus. Nisi quantum ex ipsorum scriptis pronunciauerit. Ex quibus omnino iudicandum de ipsorum doctrina, quod de ea nihil aliud certi aliunde haberi possit. Hinc ergo Iesuita, proxima præbandum erat, hodiè in Pontificia Ecclesia, nihil haberi diuersum ab Apostolorum doctrina, nihil mutatum in ea; sed per omnia, tum quod ad doctrinam, tum quod ad Sacramentorum ritus, & administrationem, tum etiam quod ad cultus, cum illa consentire. Et prorsus nihil opus erat ista circuitione, & ambagibus, quibus sicut catus calidum pulmentum circumit, nec aperto Marte, & a fronte cum aduersario audet congressi, sed tantum insidijs & sophisticatione vititur.

Nos ergo, quam tu non agnoscis Iesuita, diuersitatem doctrinæ Apostolicæ, & sic Ecclesiæ Catholicæ, cum Pontificia, ob oculos tibi ponemus, idque aperte. Candor enim decet bonos viros, & simplex veritatis oratio, quæ lucem amat. Paulus Apostolus in Epistola sua, quam ad Romanos scripsit, docet, nos gratis, sola fide, id est, fiducia mediatoris Christi, qui pro peccatis nostris satisfecit, & vitam æternam nobis est meritis, iustificari, inquit: Concludimus igitur, hominem fide iustificari, absque operibus legis, idque pluribus argumentis capite 4. probat, tum Scripturæ testimonijs, & exemplis, tum etiam alijs rationibus. Si Abraham ex operibus est iustificatus, gloriam habet: sed non apud Deum. Quid est fide, absque operibus legis, iustificari hominem, nisi sola fide: & de iustitiæ imputatione, plurima in eodem cap. sicut & multoties ibi repetit, probans ex Psalmo 32. vnde & mutuarur, Contra Romana docet Ecclesia, si quis dixerit, sola fide impium iustificari, ita vt intelligat, nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, eum suæ voluntatis motu præparari, atque disponi, anathema sit.

Rom. 8.

Concil. Trid. Sess. 6. Can. 3.

Refutatio defensionis

Apoſtolus vult nos certos eſſe de noſtra iuſtificatione, & ſalute eterna, & non hæſitare diſſidentia, exemplo Abrahæ Idẽſcriptum propter nos: Quis igitur, addens, ſeparabit nos à charitate Chriſtice &c. Certus ſum, quod nec mors neq; vita, &c. neq; creatura alia poterit NOS ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Item: Scio cui credidi, qui potens eſt ſeruare depositum meum in illum diem

Ibidem Can. 13. Contra, Rom. Eccleſia docet dubitandum eſſe. Si quis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequendam, neceſſarium eſſe, vt credat certo, & absq; vlla hæſitatione propriæ infirmitatis, & indiſpoſitionis, peccata eſſe ſibi remiſſa, anathema ſit. Et iterum: Si quis dixerit hominem renatum & iuſtificatum, teneri ex fide ad credendum, ſe certo eſſe in numero prædeſtinatorum, anathema ſit.

Ibidem Can. 15. Fides, ſiue credere, & dubitare, idem ne ſunt, an contraria? Apoſtolus negat hominem operibus ſuis bonis Deo reconciliari, aut vitam æternam mereri: ſed ſola fide in Chriſtum. Quid ergo dicemus, quod Gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam, iuſtitiam autem quæ ex fide eſt? Iſraël autem ſectando legem iuſtitie, in legem iuſtitie non peruenit. Quare? Quia non ex fide: ſed quali ex operibus: & iterum: Si enim per legem iuſtitia, ergo fruſtra Chriſtus mortuus eſt. Et ibidem: Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum ſideli Abraham. Quicumque enim ſub operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Imo quod amplius eſt, ſtercora vocat omnem ſuorum operum iuſtitiam. Itias verò etiam ſanctorum iuſtitiam omnem, panno menſtruatæ confert. Vltam autem æternam, donum Dei eſſe, in Chriſto Ieſu: & ſic quidem Scriptura ſacra loquitur de iuſtitia operum, etiam in renatis.

Concil. Trident. Sefſ. 6, cap. 14. Sed quid Romana Eccleſia? Pœnitentiæ Sacramentum, ijs qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtum inſtituiſſe, in qua per cordis contritionem, & ſacramentalem Confessionem peccatorum atque ſatiſfactionem, per ſeiunſia, elemoſynas, orationes & alia huiuſmodi ſpiritualia exercitia, cum Deo in gratiam redeant, & in his vſq; ad vitæ finem perſeuerantibus, vitam æternam mereantur. Sicut & verba Canonis habent: Si quis dixerit, hominis iuſtificati opera bona ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam ipſius iuſtificati merita, aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo, per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, ſunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ, ſi tamen in gratia decellerint, conſecutionem, atq; etiam gloriæ augmentum, anathema ſit. Sic

Sic etiam poenitentiarij absoluunt consistentes: Passio Domini nostri Iesu Christi, & meritum beatissimæ virginis Mariæ, Petri & Pauli, & omnium sanctorum, sint tibi in remissionem peccatorum.

Frater Petrus à Soto in sua catholica confessione: Virginitas est maxima peccatorum satisfactio.

Ad eundem modum de reliquis doctrinæ Christianæ capitibus dici posset, & institui Antithesis doctrinæ Apostolicæ, & Pontificiæ, ex qua apparet summa discrepantia, & dissimilitudo: sed nimis foret prolixum.

Idem est iudicium de cultibus. Docent Apostolica scripta, eos solos Deo gratos esse, qui ab ipso sunt mandati & instituti verbo eius & ex fide fiant, à credentibus in Christum. Frustrà autem se coli mandatis hominum, imò etiam peccatum esse, quia non ex se de, cum verbo Dei careant.

Quid verò Pontificia Ecclesia? si quis dixerit, satisfactiones, quibus poenitentes per Christum lesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscu-
Concil. Trident. Sess. 14. Can. 14.

rantes, anathema sit. Hinc & octo modi satisfactionum pro peccatis venialibus, sunt excogitati, hoc disticho comprehensi.

Confiteor, iudor, confessor, conteror, oro:

Signor, edo, dono, per hæc venialia pono.

Nec per propria tantum, sed etiam per aliena bona opera.

Apostoli vnicum docent inuocare Deum, per vnicum mediatorem inter Deum & homines, Iesum Christum. Pontificij serè innumeros habent, quos inuocent epitulatores & intercessores: sed dies me citius deficiat, quam omnes & singulos Papatus errores, cum Apostolica e diametro pugnantem doctrinam, taceam.

Ex his pauculis, quæ verbi gratia proposuimus, facile cuius apparet: num aliqua in Ecclesia Pontificia facta sit mutatio, in doctrina Apostolica & cultibus, nec ne?

Iam quando & quibus authoribus facta sit hæc mutatio, tu videris Iesuita. Agnoscis equidem dogmata & decreta Ecclesiæ vestræ Catholicæ, de verbo ad verbum bona fide excerpta. Quæ tantum distant ab Apostolica doctrina, quantum infernus à cælo. Si tamen nescis, quando & quibus authoribus, hæc in veram Christi Ecclesiam paulatim irreperint, si placet, consule quæso Centurias Magdeburgenses, & ordine videbis, ne tibi sit molestum,

Sed

Refutatio defensionis

- » Sed his obijcit Aduersarius, si vel minimus, vel leuissimus error,
» ror, quocumque tempore circa dogmata fidei in Ecclesiam Romanam
» nam irrepsisset, is diu non potuisset latere: sed mox omnibus
» publicatus fuisset. Cum nullus vnquam fuerit Romanus Pontifex
» fex tam obscurus, cuius vita, mores & res gestæ non fuerint semper
» per literis mandatæ.

Verum est, plerosque Erostrato (qui vt nomen celebre compararet sibi, templum Ephesinæ Dianæ sumptuosissimum incendit) fuisse celebriores & clariore. Non suis quibusdam virtutibus & meritis quibus claruissent, sed vitijs, criminibus, sceleribus, ac flagitijs maximis, quæ fidem ferè superant, & dictu & auditu sunt horrenda. De Simonia, Magia, libidinibus vagis, malis artibus, fraude, dolo, imposturis, tumultibus, seditionibus, quibus totum orbem Christianum perturbarunt, subditos aduersus legitimos suos Magistratus concitarunt, ab obedientia illis debita eos absoluentes, cædibus & sanguinis effusione omnia repleuerunt: quorum historici, qui res eorum gestas descripserunt, mentionem faciunt. De quibus si placet, legere poteris Platinam, Volaterranum, & alios, qui ordine docent ac describunt, quid singuli Pontifices excogitauerint, assuerint cultui (sua opinione) diuino, atque in Ecclesiam, præter & contra verbi Dei rationem, inuexerunt.

Quod ad errorum publicationem, ita res habet, vt sæpius non animaduertantur, & præsertim inualecente opinione de cultibus electitijs, bona intentione, & studio pietatis excogitatis, quod Deus illis maxime honore afficiatur. Quæ vna maxima est in regno Pontificio. Vnde quotidie ferè, certè à singulis Pontificibus cummulati sunt cultus eiusmodi, maximaque Sathanæ fenestra aperta. Sed tamen nulli etiam ætati pij defuerunt Ecclesiæ doctores, etsi rariore fuerint, sub Antichristi Romani regno, quod opus fuit iræ diuinæ, & de quo Christus est vaticinatus, tam densas oppressuras Ecclesiam tenebras, vt si possibile esset, in errorem introducerentur etiam electi: sed propter hos tempus abbreviandum: qui illis erroribus quouis tempore contradixerunt & reclamarunt. Sicut Illyricus hac in parte, vtilem nauauit operam in libro, quem in hoc argumenti genere collegit, hoc titulo insignito: Catalogus testium veritatis. Hi reclamauerunt Antichristo Romano: sed statim vi oppressi sunt à Babylonica meretrice: & Deus vester, qui ignis est consumens, deuorauit illos, vt Hæreticos damnatos: sicut Iohannem Huls Dei martyrem sanctum, detegentem Antichristum, exussistis: Qui ex spiritus sancti reuelatione vaticinatus perhibetur, An

tur, Anserem affatis (Hufe enim anserem Bohemica lingua significare dicitur) sed post centum annos Deo & mihi ratione reddetis. Venturus est enim olor, quem exurere non poteritis, ille est vindicaturus, & respondit euentus.

Blaspis enim 100. annis ab illo tempore, Deus miserus Ecclesie suae, ingenti bonitate & clementia, excitauit Lutherum, qui refutauit illum iniquum: sub cuius tyrannide & regno miserae conscientiae, etiamsi omnia fecissent quae facere iussi erant, auditis Missis, erectis templis, peregrinationibus susceptis, indulgentijs redemptis, institutis & obseruatis votis monasticis, &c. tamen nullam firmam consolationem ex verbo Dei audire potuerunt: Sed in purgatorium misellae animulae ablegabantur. Quae praxis fuit Ecclesiae Romanae, de qua in Scriptura Prophetica & Apostolica ne gry quidem: & tamen impudentissimè gloriari non erubescit Iesuita, nihil de illa in Romana Ecclesia esse mutatum, nullam variationem, imò ne iota quidem extare de fidei vel Religionis mutatione, quae contigerit in Ecclesia Romana.

Impudentiam Iesuitae tantam, tamque insolentem, mirari satis nequeo, multo vero minus verbis consequi, vt maximè linguarium me vocet. Quid enim: an non ingens, non dico mutatio sed peruersio est Bibliorum, adeoque totius Religionis Christianae, cum id quod solius est filij Dei incarnati propriissimum & incommunicabile: Mariae, non dico viro, sed mulieri (loquor cum Epiphania, ne me calumnieris Iesuita) tribuitis? **IPSA CONTERET CAPVT SERPENTIS.** Quod tota Scriptura vni, solum Gen. 3. 12. si Christo, maximo consensu adscribit: qui semen illud est mulieris, 1 Iohan. 3. & Abraham, qui in hoc apparuit, vt destruat opera Diaboli, & in quo benedicuntur omnes gentes terrae: In semine tuo, qui est Christus, Non in seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno.

Et quis, Iesuae, totum mutauit, imò corrupit Psalterium Spiritus sancti dulcissimum, illudque à Deo, in Mariam mulierem transfudit, non absque ingenti blasphemia? Itane nullam adhuc agnoscis mutationem, nullam varietatem pertinacissimè? Quid enim per Deum immortalem, Romana Ecclesia, & eius Pontifices reliquum nobis fecerunt, in tota nostra Christiana Religione, quod non mutauerint, peruerterint, deprauauerint, corruerint? non doctrinam: quod breuiter quidem, sed tamen luculenter & ad oculum demonstrauimus: non cultus? non inuocationem Dei? non Sacramenta diuinitus instituta? non Biblia ipsa? Denique ex credentibus dubios, ex fidelibus infideles, ex Christianis gentiles

Refutatio defensionis

filles, ex pñs Idololarras, ex filijs Dei, & regni cœlorum hæredibus, filios Diaboli, inferni, & æternæ damnationis (quantum quidem in homine peccati, & filio perditionis fuit) fecerunt. Hæc serijs lacrymis deploranda sunt. Sed tanta est cæcitas hypocritarum, tanta pertinacia illorum, vt hæc nec videre, nec agnoscere velint, sed furdjs narretur fabula.

- » Vt igitur homini, quantumuis contentioni & contradictioni
- » studio excæcator, satisfaciamus, ex me petenti, quam putem fidem
- » Catholicam, & Euangelij veritatem in Ecclesia Romana perijisse?
- » Sub quibus Pontificibus & Imperatoribus? Qui duces primarij
- » huius defectionis fuerint? Defecerint ne omnes Catholici, & Ro-
- » mani fideles? &c. Qui porro sint errores, in quos incidit Ecclesia
- » Romana? Per quos fuerint illi tandem profligati? Nam hæc hisq;
- » similia de singulis hæresibus, quæ vnquam fuerunt excitatæ, faci-
- » limè demonstrantur. Vt de Luthero, qui primus docuerit, sacrosan-
- » ctam Eucharistiam non esse sacrificium verè propitiatorium, pro
- » peccatis viuorum & defunctorum offerendum: & multas veteres
- » excitasse hæreses. Cum Aerio docuit, non esse orandum pro mor-
- » tuis, nec statis diebus ieiunandum. Iouianum securus, sentit virgini-
- » tatem non esse maioris meriti, quam castitatem coniugalem, &c.
- » Ideoque statim illi restitisse Pontificem Romanum, Episcopos,
- » Doctores, Colloquia instituta, postremò & Tridentinum concili-
- » um, quo isti errores eius omnes & assecularum sint anathematizati.

Respondeo ad quæstionem hanc, non vno momento id factum esse, sed paulatim irrepisse errores: idquæ declarabo vnico proposito exemplo, de Missa, quæ Pontificiorum opinione, maxima est Religionis ipsorum pars, summus cultus, & arx ac neruus regni Pontificij Antichristiani. Hæc equidem, non à Christo est instituta. Inspiciatur enim institutio Eucharistiæ ab ipso facta, & ab Apostolis ac Euangelistis descripta & celebrata: in his omnibus ne iota quidem habetur de illa.

Petrus & reliqui Apostoli omnes similiter, ad solius orationis Dominicæ recitationem, coenam Domini celebrasse scribuntur à Gregorio Magno & Platina.

Quibus ergo auctoribus accepta est ferenda? A quibus orta & nata, aucta, propagata, incrementa sumpsit, denique consummata est? Non ab vno, sed pluribus Pontificibus Romanis, quorum singuli ferè aliquid assuerunt, vt vel ex ortu, spuria esse intelligatur.

Platina in vita Sixti I. Nuda, inquit, primò hæc erant, & omnia simpliciter tractabantur, Petrus enim, vbi consecrauerat, oratione

De Missæ origine.

Refutatio defensionis

ne adiecisse hæc verba: Communicantes, & memoriam venerantes
Et Generat. 20. Gregorius eius nominis tertius, in Canone adiecit:
Quorum solennitas hodie. Sergius qui centum annis sequutus est
Georgium Mag. constituit, vt in fractione Dominici corporis
caneretur: Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, miserere nobis.

Habes Iesuita, quod perebas, authores Canonis (sine quo Missa
Pontificia, nec est propitiatorium sacrificium, nec vestrorum opi-
nionem, & recte quidem mea sententia, celebrari potest) varios, qui
diuersis vixerunt temporibus, eumque ex varijs quasi lacinjs con-
sarcinauerunt, sicut pallium mendicorum.

Ex quo manifestum euadit, falsissimum esse, ac purum putum
mendacium, Pontificijs etiam Scriptoribus testibus, quod thra-
sone gloriabar, Goliath ille Philistheus prouocans exercitum Dei:
Ne iora quidem extare, de Religionis mutatione, quæ in Ecclesia
Rom. contigisset, Nuda, inquit Platina, primo hæc erant, & O M-
NIA simpliciter tractabantur. Petrus enim in consecratione, sola
oratione Dominica vsus est. Quod si verum est, vt est verum:
vnde, quæso te, bone vir, ille apparatus Missæ? Vnde Canon, si-
ne quo Missa celebrari non potest?

Sequitur itaq; totis quingentis annis, à Christo nato, antequam
naceretur Canis ille (heus aberravi, Canon dicere volebam) Mis-
sam nullam in tota Ecclesia fuisse celebratam. Qua igitur fronte
Missam hanc vestram, ad Apostolos, eorumque tempora referre,
in eaque nihil mutatum, nihil variatum, affirmare audeis? An ne
non tandem erubescere incipietis ad vestra tam palpabilia, tam cras-
sa, tam manifesta mendacia?

Iam tuæ abunde satis factum esse petitioni spero Iesuita. Recte
ergò fecit Lutherus, quod damnauit Missæ vestræ impietatem, &
horrendam in ea cœnæ Dominicæ prophanationem.

Possẽ & historiam de origine inuocationis Sanctorum, quan-
do & à quibus spargi cœperint seminaria inuocationis illorum in
Ecclesia, recensere, similiter & de alijs partibus doctrinæ Papisticæ:
sed quis hic foret finis? Vnum adhuc breuiter, augmenti loco ad-
dere visum est, de origine & authore primo alterius tantum speciei
in cœna Dominica, idque ex Leonis Episcoporum Romanorum
doctissimi, Sermone quadragesimo, lib. 4. de Manichæis loquens,
sic ait: Cumque ad regendam infidelitatem suam, nostris audeant
Manichæi interesse mysterijs, ita Sacramentorum communionem se
temperant, vt interdum tutius lateant, ore indigno corpus Christi
accipiunt: sanguinem verò redemptionis nostræ haurire omnino
declinant.

Primi authores di-
midiat Sacramen-
ti, Manichæi.

declinant. Quod id eo vestram scire volumus sanctitatem, ut huiusmodi homines vobis, & his manifestentur indicijs, & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio, notari, & proditi, à sancto- rum Societate, sacerdotali autoritate pellantur. Hæc ille.

Parum autem refert, qua superstitione illi à vino abstinerint. Equidem Episcopus Romanus Leo damnat, & sacrilegam vocat simulationem à sacro calice abstinentiam. Quid de prohibitione dicturus?

Et quod dicit Iesuita, Lutherum cum Aerio & Iouiniano face- re: aperte respondeo. Si illi non alias fouerunt opiniones erroneas, quam quas hic enumeravit Iesuita, Hæreseos eos damnare nos non posse: quod hæc in nullum fidei articulum impingant, nec cum Scriptura sacra pugnent. Cum nullum extet Dei mandatum, promissio, vel exemplum, quo iubeamur pro defunctis orare. Nam qui in fide Christi decedit, vitam habet æternam. Qui in incredulitate, iam iudicatus est, nec videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Tertium & medium locum, ignorat Scriptura.

Sacrilegium dicitur altera tantum species.

Iohan. 3.

Cypr. tractatu contra Demetrianum.

In quam sententiam & Cyprianus loquitur. Erit tunc sine fructu poenitentia, & dolor poenæ, & inanis ploratio, & inefficax deprecatio. Mox: Quando isthinc excessum fuerit, nullus iam locus poenitentiae est, nullus satisfactionis effectus. Hic vita aut amittitur, aut tenetur. Hic salutem æternam, cultu Dei, & fructu fidei prouidetur. Nec quisquam aut peccatis retardetur, aut annis, quo minus veniat ad consequendam salutem. In isto adhuc Mundo manenti, nulla poenitentia sera est.

Sic Gelasius quoque, Epistola ad Episcopos Dardaniæ: Ceterum de eo, qui in diuino iudicio est constitutus, nobis fas non est decernere aliud, præter id, in quo eum dies supremus inuenit.

Quod ad merita virginitatis & castitatis conjugalis attinet, scimus quidem Hypocritas Pontificios docere, virginitatem, maximam esse peccatorum satisfactionem, & meritum vitæ æternæ. Sed longe aliter nos docent sacrae literæ, nempe Christum semetipsum dedisse oblationem pro nobis, victimam, ac precium redemptionis pro omnibus, & propitiationem pro peccatis nostris.

Quia vnica oblatione consumauerit in perpetuum eos, qui sanctificantur. Sicut Augustinus, virginitatem Baptistæ, non vult præferre coniugio Abrahamæ. Vnum ergo vitæ æternæ agnoscimus meritum omnes, nempe meritum Christi, cuiuscunque sexus, vel conditionis sint homines. In Christo enim non est mas nec foemina, sic nec virgo nec maritus, aut vxor: sed vnus omnes. Non enim est respectus personarum coram Deo. Sed quod ad præ-

Hebr. 10.

Refutatio defensionis

sentem vitam, aliud genus vitæ alio est tranquillius. Et postea dabit Deus unicuique secundum opera sua.

Tandem ad Colloquia quod spectat: in illis de principijs conuenire non potuit: Quod nos Scripturas non possemus abijcere: vos verò illas (vt paucis, multa, imò, vno verbo omnia dicam) recipere, & impietates vestras cum illis pugnantes, abijcere non vultis. Ideoq; ex eodem fundamento Conciliabulum vestrum non agnoscimus, sed autoritate scripturæ S. damnamus, quod decreta pleraq; ædiderit cum hac pugnantia.

Et vt scias quid sentiam de illo, vno verbo dicam, iudico simile esse Concilio Pontificum Hierosolymitanorum, in quo præsidente ordinario & legitimo pontifice, Iesus Christus Dominus & saluator noster, iniuste est damnatus. Eodem, & non alio spiritu reguntur vestra concilia, quod manifeste docuit apparitio, qua in Synodo Romæ sub Ioh. 23. celebrata, post Missam de Spiritu S. decantatâ, in sessione prima & 2. præsidente ipso Pontifice, vbi mox adfuit bubo dirus, qui supra trabem templi terrificâ voce, iniectis in papam oculis, ipsum salutauit, nec abigi potuit, ita vt pleriq; suffusi, Concilium soluere sint coacti, quibusdâ dicentibus: En Spiritus S. adest. Quod copiose & manifeste probauit, & demonstrauit D. D. Chemnitius libro suo quem inscripsit, *Exam. Concilij Tridentini*: in quo si quid desideras cum tuo sodalicio amplius, ostende, quære, & respondebit tibi.

Postremo, quod dicit vanum esse, & otiosum nostrum prætextum, quo dicimus, dormientibus pastoribus Ecclesiæ, Inimicum zizania seminasse, atq; sic irrepsisse errores, qui præsertim Episcoporum & Pontificum animos occupauerunt. Ita ne vanissime lebulæ, Christo, cuius hæc verba sunt, illudere, & vanitatis arguere impune, cum profanis militibus licere putas? Non vigilauerunt, sed nimis securi dormierunt Episcopi & Pontifices, dum zizania Sathanæ crescere permiserunt, spargentis semen suum. Quod cultus bona intentione liceat excogitare de ingenio humano confictos, ipsiq; Deum honore affici: Hinc mensis illa copiosa humanarum doctrinarum vestrarum & cultum, absq; verbo Dei prouenit: Hinc tanquam ex fonte perenni, errores vestræ Ecclesiæ innumerati scaturierunt & profluxerunt. Non ergo vanus, aut otiosus prætextus est, sed veritas ipsa, a Christo veritate, profectum, quod dicimus.

August. Epist. 119.

Qua in re testem habemus locupletissimum D. Augustinum, qui se propter vulgi persuasionem, multa dissimulare scribit: Ego, inquit, multa huiusmodi propter nonnullarum, vel sanctarum, vel turbulens

turbulentarum personarum scandala deuiranda, liberius improbare non audeo; tam multis præsumptionibus humanis, & seruilibus oneribus premunt Religionem Christianam, quam paucissimis, & manifestissimis celebrationum Sacramentis, misericordia Dei liberam esse voluit, vt tolerabilior sit Iudæorum conditio, qui etsi temporis libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subiiciuntur.

Vt & Cusanum Card. & Ecclesiam Rom. excuset Iesuita, in 82. 83. qua negauit, hodiè vniformem esse Sacramentorum vsus, cum eo, qui temporibus Apostolorum fuit, & in Ecclesia primitiua; discrimen affert inter verum & bonum. Verum ad dogmata referens, quæ semper eadem fuerint in Ecclesia Romana, nihilq; in ijs mutatum, ab eis quæ Apostoli tradiderint. Vtile autem ad ritus & cæremonias, quæ pro ratione personarum, locorum, & temporum mutari possint, & necessario debeant. Summa hæc est eorum, quæ aduersarius contra has duas propositiones adfert.

Quod itaq; ad discrimen, non improbamus illud. Sed quod ad Romanæ Ecclesiæ dogmata attinet, in præcedenti propositione contrarium ex Apostolo Paulo probauimus. Quod verò ad ritus & cæremonias, ingens est inter illas discrimen. Quædam enim humana autoritate, ordinis & decoris causa instituuntur ab Ecclesiæ gubernatoribus, quod licet, & est necessarium. Ethæ variari possunt, & debent, pro circumstantiarum ratione. Sacramentorū verò, quæ diuinitus sunt ad salutem piorum instituta, longè dispar est ratio. Hæc enim humana, & Ecclesiæ etiam autoritate, mutari non possunt, sicut aduersarius quoq; concedit, quantum ad substantialia. Quod verò subijcit, communicandi ritum, tam sub vtraq; quam sub vna tantum specie, inter adiphora, i. indifferencia, quæ iure diuino nec præcepta, nec prohibita sunt, numerandum esse: profanam suam, profanissimus Iesubæus profanitatem prodit, & quod non socius, sed aduersarius, & hostis sit Iesu Christi, & sic Antichristus, declarat.

Hoc enim modo Apostolus inter reliqua Antichristū describit, quòd se elaturus sit super omne quod Deus est, & colitur. An tibi indifferens quiddam videtur, mutare testamentum vnici nostri Redemptoris, & Domini nostri Iesu Christi & Hominis, inquit Paulus, testamentum ritè confirmatum, nemo spernit, aut superordinat. Quanto minus Christi testamentum, morte & sanguine eius roboratum & De hoc enim dicit, ac præcipuè de calice, quòd nouum sit testamentum in suo sanguine. An verò indifferens tibi videtur, nec præceptum, nec prohibitum, quod dicit:

Hoc

Gala 4.

Refutatio defensionis

Hoc facite? Scio equidem, vos Pontificios, facere, hic accipere pro sacrificare. Sed nullo auctore, nisi illo, qui omnes Dei ordinationes, & instituta deprauat, calumniatur, conturbat, euertit.

Cyprianus lib.
2, Epistola 2.

Cyprianus, licet cœnam Domini sacrificium vocet, hoc est, sacram actionem, tamen longè aliter sentit, & interpretatur, quam Pontificia Ecclesia. Ita enim inquit: Nam in sacrificio, quod Christus est, non nisi Christus sequendus est, vtrique id nos obaudire, & facere oportet, quod Christus fecit, & quod faciendum esse mandauit. Et statim: Quod si nec minima de mandatis dominicis licet soluere: quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum dominicæ passionis, & nostræ redemptionis Sacramentum pertinentia, fas non est infringere, aut in aliud, quàm quod diuinitus institutum sit, humana traditione mutare? Hactenus ille. Quibus nihil addo, quòd manifesta sint verba, & sententiæ: quòd nec facere, interpretetur pro sacrificare, nec indifferens esse, sed mandatum; ideoque humana traditione non licere mutare.

Et hic videre est, quanta sit Ecclesiæ Romanæ impudentia, impietas, sacrilega audacia, & temeritas. Pontificij in suæ Missæ Casone (qui, vt in præcedente propositione demonstratum est ad oculum, vt nemo quantumuis impudens contradicere possit: ex proprijs enim ipsorum scriptoribus est comprobatum, meram humanam esse traditionem, commentum, & figmentum) sine sacrilegio, uoculam à se additam, ENIM, in uerbis consecrationis, Hoc est enim corpus meum (quæ uocant quinque uerba substantialia) omittere non audent. Sed rem miram, interim cœnam Domini prorsus mutilantes, alteram, ac dimidiam eius partem omnino auferentes, sacrilegium nullum agnoscunt. Hic aperi aures Iesuita, O pharisæi hypocritæ, qui colatis culicem, & deglutitis camelum, quomodo effugietis iudicium Domini, & eternam damnationem? Substantiale scilicet uerbum est, ad consecrationem corporis Christi faciendæ, uocula ENIM, ab hominibus addita. Substantiale uero Sacramenti non est, altera tantum eius pars, cum sint integrales eius partes.

Cum sensu ergo communi, omniq; ratione pugnat, affirmare, rem vnã aliquam integram, duabus partibus constantem, postea misere disceptam, & in duo frustra laceratam, nihilominus adhuc esse integram. Vt: homo constat duabus partibus essentialibus, corpore & anima. Hac è corpore migrante, corpus reliquum truncus est, & cadauer, & non homo. Nihilominus tamen isti furiosi homines, integerrimum & perfectissimũ esse sacramentum, alteram

ram tantum partem vociferantur, & contendere audent.

Et ut cum ule falsâ, addit, vniformem in Ecclesia Pontificia Sa-
 mentorum vsum cum eo, qui temporibus fuit Apostolorum, &
 in primitiua Ecclesia, in qua sicut & nunc, tam sub vna, quam sub
 vtraque specie communicandi, per totum fere orbem Christianum,
 Ecclesiam permisissè.

Pugnat hic aduersarius cum sua Ecclesia, quæ in Concilio Con-
 stantiensi, hoc negauit, cum profiteretur, quod licet Christus post coe-
 nam instituerit, & suis discipulis administrauerit sub vtraque spe-
 cie panis & vini, hoc venerabile Sacramentum. Et quod licet in
 primitiua Ecclesia huiusmodi Sacramentum reciperetur a fidelibus
 sub vtraque specie: tamen hoc non obstante, &c. Vnde summa ap-
 parec Iesuitæ vanitas.

Et in præcedentis propositionis refutatione, & huius 84. aduers-
 farius per sex integra folia, nihil aliud agit, quam ut nobis nostras
 odiosissimè obijciat dissensiones: tot esse opiniones, quot homi-
 nes, indies Religionis nostræ articulos mutari. Ex Luthero con-
 traditiones colligit, varias interpretationes verborum coenæ, va-
 riatam Confessionem Augustanam, atq; ita flagellat, & miserè ex-
 agitat nos, Ac planè triumphare sibi, in quæ suo regno viuere ima-
 ginatur Iebusæus. Hicce, cum reliquis calumnijs, & Ecclesiæ suæ
 Catholicæ vnitatis prædicatione, totum fere suum librum consu-
 mit; quibus demptis, parum illi remanebit: quod facile intelligent,
 si qui ex nostris, malè perdendo horas, istius librum legere dignati
 fuerint.

84.

Quod igitur ad Antilogias, siue contradictiones, quas ex Lu-
 theri scriptis colligit aduersarius: meræ sunt illæ calumniæ, vel ex
 inciscia, & ignorantia doctrinæ coelestis: vel ex malitia conflictæ.
 Vt enim fucum vel incautis, vel ignaris historiæ, & temporum
 faciat: opponit posteriores Lutheri libros, & doctrinam, ijs, quos
 ab initio scripsit, dum adhuc agnosceret Romanum Pontificem pro
 Christi in terris vicario, & tantum crassissimam Pontificiorum
 imposturam de Indulgentiarum nundinationibus, quas ipsimet
 pias fraudes appellauere, taxaret. In primis verò impudentissimi
 Indulgentiarum, & Emisarij Pontificij, Teclij clamores, qui impu-
 dente ore affirmare ausus est, tantam esse vim & gratiam Indul-
 gentiarum Pontificiarum, vt soluere possint hominem, etiam si
 quis per impossibile (horresco referens) genitricem Dei violas-
 set. Item quod Indulgentiæ sint plenaria omnium peccatorum res-
 missio; qua quidem gratia nihil maius possit dici. Et quod hos

Refutatio defensionis

mo peccator, & diuina gratia priuatus, per illas perfectam remissionem, & Dei gratiam denuo consequatur. Per quam earum remissionem, peccatorum poenae in Purgatorio luendae, propter offensam diuinæ maiestatis, plenissimè remittantur, atque dicti Purgatorii poenae omnino deleantur. Hoc addens, statim ad tinnitum auri vel argenti, in pelui ædito, animam ex Purgatorio in cœlum subuolare.

Has laudes immodicas, & falsas esse, rectè iudicauit tum R. D. D. Martinus Lutherus, & ad Archiepiscopum Magdeburgensem, & alios vicinos Episcopos literas dedit, quibus petijt humilissimè, vt intemperiam huius improbi rabulæ cohiberent. Verum frustra id tentauit: quod nemo contra hiscere auderet. Conscriptis itaque Theses, quibus hanc impiam Indulgentiarum nundnationem, & commendationem refutauit, easque publicè disputandas Vittembergæ proposuit anno 17. Quæ res, nihil minus cogitante tum Luthero, sed Deo dante foeliciter incrementum, occasionem præbuit ingenti huic mutationi, cum Tecelius rectè sentire pro Papa videretur: Lutherus verò ad reuocationem cogere- tur. Ibi inquam tunc, ab initio pro Christi vicario agnouit Rom. Pontificem: Missam ipse celebrauit per annos 15. Implicitus suis & alijs erroribus Pontificijs de 7. Sacramentis, &c.

Postea verò crescentibus certaminibus, creuerunt Luthero & laudibores, ac opus illi fuit assidua lectione, & meditatione sacræ Scripturæ, orationibus pijs & ardentibus, quibus se in omnem veritatem induci, ad eiusq; defensionem armari à Deo per Spiritum sanctum, petijt. Atque ita quotidie semper magis magisque luce cœlesti Spiritus sancti est perfusus, & illuminatus, indies semper magis magisque Pontificios errores agnoscere cœpit. Donec tandem ex Scriptura intelligeret, Missam Pontificiam, horrendam esse coenæ Dominicæ deprauationem, & abominationem. Itaque hoc sapientius ex ore ipsius audire me memini: hoc demum maximum esse iræ Dei aduersus Papatum, argumentum, quod non agnoscerent huius sceleris magnitudinem, nec agerent poenitentiam de illo. Agnouit & postea ex scriptura sacra, Romanum Pontificem, quem antea communi errori inuolutus, CHRISTI vicarium esse arbitraus fuerat, ipsissimum esse Antichristum, eiusque Papatum à Diabolo fundatum, quod peculiari libro, hoc titulo insignito, & descripto luculenter comprobauit.

Habes Iesufæ contradictionis huius conciliationem. Quomodo

modo scilicet idem Lutherus, Papam & pro CHRISTI vicario, & pro Antichristo agnouerit: Missas celebrauerit, & damnauerit: Purgatorium esse senserit, Sanctos inuocandos, & alia plurima, adhuc Papisticis sordibus, erroribus & superstitionibus immer- sus: quæ postea e Scriptura sacra rectè & vere edoctus, agnouit, deplorauit, refutauit. Tales sunt plæræque antilogiæ, quas ex scri- ptis Lutheri colligit, quales sunt paulo antè commemoratæ de Missa, de 7. Sacramentis, de altera tantum specie cœnæ Domini- cæ, &c.

Aliæ verò ex inscitia, & ignorantia doctrinæ synceræ pro- fectæ, quam vel non intelligit excæcatus Hypocrita, vel se intel- ligere altè dissimulat, quæ tamen nulla est contradictio, sed plana omnia. Qualis est, de sola fide iustificante. Et quod CHRIS- TVS omnem vitam fidelium, pœnitentiam esse voluerit, non tamen intendit solam interiorem. Imò interior nulla est, nisi for- ris operetur varias carnis mortificationes. Et rursus: ergo ne- que opera pœnitentiæ, neque Sacramenta iustificationem, hoc est, remissionem peccatorum faciunt, sed sola fides. At alibi, inquit Iesuita, contradicit huic sententiæ: Absque pœnitentia, nulla est peccatorum remissio, neque potest peccatorum remissio absque pœnitentia intelligi, &c.

Vnde apparet, hypocritas istos nescire quid sit pœnitentia, quam desiniunt, absque & contra Scripturam sacram, esse contri- tionem cordis, confessionem oris, & satisfactionem operis, qui- bus homo Deo reconcilietur: nulla Christi, vel fidei facta men- tione.

Lutherus verò sibi in his constat. Nam & sola fide in CHRIS- TVM, semper constanter docuit, ab eo tempore, quo ad veri- tatis agnitionem peruenit, hominem iustificari: nec vsquam sibi contradicit. Rectissimè etiam docet, totam hominis Christiani vitam, pœnitentiam esse. Nam propter concupiscentiam inhæ- rentem, quæ non est ociosa, sed semper malos profert fructus, semper agnoscenda naturæ corruptio, & morbus: semper sive pe- tenda, & credenda peccatorum remissio: semper fructus pœniten- tia digni proferendi. Ita vita hominis pij perpetua est pœnitentia, credere, ac diligere.

Sed nec propter contritionem, vt vos fingitis, neque propter fructus pœnitentiæ, aut opera dilectionis meremur, & consequi- mur remissionem peccatorum: Verùm sola in CHRISTVM fide,

Refutatio defensionis

Ex his itaque Lutheri verbis, nulla colligi potest contradictio; fingi autem a calumniatoribus potest, qui quærun nodum in scirpo.

Sic dum dicit Lutherus, moriturum magnificere debere Sacramenta, & se ijs contra mortem munire debere, eaque sic librare, vt longè præpollerent, ac multò plus de eis, eorum virtutibus cogitaret, quam de peccatis. Et quòd iterum dicit: Vilitata, sed hæretica est sententia, Sacramenta nouæ legis dare gratiam, his, qui non ponunt obicem. Nulla est in his verbis Lutheri contradictio. Prior enim de his loquitur, qui fide Sacramentis vtuntur. Altera posterior, Scholasticorum est, qui Sacramenta nouæ legis, vt loquuntur, ex opere operato gratiam conferre, asserunt, etiam sine bono motu videntis, modo non ponatur obex. Quæ vestra quoque est impia, leuita, opinio, & damnanda. Et sic de cæteris.

Quòd ad dissensiones nostrorum attinet: vna est, & eadem confessio omnium nostrum, & conuenit in fundamento, qui Augustinam Confessionem amplectimur. Contentiones verò quasdam, quorundam acerbius quidam insectantur. Nec immerito, quòd optaremus omnes vnum sentire, & eadem loqui. Omnes ex animo detestamur, & execramur impia vestra dogmata de iustificacione, de dubitatione, de operum meritis. Labyrinthos vestros intricabiles de poenitentia, coenæ Dominicæ mutilationem, eiusq; in Missa blasphema oblationem, pro viujs & defunctis. Inuocationem mortuorum hominum, plus quàm Ethnicam, & quis singula enumerare queat? Omnes ex animo sentimus, & testamur, Papatum esse regnum Antichristi. Dolemus etiam toto corde, quòd non omnibus ad amussim inter omnes nos hætenus conuenierit. Quòd tamen singulari Dei beneficio factum est maxima ex parte, id quòd hypocrita, oculis tuis inuidis videbis (repeto quòd supra quoque dixi, si benè memini) dentibus tuis fremes, & contabescas, quia desiderium vestrum impium peribit.

Quòd si maximè non inter omnes esset consensus: hinc tamen non sequitur, nos idèò veram Christi Ecclesiam non esse, neque nostram doctrinam, idèò non esse diuinitus traditam. Hoc enim modo neque Christus vera docuisset, nec in eum credentes, vera Dei fuissent Ecclesia. Nam vt Pharisæos, Pontifices, Scribas & Sacerdotes taceam, qui ex professo aduersari sunt illi, & damnauerunt: De Auditoribus eius dicamus, qui honorificè de ipso senserunt, & loquuti sunt: horum alij ab eo discessionem fecerunt. Alij varias de ipso capite opiniones habuerunt. Cum alij eum dice-

rent,

rent Heliã , aliã Hieremiam , aliã alium quendam prophetarum. Et Apostoli ipsius pauci numero , contenderunt inter se de principatu , quem illic damnauit in Apostolis , quorum tamen Successores non destiterunt , donec more gentium dominium consequerentur , & Primatum à Christo damnatum.

Sic in vnica , & non vsq; adeo magna Corinthiorum Ecclesia , quor Sectar: quor monstra opinionũ sunt exorta: Ergo ne , sicut Iesuita contra nos argumentatur , vel Pauli doctrina , non fuit verum Euangelium , quod in cœlo didicit : vel Corinthiorum Ecclesia , non fuit vera Dei Ecclesia ? Atqui Paulus nihilominus , ex Spiritu sancto scribit , Ecclesiæ Dei , quæ est Corinthi , sanctificationis in Christo Iesu , vocatis Sanctis. Damnat autem in eis contentiones , & studia partium , atq; Sectas. Nec vult eos vel à se , vel à D. Petro nominari. Quid igitur de vestris monasticis Sectis in numeris , quæ nomina ab hominibus , eorumq; humanis traditionibus , & Regulis , neglecta vnica Christianorum regula , sortitæ sunt ? Cur hic Iesuita , qui adeo lynceus es in nostris , non oculos aperis , & circumspicis tot agmina Sectarum ?

Quin & inter Scholasticos vestros non conuenit. Cum Thomistæ & Scotistæ totis castris dissideant , eorumq; Sectatores. Et qui nos alienã præstare cogimur culpam ? Si qui vero à nobis discesserunt , & ex nobis exierunt , cur durius tractamur , quàm Christus : quam Apostolus Paulus : quibus meliores , aut sanctiores nos non esse , libenter agnoscimus & fatemur ?

Rectè Augustinus alicubi scribit , suam domum non esse meliorem , aut sanctiorem Arca Noë , in qua fuerit Cham impius , qui à patre , & religione vera defecit. Nec meliorem domo Abrahamæ , ex qua Hismael , aut Ishaci , ex qua Esau sunt egressi. Vel Iacob , in qua fuerit Ruben , qui incæstum commisit , Reliqui filij , fratricidæ , & parricidæ propemodum.

Nam quod ad Cinglianos , deprauationemq; verborũ cœnæ , & alios cognatos articulos attinet , quos nobis quoq; obiicit : illi ab initio Confessionem Augustanã agnoscere , & subscribere noluerunt , sicut ne nunc quidem , nisi fucatè quidam , aliud quærentes.

Confessionem ipsam Augustanam , quod Philippus Melanthon , præceptor olim meus Charissimus , recognouit , & vberius multa explicauit : calumniantur aduersarij , variationem vocantes.

Quod si quid peccauit hac in parte (non enim ἀναμαρτήτως nos esse , aut nostros dicimus : Sicut vos vestros Pontifices , ho-

Refutatio defensionū

omnes inaccessibiles peccāto, fingitis) priuari hoc in ista causa hominis peccatū fuit, nec praeiudicare tunc causae debet. Cū nō publicē fuerit (illa prima repudiata) recepta, aut pro authentica vnquam agnita.

Sed neq; in his, quae Aduersarius studio calumniandi ex ea excerptis, contradictionem video. Sed hoc video, Iesuitam doctrinae nostrae odio, quae oculos ipsius, suis radijs splendidissimis perstringit, ita excaecatū esse, vt verum videre non possit: sed sicut illi, qui vitrum colore infectum ob oculos habent, quaecunq; vident per illud, eiusdem esse coloris cum vitro apparent: Hoc idem plane Iesuitae accidit, qui nihil nisi meras contradictiones ob oculos habet, & fingere cogitat. Quicquid igitur in Lutheri, & nostrorum scriptis legit, nihil nisi merae contradictiones illi esse videntur.

Quēadmodū etiam hic Iesuita, recitatis locis, ex quibus contradictionē quaerit, inquit, Editione prototypa negatur honorū operū Iustitia: At editione altera, seu variata, dicitur, Iustitiā honorū operū, post reconciliationē sequi debere. Sic editione prima, negatur, inqt, per opera bona nobis mereri Iustitiā, quā sola fide apprehendamus. Altera verò seu variata editione, dicitur: per obedientiā erga legem, nobis reputari quandā Iustitiā, nosq; mereri praemia.

Sed heus tu Iebusae, qui tibi arcē Siō fortiter ppugnare videris, nec Dauidē cū tuis caecis, vis intrromittere, quiq; tot colligere somnias contradictiones: contradictionū leges haud dubie nosti ex Aristotele: quod sint circa idē, ad idem, &c. Loquuntur autem confessiones illae duae, quas tu vocas Archetypā, & variatā, nō de vna Iustitia, sed duplici, & diuersa, fidei nempe, et operū: quarū haec non meretur remissionē peccatorū, seu reconciliationē corā Deo, propter sui imperfectiōnē. Sed illa altera, quā Christus nobis est meritis sua obedientia, & passione, nobis donatur, & impuratur, fide in Christū. Postquā igitur persona reconciliata, & iusta fide, i. accepta est: placet obedientia, & reputatur esse Q V A E D A M Iustitia, & necessariō reconciliationē sequi debet. Dicit reputari hanc quoq; obedientiā iustificatorū per fidē, & reconciliatorū, Quanquā iustitiā, ideo etiā ex gratia. Alias enim sua natura, omnes nostrae iustitiae sunt tanquā panus mēstruatae. Quia verò persona fide Deo placet, & est accepta: Ideo etiam qualiscūq; obedientia, ppter eundē Christū acceptatur, & praemijs ornatur, propter promissionem Dei: Alias serui dicimur inutiles. Ecquae ergo hic Iebusae contradictio?

- .. Postremo, quod denuo suo more calumniatur, fidē nostrā nec
- .. catholicā, nec Apostolicā, sed Lutheranā esse, q; recens, hoc est, ante
- .. annos 44. a Luthero suā originē traxerit, & ab Imperio Romano,
- .. tā politica, quam Ecclesiastica potestate reiecta, & reprobata fuerit.

Sanctiores

Sanctiores multo fuere Iudæi tempore Christi: qui cum non recte institueretur a suis Phariseis, Scribis, Sacerdotibus, & Pontificibus, ordinarijs illis Aharonis successoribus, qui neque legem ipsi intellerebant, neque Euangelium de venturo Messia docerent, sed caeci caecorum essent duces (quod hactenus plane idem sub Papatu factum est, & sic hodie ab istis) ita ut prorsus noua, & inaudita illis esset Christi doctrina: & inter se conquirerent, dicentes: quidnam est hoc? quæ nam doctrina hæc noua? Tamen non damnant propter rei nouitatem, sed spargunt in omnem regionem Galilææ. Hi uero Pharisei, & nouam recens a Luthero excogitatam calumniantur, & hæreseos damnant, hanc ob causam, Quod & Christus illis nouus uideatur, antea sepe sepultus ab ipsorum Maioribus.

Marc. 1.

Cæteri um non Lutherus author est, uerum author est Spiritus S. & Deus ipse, qui iam olim & ab initio statim, a lapsu primorum parentum, ex immensa bonitate, tanquam ex arcana sede prodicens, primis parentibus patefecit, ædita promissione prima Euangelij de semine mulieris, contrituro caput serpentis. Hæc postea illustrata est temporis successu ad Patriarchas & Prophetas, qui copiosius eam enarrauerunt, & descripsiunt, donec tandem filius Dei incarnatus enarraret nobis, & per Apostolos propagauit. Hæc doctrina in sacra scriptura continetur de Christo unico mediatore, fide apprehendendo: qui factus est nobis a Deo sapiëntia, Iustitia, sanctificatio & redemptio. Hæc eadem Lutheri est doctrina, & non alia, ex scriptura sacra collecta. Ideoque non noua, sed omnium antiquissima, qua omnes, quicumque unquam hinc a mundo conditi saluati sunt, uitam æternam sunt consecuti. Non est enim in alio quoquam salus. Nec est aliud nomen sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Huic enim Christo, omnes Proph. testimoniū perhibent, remissionem peccatorum accipere, per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Hac fide geres saluæ factæ sunt, fide per Spiritum S. purificatis cordibus illarum. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare unquam potuimus sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi, credimus saluari, quæ admodum illi.

Iohan. 1.
1. Cor. 1.

Acto. 4.
Ibidem 10.

Ibidem 15.

Hæc D. Petri Apostoli doctrina, et fides fuit, quæ et Lutheri, & nostra, et antiquissima, omnium Prophetarum & Apostolorum, in concilio ipsorum definitiua sententia. Quæ quia successores non bene custodierunt, sed aliud prorsus doctrine genus, et Religionem in Ecclesia inuenerunt temporis successu: Ideo iam NOVA illis uidetur. Non ergo demum ante annos 50. inuenta: sed hoc dicimus, post tetras, & decas easdemque diuturnas tenebras, plus quam Cimmerias, Papatus, in uerbo Dei damnatas,

quæ

Refutatio defensionis

quæ fuerunt tempora illa periculosa, de quibus Christus prædixit, immensa Dei bonitate, & clementia lucem verbi diuini, disculis, & depulsis tenebris papisticis, exortam fuisse. Quod nisi factum esset, certe id euenisset, quod Christus ibidem addidit: nempe, quod non salua facta esset omnis caro. Et quod pontificij, non modo orbem Christianum, eiusq; facultates omnes deglutiuissent: sed animas etiam miseras, suis traditionibus humanis, & doctrinis dæmoniorum, ac hisce similibus in infernum præcipitassent. Interim electos mirabiliter saluatos esse asserimus. Sicut in regno Israhel, in quo publicè prostabat idolomania, tamen Deus sibi seruauit sua 7000. Etiam si enim hi, qui videntur præcipui esse in Ecclesia gubernatores, & in loci ordinaria successione, lupi fiant, & Antichristi: electi tamen, & vera sub ipsis Ecclesia Dei, mirando semper modo seruantur diuinitus.

Gratis itaq; animis hoc summum Dei beneficium restauratę doctrinę sincerę, suo singuli loco, agnoscamus, & ad posteritatem propagare studeamus.

Quod igitur ad vnitatem, quam tanto per e in sua Ecclesia pontificij, & hic Iesuita commendant, eamq; non solum ad vnicum caput, quod est Christus: sed etiam vnum eius vicarium Petrum, & huius successores pontifices Romanos alligant, facere hic in fine non potui, quin breuiter aliquid de ea adderem. Monstruosa autem hæc est vnitas, nisi velint forsitan similem esse illius, quæ est in Trinitate vnitas. Verum non ita ex scriptura probari, vt illa, facile potest. Deum, Christum quidem caput dedisse Ecclesię, ex sacris literis manifeste docemur. Petrum autem esse eiusdem caput, nusquam me in eisdem legere memini: Sed tu hem subijce Iesuita. Pascere iubetur oues Christi: sed nec omnes, hoc enim nusquam fecit, sed neq; facere potuit, nec vnus, aut solus, sed vnà cum reliis quis Apostolis, suo quisq; loco. Et hi quidem boni fuere pastores, ad bona pascua greges, suę fidei commissos deducentes, nempe ad verbum Dei, & in eo Christum vnicum saluatorem, mediatores, intercessorem.

Quod verò ad Pontifices Romanos: caput fuit Ecclesię pontificiæ scortum turpissimum, Iohanna octaua, sexum mentita, in publica processione coram Senatu Cardinalium, Episcoporum, & totius Cleri Rom. in media platea, enixa puerpera, sed non Regem, verum nothum. Quo argumento Deus toti orbi Christiano declarauit, Romanam Ecclesiam, & in ea sedem tenentem, Meretricem esse Babyloniam, De qua in Apocalypsi habentur plurima. Id quod

Id quod etiam ex sequentibus successoribus manifestum est. Hi enim plerique, non tam pastores, quam fures, latrones, & lupi fuerunt. Taceo iam doctrinam cum scripturis pugnantem. Hi certe non tam de grege Dominico pascendo, verbo Dei, quam de regno sapissimè inter se, quemadmodum olim Romæ fundatores, Romulus & Remus, dimicauerunt.

Inter Damasum Romanum Pontificem, & Ursinum, tanta orta est seditio propter sedem: imò verò tanta bella, alterutrum defendentibus populis, ut replerentur humano sanguine, & cadaveribus cætorum, orationum loca. Propter eandem sedem, per partes Laurentij, & Symachi cædes in clero, & sanctimonialibus, homicidia, & latrocinia commissa multiplicata, denudato foemineo sexu, & extracta ex monasterijs, & omni die pugnas contra Ecclesiam, in media ciuitate gerebant, & multos Sacerdotes occiderunt. Formosi Pontificis, qui sedem largitionibus, & sic per symoniam, adeptus erat, Stephanus 6. cadaver effossum, Pontificalibus, ex mera & Diabolica arrogantia exiit: quòd sentiret eum impedimento sibi fuisse, quòd non citius Pontificatum esset adeptus. Romanus Stephanus non succedens, hunc cum suis actis, & decretis damnauit. Formosi similiter acta penitus rescidit. Quæ contra, successor Theodorus 2. probauit.

Summa, miserandam, funestam, & crudelissimam omninò lanienam Pontificum Romanorum, illius temporis Platina describit: ubi intra annos 15, decem Romani Episcopi sibi inuicem succedere, seque ferè muro confecerunt, nec à cadaveribus prædecessorum suorum sibi temperauerunt.

Gregorius 7. Hildebrandus antè dictus, totam Germaniam, & omnes in ea Ecclesias turbat. Nec solum Imperatores & Episcopos cum ipso facientes, fulmine excommunicationis suæ ferit: sed etiam Sacerdotibus passim coniugio interdicit (dæmoniacam proponens legem) non solum his, sed etiam Constantiensi, Argentinensi, & alijs Episcopis, illi contradicentibus, quòd Antichristi negotium in Babylonia ageret. Donec tandem in Concilio, horrendum accusatus, & conuictus criminum, deponitur. Vbi grauisima gregem Christi perculit seditio, nec vnquam talis lues populum Christi afflixit. Post hæc Episcopi inter se scriptis aduersarijs, alij pro Hildebrando, alij contra ipsum digladiati sunt, donec in exilio ipse Salerni est mortuus. Gregorius 9. contra Imperatorem pugnantibus, vitam æternam promisit. Platina. Hactenus verba historiarum.

Ruff. hist. Eccl.
lib. 11 cap. 10.

Ex libro Pontificali,
li. pro lege & grege

Platina.

Quàm ardens amor, & ingens desiderium pascendi gregem Christi, in his eius vicarijs?

Nauclerus, Sabell.
Auentinus.

Refutatio defensionis

Erasmus in Anno-
tationibus super
1. Corinth. 7.

Nonne, inquit Erasmus, Papa Iohannes 22. & Nicolaus, decretis toris inter se pugnant, idque in his, quæ videntur ad fidei negotium pertinere? Paulo post Innocentius 3. & Coelestinus de Matrimonio dirimendo prorsus pugnantia definierunt. Sic Pelagij decretum velut iniquum, & cum Euangelico pugnantis præcepto, retractat, & abrogat Gregorius successor. At id decretum Innocentio non visum est iniquum, &c.

Denique intestina bella in Imperio Germaniæ, ab eius inclinatione, multis seculis, Romanorum Pontificum ambitione, domandi libidine, & tyrannide, insidijs, machinationibus, Imperatorum excommunicationibus, Electorum, Principum, Episcoporum & subditorum, à iuramentis, & obedientia legitimi Magistratus, propter merè politica (vt omnem ad se protraherent Episcopi Romani iurisdictionem) absolute: cædes innumeras, seditiones, & alia consimilia, excitata esse, perturbata tota Germania, eusq; viribus debilitatis, adeò vt Gregorius 9. dixisse perhibeatur, Germaniæ Imperium, propter potentiam, non debilitandum solum, sed etiam opprimendum; fide dignæ testantur historiæ.

Sed neq; Concilij, cum Pontificibus semper conuenit. Rhemensis Concilium, anno Domini 980. à Pontifice Romano dissidens, eumq; Antichristum vocat. Concilia, Constantiense, & Basilien- se rectè decernunt, Concilium esse supra Papam, ideo & deposuit illud tres Papas, qui simul erant electi, singulicq; suos habebant fautores, & asseclas Cardinales. Hoc verò Eugenium Pontificem, qui antea in id consenserat, condemnauit: sed vicissim hic Concilium, Interea contra vtriusque Concilij decreta (quia intollerabilia capiti) adulatorem Romani Pontificis, & praxis Romanæ Curiæ, contrarium affirmant, obseruant, & defendunt, vt Papam Deum faciant, hoc est, verè Antichristum.

Hi ergò tales, Christi sunt in terris vicarij, hæc capita Ecclesiæ, hic sacer, & pulcherrimus consensus capitis & membrorum, hæc pax, hæc vnitas Ecclesiæ Romanæ, quam admiratur, & tantoperè commendat nobis Iesuita. Quo, vt dicere cœperam, quid turpius? quid monstrousus? quid magis prophanum? quid crudelius? quid magis impium? quid magis detestandum & abominandum? Interim Iesquipedalibus verbis, odiosissimè nostras dissensiones exagitat, amplificat, quæ iocus & lusus sunt erga hæc, de quibus iam diximus. Interim bonus ille Iesuita suauiter nugatur: anima

anima vna, cor vnum semper in omnibus, consensus summus in capite & membris, &c. Et ita oculos, verbis ociosis, & ad persuadendum, imò potius ad fallendum compositis præstigijs quasi ludens, cupit perstringere, sensibusq; omnibus illudens, ac si Maiores ipsius, capita scilicet, Ecclesiæ Rom. egregij illi Christi vicarij, nullam vnquam turbassent aquam. Quod apud suos, ad credendum his nimis faciles, facile obtinebit. Sed non sic facile alijs omnibus persuadebit. Quasi verò omnes sic cæci sint, surdi, & excordes? Quasi omnes historicorum libri de his rebus muti? Quasi nemo hæc legerit?

Hæc ad commendationem vnitatis Ecclesiæ Pontificiæ, quæ nota eius ab aduersarijs fingitur, addere volui: vt omnes intelligant, quod si maxime euincant, vnitatem, quam isti fingunt, signum & notam esse veræ Ecclesiæ infallibilem: tamen eam apud illos non inueniri, ideoque etiam hoc nomine, Ecclesiam istos veram non esse, sicut non esse certissimum est.

85. 86.

Secundam notam Ecclesiæ externam, & visibilem faciunt aduersarij, sanctitatem, quod sancta sit. Cur autem, & quomodo sancta sit, & dicatur, & quæ eius sanctitas, ex Scriptura Prophetica, & Apostolica, duabus propositionibus comprobauit, quem modum Iesuita se quoque, & hinc agnoscere faterur, nec de alia sanctitate in prima sua disputatione intelligere asseruerat, quam quæ sit a Christo, per Spiritum sanctum, per Sacramenta, & per verbum Dei. Et recte quidem: sed iam vt errores cumulet, hanc primam hominis esse iustificationem dicit, sed non sufficere, verum necessariam esse bonorum operum accessionem, & ne hoc quidem simpliciter male: pessimè verò quod subiicit, qua illa consumetur, & perficiatur.

Ergo ne Christi iustitia, quæ nobis per fidem imputatur, non consumata, & perfecta est? Vt nostrorū operum iustitia, tanquam subsidio, et supplemento indigeat, quo consumatur, & perficiatur. At qualis hæc operum humanorum, etiam in renatis per se, & in se consideratorum iustitia? Omnes, inquit Propheta, nostræ iustitiæ, tanquam pannus menstruatæ. Hoc scilicet modo, Christi iustitia est exornanda, consumanda & perficienda, O cæcitas & error, o impteras, o blasphemia.

Et talibus liber Iesuitæ scætet, quibus ornat illius merita, cuius profitetur societatem. Non possum ad singula respondere, ne liber nimis exerceat, & augeatur: nec vna vice Augiæ stabulum expurgare: alias hæc de re plura dicturus.

Refutatio defensionis

Quia verò iam intelligit, & sentit ex mea disputatione opposita, sanctitatem istam non esse visibilem Ecclesiae notam: non contentus Aduersarius eo modo sanctitatis Ecclesiae, quòd vnus tantum sit, nec conspiciatur, ideoq; instituto suo non satis conueniens, nec se figere pedem posse, aut stationem suam tueri, & locum: quare iam secundo alium satis notabilem, satis conspicuum, satis visibilem, quo sanctitas hæc verè dicitur, & est Ecclesiae nota, se declaraturum protestatur. Audiamus itaque Magistrum in Israël.

- » Profectò, addit, iuxta sententiam illorum, qui latinè scriptes
- » runt, sanctum, illud vocatur, quod ita stabile, firmum, ac munitum
- » est, vt violari, & everti ac destrui facile nequeat. Sic leges sanctæ,
- » quòd inuisabiles: sic muri sancti, quòd robustissimi: sic æraria
- » sancta dicuntur, quòd optimè munita sint. Hoc igitur sensu, meriti
- » t'o sancta Ecclesia prædicatur vera, cum illa nihil fortius, nihil fir-
- » mius, nihil solidius, aut stabilius existat, tum quòd æterna Dei præ-
- » destinatione sit à Deo præordinata, &c.

Negotium mihi cum Theologo Paulino, de Ecclesiae sanctitate disputaturo, esse putabam; sed ecce cum Prisciano mihi congregandum video. Sic sæpè Grammatici pijs Ecclesiae doctoribus negotia facesserunt. Scripsit contra Cresconium Grammaticum D. Augustinus libros 4. Sic Iosephus Iudæus contra Appionem Grammaticum. Quòd igitur in materia merè Theologica, aduersarius non contentus Scriptura, & significatione vocabuli in eadem explicata, ad Grammaticos confugit, & inde subsidia petit, ad causæ suæ Theologicae confirmationem: apparet id ex desperatione de causæ probatione fieri, & sic rem ad Triarios rediisse. Et, vt ille dixit.

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

Sed veniam Iesuita meretur. Cum enim D. Petrus Latinorum Romæ Episcopus primus fuerit, & singuli credantur Apostoli consulisse sententias, quasi Symbola sua, ad fidei articulos duodecim: Vnde & Symbolum Apostolorum dicitur. Hunc fortè igitur articulum D. Petrus, credo Ecclesiam sanctam, Symbolo inseruit, eumque ex Cicerone elegantius (vt suis seruiret hominibus) quàm secundum Hebraisimum barbarè exprimere maluit. Sed de hoc satis.

Et quidem quòd ad vocabuli sanctum, significationem, non nego, in hac à profanis vsurpari authoribus; sed num eandem in Scriptura sacra significationem habeat; In primis verò in hoc Symboli articulo

articulo, Credo Ecclesiam sanctam, id est firmam, stabilem, & hanc eius esse sanctitatem, quam hic credamus, & profiteamur, vehementer dubito: hacq; in parte Apostolū Thomā supero. Ideoq; nō credam, donec ex Scriptura sacra mihi demonstrauerit. Cum verō Aduersarius, nullum inde producat testimonium: magis in dubitatione mea confirmor. Non enim his neglectis, ad Grammaticorum castra se contulisset.

Cæterum quod ad rem, nempe de Ecclesie firmitate, stabilitate, quod euerri non possit, in hoc consentimus. Est enim fundata supra petram, quæ est Christus, & ita firmiter, vt portæ inferorum aduersus eam non præualeant.

Sed hæc de vera Electorum tantum, vt rectè hic Iesuita fatetur, dicta sunt, & accipienda. Hæc autem, sicut etiam sanctitas ipsorum, est inuisibilis. De hac enim sonat Arciculus hic Symboli: Credo Ecclesiam sanctam. Credo, non video. Fides enim est non apparentium, Heb. 11. Et nouit Dominus, qui sunt eius. Cum igitur & prædestinatorum, siue Electorum Ecclesia sit inuisibilis, & Sanctitas quoq; de qua Symbolum loquitur, secundum Scripturam sacram, intrinsecum bonum, nec in cuiusquam fronte scripta sit: sequitur, sanctitatem non esse visibilem, neq; visibile signum, siue notam Ecclesie Christi: quæ habet signaculum hoc, iuxta Apostolum: Nouit Dominus qui sunt eius.

Nihil ergo probauit Iesuita, cum suo Prisciano, quem in suam scholam relegamus, vt Grammaticam doceat. Nos verò in schola Theologica, cum Scriptura sacra loquamur, & discamus linguam Spiritus sancti, qui doctor est Ecclesie, ab eodemq; significationes vocabulorum genuinas, qui peculiarem, & propriam habet Grammaticam, & vocabulorum significationes diuersas interdum a Prisciano.

Sic enim Paulus, imò Spiritus sanctus per Paulum Epexegeti quadam enarrat vocabulū, sanctum: Deus nos elegit in Christo, ante mundi constitutionem, vt essemus Sancti, & immaculati &c. Et in eadem: Christus dilexit Ecclesiam suam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem rugam aut maculam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata.

De qua eius sanctitate, & Augustinus: Est enim & sancta Ecclesia Domino Iesu Christo, in occulto vxor. Occultè quippè, atq; intus in abscondito secreto spirituali, Anima inhæret verbo

August. contra
Faulst. Man. lib.
22. cap. 38.

Refutatio defensionis

Dei, ut sint duo in carne vna.

Hæc sanctitas est Ecclesiæ, quam tui vides, Argo es Iesuita oculator, & Lynceo perspicacior, adeoq; plus quam diuinus homo καπετο γυώσις.

Quanta autem Romanæ tuæ Ecclesiæ, Iesufæe, sit sanctitas, & firmitas, cui portæ inferorum non præualeant, vel domina Iohanna Papissa 8. eius nominis, docet, quæ a suo quodam familiari Cardinali compressa, in processione quadam ad Lateranensem Ecclesiam solenni cleri & populi, doloribus partus oppressa, inter Colosseum, & Clementis fanum, puerum ex fornicatione conceptum, in media Roma, platea, & via publica, peperit, anno Domini 857, ibiq; ex partu obiit. De qua Mantuanus vester, inferos describens,

*Hic pendebat adhuc sexum mentita virilem,
Fœmina, cui triplici phrygiam diademate mitram
Extollebat apex, & pontificalis adulter.*

87. 88. Dixerat Iesuita disputationis suæ assertionem 9. Quod etiam soli Ecclesiæ Romanæ conueniat hæc sanctitatis nota, manifeste conuincunt infinita, stupendaq; miracula, quibus eam solus Christus per Apostolos, Apostolicosq; & sublequentes homines sanctos, inchoauit, confirmauit, & sanctificauit.

Ego verò nunquam hætenus audieram, miracula esse donum Spiritus S. sanctificans. Quod, ut hic quoq; volens, nolens fateri cogitur, in pseudoprophetas cadant. Sed ne nunc quidem a me quoq; admonitus, & me negante, miracula sanctitatis notam esse, probare id potest. Sed tantum crassum, & blasphemum errorem hoc loco commississe me dicit, cum aio, miracula minime esse sanctitatis notam, nec solius Ecclesiæ Christi esse propria. Quod hoc ipso verbo, Ecclesiam Christi dissipem, Euangelium Christi in dubium vocem, adeoq; Christum ipsum dissoluere moliar.

Bona verba, quæso. Nego consequentiam. Non enim quia nego, miracula sanctitatis notam esse, aut Ecclesiæ propria, mox ideo Ecclesiam Christi dissipem, Euangelium Christi in dubium voco, aut Christum dissoluere molior. Sed tantum tuas falsas hypotheses nego, quas tu probare non potes. Sicut etiam male colligis: Christus, inquit, opera, quæ mihi dedit Pater, ut faciam, testimonium perhibent de me, quia pater misit me, si ergo, inquit Iesuita

Iesuita, testimonium opera perhibent de Christo, quod a Patre sit missus; cur eadem opera de Ecclesia, quod sit Christi sponsa, testimonium non perhibebunt? Respondeo, Etsi opera fecerit, quæ nullus vnquam in populo ædedit: tamen non sola illa probabant ipsum esse Messiam: sed alia multa concurrebant, nempe omnia, quæ de ipso Prophetæ prædixerant: circumstantiæ matris virginis, locus, & tempus, & modus natiuitatis, doctrina ipsa, mortis genus, resurrectio, Euangelij diuulgatio, ad quæ & miracula accedebant, &c.

Nec ipsemet ad sola opera, & miracula prouocat, quibus solus se Messiam esse probet: sed hoc dicit: Si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis, quia pater in me est, & ego in patre: quo ipso vult sibi, & propter se credi: quia veritas. Sic responderet discipulis, Iohannis 1. quærentibus num ipse esset Messias promissus: & non tantum dicit, renunciate Iohanni quæ vidistis: sed dicit, quæ audiistis, & vidistis, ac inter cætera, Pauperes Euangelizantur. Et hæc singularia, & personalia fuere in Christo, de quo in specie sunt prædicta. Finis itaq; miraculorum est, vt sint testimonia doctrinæ, & probent vocatorem. Sicut Moses ornatur, & instruitur dono ædendorum miraculorum: Vt credant, inquit Dominus, quod apparuerit tibi Dominus Deus Patrum tuorum, Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Iacob. Non dicit Dominus: Signa & miracula quæ æditurus es coram populo, nota erunt Sanctitatis; nota erunt, quod sis Ecclesia Dei. Moses enim non erat ipsa Ecclesia Dei, sed membrum Ecclesiæ, quæ erat populus Israël in Aegypto, seruitute tristissima oppressus, ad cuius liberationem Moses mittebatur.

Exodi. 4.

Sic Christus, cum ablegat suos Apostolos in vniuersum terrarum orbem, itidem illos instruit, & ornat dono ædendorum miraculorum, inquit: Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, &c. Addit ibidem Euangelista: Illi autem profecti, prædicauerunt vbicq; Domino cooperante, & sermonem eorum confirmante, sequentibus signis.

Marc. vii.

Non ergo nota sunt Sanctitatis Ecclesiæ, signa & miracula: sed ad confirmandam doctrinam adduntur, & æduntur. Nusquam dicit Scriptura, signa notam esse Sanctitatis (sicut nec quenquam sanctificans signa) alias enim sequeretur, illos qui

Refutatio defensionis

qui miracula operari non possent, sanctitate, carcere. Sicut certè cõmunis fer'e, & vsitata Papistarum est opinio: quòd Sanctos tantum vocent, Mirabiliarios, qui stupenda faciunt opera, aut peculiarem vitæ rationem instituunt, qua præ cæteris Sancti videntur, & appareant. Aut plerumq; & communiter defunctis, qui in ordinem Sanctorum, à Pontifice, & Calendarium sunt relati, canõnizationem vocant, vocabulum Sanctorum tribuitur. Quæ falsa est vulgi persuasio. Sancti dicuntur, & sunt à Spiritu sancto, quem qui habent in his terris viuentes, etsi miracula, & signa ædere non possint: tamen re vera Sancti sunt. Si quis autem Spiritum Christi non habet, is non est eius. Omnes ergo in Christum verè credentes, sancti sunt, & vnctionem habent à Sancto, siue iam opera miraculosa faciant, siue non faciant.

Matth. 7.

Ibidem 24.

Miracula autem non esse notam Sanctitatis, Christus quoq; docet, inquit: Multi dicent mihi in illo die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo daemonia eiecimus: & in nomine tuo virtutes multas ædidimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, discedite à me omnes, qui operamini iniquitatẽ. Sic idem inquit: Surgent pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri posset, etiam Electi. Sic Bileam, Saul, & Caiphaz prophetauerunt, & tamen fuerunt impij. Iudas Ischariotes ædidit miracula, & tamen fuit impius. Miracula igitur nec sanctificant, nec signum aut nota sunt Sanctitatis. Nec ergo crassum, nec blasphemum commisi errorem, negans miracula esse notam Sanctitatis.

Hic silentio prætereundum non est, iniuria ne dicam, an mendacium, quod mihi impingit Iesuita, cum me velle, asseuerat, quòd quiuis alius, eadem opera, eodemq; modo facere possit, quæ, & quo modo fecit Christus. Quæ mihi, ne quidem per somnium in mentem venerunt. Nec iota vllum de his extat in his duabus meis propositionibus, quibus de miraculis agitur, quas res futandas suscepit.

Deinde quòd addidi, miracula non esse solius Ecclesiæ Christi propria: verum est. Quia non solum in Ecclesiæ vera, à viujs eius membris illa fiunt, sed etiam ab ijs, qui tantum in externo, & visibili coetu membra sunt mortua (quæ aduersarijs placet, vos care fideles, in peccatis mortalibus existentes: oppositum scilicet in adiecto, habentes fidem mortuam, hoc est, notitiam historics seu dæmonum fidem, quos tamen nemo vnquam fideles vocauit) pseu-

uit) pseu-

ut) pseudopropheticis scilicet. Quin etiam extra Ecclesiam fieri certum est, quod in sequenti propositione vltro concedit aduersarius. Ergo miracula non sunt solius Ecclesie Christi signa propria.

Quod vero addit, in veteri Testamento, miracula veritati testimonium adeo perhibebant, vt ipsius Dei iussu, verus ille Prophetas iudicaretur, qui Prophetiam suam miraculo confirmaret; id quomodo probet non video. Et annotat quidem in margine Scripturæ sacre testimonia, Exod. 14. Deut. 18. & 1. Reg. 12. Sed non recitat. Nec video, quid duo loca Exod. 14. & 1. Reg. 12. ad institutum faciant. Respiciete autem videtur ad locum Deut. 18. in fine: vbi Dominus per Moysen loquitur populo. Quod si tacita cogitatione respondens: quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? Hoc habebis signum: Quod in nomine Domini Propheta ille dixerit, & non euenit: hæc Dominus non est loquutus, sed per tumorem animi sui confixit. Quo in loco equidem Dominus non iubet Prophetam verum, ex solius euentus prædictione agnosci, sed falsum: cum euentus non responderet. Verum intelligo aduersarium à contrario hinc argumentari, hoc modo. Si falsus est Propheta, cuius prædictioni non responderet euentus. Ergo verus est, quando euenit id, quod prædixit ille. Nego Consequentiam. Quia euentus solus non est sufficiens argumentum veritatis illius vaticinij, sicut nec miracula: Cum Sathan vtraque, Deo permittente, per sua organa possit præstare, & efficere. Hinc est, quod idem Dominus prohibet Deut. 13. ne euentui etiam credatur: Cum inquit, surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium se vidisse dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenit, quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruamus eis. Non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, &c. Quam belle ergo Iesuita mirabilarius probauit, Deum solis miraculis credendum præcepisse in veteri Testamento?

Sed quo loco, heus Iesuita, miracula Papistica habes, hoc est (vt intelligas quid velim, & nomen Papistica, ne opus sit diuinare) ea quæ hæctenus per aliquot secula facta sunt ad statuas & reliquias, quas vocatis sanctorum, vbi signa dicuntur ædidisse, D. virgo Maria, & alij Diui, vnde concursus ad illorum statuas. Hinc vota, hinc 14. opitulatores, quos absentes multi terra, marique in omnibus necessitatibus inuocauerunt.

Refutatio defensionis

Miror hic te strenuum adeo superstitionum Pontificiarum patronum, mutum adeo fuisse: cum tamen non obscurum sit, quid
velitis & sentiat. Et recte quidem dicis: cum veritas & Ecclesia
Catholica, iam olim per Dei Miracula semel approbata, constituta
& confirmata fuerit: satis superque prævenerunt, ne quid sub
specie miraculi, contra veritatem Catholicam, iam receptam, &
constabilitam, deinceps admittamus. Si modo etiam recte intel-
ligas.

Metuo enim, imo non dubito, diuersimode nos duos, hæc, quæ
modo à te dicta sunt, intelligere.

Ego ita accipio tua verba, doctrinam Apostolicam à Christo
traditam, & postea per Apostolos de Christo vnico nostro media-
tore & intercessore apud Deum, propagatam in toto orbe terra-
rum, Miraculisque per eosdem satis superque, vt iam hic superius
est dictum, confirmatam, semel & approbatam, Veritatem esse
Catholicam, siue totius Ecclesiæ.

Contra hanc ergo doctrinam, nulla, quantumuis multa, magna
& stupenda Miracula, admittenda. Hoc planè certissimum est, &
verissimum.

Quòd si tu aliud sentis, vel intelligis, per hæc verba, male facis,
quia nec Catholicum, nec verum, nec Ecclesiæ Christi veræ, sed fal-
sæ hoc est.

Hinc ergo sequitur, etiamsi fiant Miracula ad reliquias Sancto-
rum, siue D. virginis Mariæ (quæ tamen à vobis corpore suo in
cælum assumpta creditur) siue aliorum quorumcunque Diuorum,
qui invocantur: Non à Deo fieri, sed neque à Sanctis: verum à fal-
sacibus Diabolis, siue iam verasint, siue mendacia signa.

Deut. 13. Ratio hæc est, quam Dominus ipse assignat per Moysen fidelis-
simum suum seruum in omni domo sua. Quia etiamsi fiant talia &
ædantur signa: tamen quia abducunt ab vno solo vero & in vera-
bo ipsius agnito Deo, ad Deos alienos, quos ignoramus ex verbo
eius, vt illis seruiamus: Ideo, inquit, non audies verba Prophetæ
illius, aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, vt
palam fiat, vtrum diligatis eum, in toto corde vestro, & tota ani-
ma vestra, an non. Quare addit, Dominum Deum vestrum seque-
mini, & ipsum timete, mandata illius custodite & audite vocem
eius, ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis.

Ios. vii. Hoc nos cum pio & sancto Iosua faciemus, quibus Domino
Deo nostro adhæerere bonum est: & ponere in eum spem & om-
nia

mem fiduciam nostram cum sancto Davide. Cum tantummodo in ipso auxilium nostrum, *Osæ 13.* qui se solum vult inuocari, ad se nos confugere, à se solo liberationem peti, non à mortuis quibuscunque tandem. Sin autem malum vobis videtur Pontificijs, huic soli secundum præscriptum verbi ipsius seruire, eumque solum inuocare: Nec placet vobis abhæcere DEOS, quibus vos & patres vestri seruiuistis: optio vobis datur, eligere hodie, quod placet, cui seruire potissimum debeatis, vtrum Dñs innumeris, quos hæctenus coluistis & inuocastis, An verò Domino DEO nostro soli, eumque solum in nomine Domini nostri Iesu CHRISTI inuocare, qui est DEVS benedictus in secula, Amen.

Pertinaciter negat aduersarius Satanam, Pseudopphetas, ANTI CHRISTVM & Hæreticos, vera posse signa, & miracula ædere: sed tantum fallacia & mendacia, quibus nulla res subsit vera, sed præstigias esse meras & ludibria. Et si autem videatur res non tantæ esse momenti, de qua cum homine contentioso sit digladiandum: Quid enim maximopere referre videtur, num verè ista fiant, nec ne? Tamen si quis perpendat serio, quid sibi velit, & quorsum per istos cuniculos quasi tendat Aduersarius, videbit non esse otiosam disquisitionem. Hoc enim agit Iesuita, vt si probet, Satanam eiusque organa, Hæreticos, Pseudopphetas, & ANTI CHRISTVM, non posse vera facere Miracula, sed tantum apparentia: hinc inferat, Papatum, quia vera faciat Miracula, non falsam ANTI CHRISTI (quo nomine à nobis Rei aguntur) sed veram CHRISTI esse Ecclesiã, non Pseudopphetas, sed veros Prophetas & Doctores agnoscendos & sequendos.

Certum autem est, Pseudopphetas, vera posse ædere signa, idque ex verbo DEI, siue Scriptura sacra manifestissimum est, confirmante Domino & dicente: Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium se vidisse dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit, quod locutus est, &c. Affirmat itaque Deus ipse, vera esse signa, quæ facere possunt Pseudopphetæ. Sic CHRISTVS quoque inquit: Surgent Pseudochristi (& sic ANTI CHRISTI) & Pseudopphetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri posset, etiam electi. Ex quibus verbis apparet, vera esse signa.

89.90.

Deut. 18.

Matth. 24.

Refutatio defensionis

Nec tam hoc agit Deus, vt sui inter signa fallacia & vera curio-
se discernere discant, quàm vt finem, ad quem tendunt Miracula,
attentè secum perpendant, & examinent. Quæ siue verè fiant, siue
falsi offeri putentur: fallacia nihilominus & mendacia sunt & dicuntur
Miracula & signa ea omnia, quæcunque à vero Deo agnito in
verbo ipsius abducunt: & cum hoc pugnantia docent, à quibus-
cunque tandem illa fiant, siue in Ecclesia, siue extra illam, hæc om-
nia Diabolica censenda sunt, iuxta illam DEI admonitionem
Deut. 13.

Fallacia igitur dicuntur, non ideo tantum, quod ementita sint, &
non verè fiant: sed etiam propter finem, ad quem tendunt, nem-
pe, quod ad mendacium inducant.

Quemadmodum Chrysolostomus interpretatur verba Aposto-
li, in omni potentia & signis, & prodigijs mendacibus: Ita in-
quiens: Prædixit, ne seducerentur, qui tum victuri erant (aduenien-
te Antichristo) hoc est, omnem ostentabit potentiam: sed nihil veri
(non dicit, non vera futura signa) verum omnia ad seductio-
nem, & prodigijs mendacij: AVT EMENTITIS, ET LV-
DIFICANTIBVS, AVT AD MENDACIVM INDVCEN-
TIBVS.

Nota, In signè pro-
phetiam Chryso-
stomi de Antichri-
sto Romano.

Chrysolostomus
in Epistolam ad
Theff. 2. Homil.

4.

Donatio Constan-
tini, secundum
vos, sed vnde-
cun-
que habeat, aut ac-
ceperit: Dominus
certè est Papa ves-
ter, Romæ & vi-
cinorum regno-
rum, quæ ad Impe-
rium Romanum
pertinuerunt olim.

Et vt videatis Pontificij Romani, quem Antichristum futu-
rum, & vbi regnaturus sit, intellexerit Chrysolostomus, non pi-
gebit adscribere ex eadem Homilia, eius verba, & interpreta-
tionem: Quid ergo est, quod detinet ad reuelandum ipsum (An-
tichristum) hoc est, quid prohibet, ne reueletur? Alij quidem di-
cunt, Spiritus esse gratiam: Alij verò, Romanum Imperium,
quibus ego potissimum astipulor, &c. Ita sanè & hic dicit, tan-
tum qui tenet in præsentia, donec e medio fiat. Hoc est, quando
e medio sublatum fuerit Romanum Imperium, tunc veniet ille,
& non abs re. Donec enim Imperij illius timor fuerit, nemo An-
tichristo statim subdetur: quando verò istud destructum fuerit
Imperium, vacantem Imperij principatum inuadet, & tentabit ad
se rapere, & hominum & Dei imperium. Quemadmodum enim
regna illa destructa sunt, quæ ante Romanum fuerunt Imperium,
&c. Ita & regnum Romanorum ab Antichristo, & ille à Chris-
to, & postea non amplius obtinebit. Et ista nobis Daniel cum
magna claritate tradit: Et tunc, inquit, reuelabitur ille iniquus.
Et quid post ista? Propè tum aderit consolatio.

Quod igitur

Quod igitur Iesuita dicit hoc loco, fallacia hinc facile cognosci, quod contra fidem & Ecclesiam catholicam fiant: Ambiguum hoc est, Quod ipse de Iua, hoc est Pontificia Romana fide & Ecclesia intelligat. Quæ certè non fides, sed opinio & dubitatio est. Quia fundamento, hoc est, verbo Dei, ex quo fides oritur Rom. 10. destituitur. Sic nec catholica, sed cacolyca est Ecclesia. Quod hætenus multis, copiosè & manifestè demonstrauimus. Cæterum si de veritate, quæ ex verbo Dei nascitur: & Ecclesia Christi, vocem eius & verbum audiente & sequente, accipiat: verissimum est, omnia signa, prodigia & Miracula, quæcunq; contra verbum Dei, fidem, & Ecclesiam Christi, vt nos ab illis abducant, fiunt, mendacia esse, & diabolica. Talia autem omnia esse pronunciamus, quæcunq; nos ad Sanctorum Inuocatiorem inuitant & adducunt. Qualia sunt, vestra, vestraq; Ecclesie omnia hodierna, & ante hæc tempora, seculis aliquot in hunc finem facta, regnante Antichristo Romano in Ecclesia Dei. Quod hætenus probatum est.

Quod verò ad signa & Miracula Gentilium extra Ecclesiam attingit: idem planè sentio, Diabolica nempe esse, & ad eundem finem, quo Papiistica fiunt, videlicet, Idolomaniam augendam & confirmandam, ædita, quod prolixè multis probare possem exemplis: sed vno contentus ero, quod exat apud Liuium, rerum à Romanis gestarum Scriptorem. Vbi Iupiter per somnium visus est T. Latino dicere: Nisi magnificè instaurantur Ludi magni, periculum vrbi fore: iret ea Cols. nunciaret. Quod cum ille neglexisset, magno illi ea cunctatio stetit, filium namq; intra paucos dies amisit, cuius repentinæ cladis, ne causa dubia esset, ægro animi, eadem illa in somnis obuersata species, visa est rogare, latinam magnam spretii numinis haberet mercedem: maiorem instare, vt eat propere, ac nunciet Cols. Cunctantem porro, ingens vis morbi adorta est, debilitate subita, tum enim uerò Deorum ira admonuit, amicorumq; consensu, in forum ad Consules lectica defertur. Qui cum patribus rem omnem, prout erat gesta, enarrasset, **ECCĒ ALIUD MIRACVLVM**, qui captus omnibus membris delatus in curiam esset, eum functum officio, pedibus suis domum rediisse, memoriæ traditum est: Iudi quoq; amplissimi vt fierent, Senatus decernit. Hætenus Liuius.

Ex quibus vtrunq; apparet. Et vera hæc, non mendacia facta esse apud Ethnicos Miracula. Ex cunctatione enim illa, & filius verè mortuus est, Ipse verò captus membris omnibus, postquam

Refutatio defensionis

legatione sua functus esset, vsus membrorum illi est restitutus. Et Diabolica ista Miracula, ad eundem finem collimasse, vt Idololatria apud Senatum, Populumq; Romanum confirmaretur, Ludis magnis, siue festis instauratis magnificentissimè. An non hæc eadem & his similia, eodemq; plane sine, nempe vt Idolomania confirmaretur, acciderunt in Papatu Miracula: Hinc concursus ad statuas, ad sacella Diuorum, Hinc eorum inuocatio, Hinc festa illorum, quos sibi ieiunijs, precibus, donarijs, & alijs reddidere propitios & placatos.

Et quod antea ab initio contra meas 87. 88. crassum & blasphemum errore à me commissum dixerat, quòd posuissem, Miracula non esse Ecclesiæ Christi propria, quòd etiam Gentiles extra Ecclesiam, qui vera Dei agnitione caruerunt, Miracula stupenda fecerint: negauit Iesuita, vera esse, & fieri apud Gentiles Miracula: sed Diabolo adscripsit omnia. Iam sibi met contradicens, Dei prouidentia facta esse, asserit, vnde Gentiles aliquam veri Dei, sicut & prouidentia diuinæ cognitionem haurire, inquit, potuerint, atq; vt assuescerent in periculis & calamitatibus suis verum Deum inuocare, mirum non est, si Deus talia apud eos opera nonnunquã sit operatus, &c. Hæc quomodo conciliare possit, aut velit, ipse viderit. Nobis satis est, probasse, q; verè facta sint apud Gentiles, veri Dei ignaros, Miracula vera, Ideoq; non esse Ecclesiæ propria, eamq; ob causam, nec notam esse Ecclesiæ, multò minus Sæcristatis.

Postremò, quòd addit, Christum ipsummet Ecclesiam suam per Miracula, quæ ppter infideles fiant, vt Apostolus dicat, inchoasse, agnoscimus verba Apostoli. Christum verò inchoasse legimus Ecclesiam suam apud Iudæos & Gentes, doctrina & Ministerio Apostolorum, siue verbi sui prædicatione, quã postea Miracula sint subsequuta. Cum enim præmitteret præconẽ suum Baptistam, vt sibi viam præpararet, & Nouum inchoaret testamentum, ac conuerteret corda Patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum: vocem clamantem se esse ait, & dicentem, Pœnitentiam agite, appropinquauit regnum coelorum: in medio vestrum est, quem vos ignoratis: Ecce hic est Agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi. Nec vllum operatus est miraculum.

Christus ipsemet Matth. 4. & Marci 1. scribitur coepisse publicè regnũ suum prædicatione verbi sui, dicens: Impletum est tempus, & appropinquauit regnũ celoꝝ: pœnitentiã agite, & credite Euangeliõ. Mar. vltimo habetur in fine, q; Christus emisit Apostolos suos, hac data instructione: Ite in orbẽ vniuersum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Et postea addit; Signa autem eos, qui crediderint,

etiderint, hæc sequentur. Et in conclusione, effectus instructionis. Illi autem profecti, prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem eorum confirmante, sequentibus signis.

Itu nunc ergo Iesuita, & corrige Christum, & eius Euangelistã Marcum, & inuertere ordinem, ac dic, Ite in orbem vniuersum, facite Miracula, & postea prædicate Euangelium, Item corrige verba: Sermonẽ eorũ confirmate sequentib; dicasq; precedentibus, signis,

Et supra in 88. 89. Et in hac 91. dixi, Miracula esse doctrinæ testimoniã. Doctrina itaq; quæ Miraculis confirmatur, initio examinanda est: quæ si cum scriptura S. consentiat, diuina esse Miracula, sentiendum est: si verò ab ea dissentiant, Diabolo adscribenda esse, dubium nõ est. Talia igitur esse Pontificiorũ, iam aliquot seculis, ad statuas & Inuocationem Sanctorũ facta, pronunciamus. Quia inuocationẽ mortuorum hominũ, cum tota sacra Scriptura Veteris & Noui testamẽti, in qua ne iota quidẽ, aut apex vnus habetur (Eccio etiã, Ecclesie Põrificie columna, attestare) pugnantẽ, planeq; Idololatricã, confirmauerunt. Quare libenter hæc vobis Iesuitis, cũ vestra Romana Antichristiana Ecclesia relinquimus. Sicut Apost. 2. Thess. 2 per Spiritũ S. prædixit Antichristi aduentum, secundum operationẽ Satanz: In omni virtute, signis & pdigijs mendacibus, & omni seductione iniquitatis futurum, eo quod dilectam veritatem non receperitis, vt salui fiatis. Ideo immisit vobis Deus operationẽ erroris, vt credatis mendacio, omnes qui non creditis veritati, &c.

Quod ad Narrationẽ Staphyli de Luthero attinet, q; personam quandã obsessam demonio, liberare voluerit, malẽq; illi successisse, 22 Apostate turpissimo, socio tuo, fides habenda non est. Qui cũ Deo 22 fidẽ datã nõ seruauerit, sed violauerit, eãq; abnegauerit turpissimẽ: 22 quam fidẽ in ceteris mereatur, omnes intelligunt, Cũ præfertim de hoc hominũ genere dicatur: Omnis Apostata, maximus est persecutor sui ordinis. Ideo fingere nihil erubuit in odiũ personæ. Nouimus Lutherum nihil tale appetuisse, sicut nec apparitiones, quod sæpẽ ex ipso audiuius. Et quid mirum, hoc Staphylum finxisse, Cũ tu aperte & petulanter calumniari me, meãq; verba, non verearis?

Respondi ego ppositione 84. de variata, quã nobis obiicitur, cõfessione nostra, sicut verba ppositionis habent, & dico, Quod verò nobis obiicit varietatẽ, &c. Varietas apud nos nõ est: sed eandem, quã ab initio, & ante años 44. toti Imperio Romano publicè nostri Principes obtulerunt: Imò omnium primam, quã ex scriptura S. hausimus, nusquam ab ea desectentes, retinemus, ac profitemur: Iam in 91. dico, Nos non nouũ, nec aliud genus doctrinæ afferre,

quã

Refutatio defensionis

quàm omnium primum & antiquissimum Patriarcharum & Prophetarum. At quid hic bonus scilicet vir, Iesuita? Sed quid est hoc, inquit, quod ait aduersarius, se non aliud doctrinæ genus afferre, quàm omnium primum & antiquissimum Patriarcharum & Prophetarum? &c. Quomodo non erubescit, illud hic asserere, quod nec modo probat, nec vnquam probare poterit? Quomodo tam repente præcedentis assertionis immemor & oblitus est? Nonne paulo antè manifestis verbis protestatus, & in hæc verba locutus est? Apud nos non est, inquit, varietas, sed eandem, quam ab initio, & ante 44. annos toti imperio Romano nostri Principes obtulerunt, Imo omnium primam, quæ ex sacra scriptura hausimus, nusquam desectentes, retinemus ac profitemur. Et addit, Non igitur est, quod aduersarius nunc ad omnium primum & antiquissimum doctrinæ genus confugiat: quando superius, ac verè quidem dixit, se suosq; complices retinere, ac profiteri si dem eandem, nec ab ea desectentes, quæ videlicet ab initio ante 44. annos toti Imperio Romano fuit oblata. Hactenus ille.

Quid est Calumnia, si hæc non est? Quid est malicia, quid cæcitas, si hæc non est Iebusæi illius, hostis veritatis, candoris & sinceritatis? Quod nam hoc est, plusquam Diabolicum calumniandi studiū? Quæ enim, non dico contrarietas, sed diuersitas est, in his meis duabus propositionibus? An non in vtracq; penè eadem verba habentur de antiquitate nostræ doctrinæ? Nam & in 84. dico, eam OMNIUM PRIMAM, quam ex sacra scriptura hausimus. In 91. dico. Nos non nouum, nec aliud doctrinæ genus afferre, quàm OMNIUM PRIMUM & antiquissimum, Patriarcharum & Prophetarum. An non vtrobiq; hîdem planè vocabulis, doctrinam nostram, OMNIUM PRIMAM, appello? Quid igitur hoc est Iebusæe? Quomodo non erubescis tu? Quomodo tam cæcus es? Et quis demon tibi oculos fascinauit, & prestinxit, vt non videas, vtrobiq; eadem verba? An verò hoc tibi dolet, quod voco omnium primam nostram doctrinam, & eandem cum Patriarcharum & Prophetarum? Quod vero dicis me nec modo pbare hoc, nec probare vnquam posse? Verè hoc dico, quantum satis est probaui supra, Et si non instituti ratio prohiberet, probarem iam prolixius. Vt tamen videas, quod nostræ sit fidei & doctrinæ fundamentum, & quis cum illis, quorum secl mentionem, consensus: Aliud non credimus, nec sentimus, quàm quod Adam & Eua, & sequentes Patriarchæ, de semine Mulieris promisso, quod contritum erat Caput serpentis. Nec tecum, nec cum

nec cum tua Ecclesia Romana Cacolyca sentimus, quæ hanc illu-
 stem, & omnium primam Euangelij concionem (ex qua salutem
 petiuerunt omnes Patriarchæ) corruptis Biblijs (qua in parte de-
 teriores estis Iudæis, qui ad superstitionem vsque recinent textum
 Biblicum, vno dempto loco) deprauauit, eamque ad Diuam vir-
 ginem Mariam, sicut totum Psalterium, non absque grandi sacrile-
 gio & blasphemia, vim Grammaticæ etiam facientes, transtulisti,
 cum à Iohanne Apostolo totidem penè verbis sit reddita: In hoc 1. Iohan. 5.
 Inquiens, apparuit filius Deus, vt destruat opera Diaboli, Non di-
 cit, Maria virgo destruxit opera Diaboli, vel, ipsa caput serpentis
 contriuit.

Hæc eadem promissio repetita est ad Abraham, dicente Domi-
 no: In semine tuo (qui est Christus, Galat. 3.) benedicentur omnes Gen. 12.
 gentes, & familiæ terræ. Cui promissioni Abraham credidit, & Ibidem 15.
 reputata est illi iustitia. Hæc fides fuit Patriarcharum. Hæc do-
 ctrina, fides & religio omnium Prophetarum, qui Christo testi-
 monium omnes perhibent, remissionem peccatorum accipere, per Actor. 10.
 nomen eius, omnes qui credunt in eum. Hæc omnium prima Pa-
 triarcharum & Prophetarum fuit doctrina: hæc eadem prorsus &
 non alia, nostra quoque doctrina est. Hoc exempli tantum causa repe-
 tere volui, quod maxime controuertatur hic Articulus. Idem de
 reliquis probare promptum erat: sed in præsentia opus non est.

An vero hoc calumniaris, quod dixi, & omnium primam esse
 nostram doctrinam, & initio ante annos 44. nostram Confessio-
 nem esse toti Imperio Romano oblatam? Ergone, ideo non com-
 plectitur hæc confessio nostra primum illud doctrinæ genus, quia
 demum ante 44. annos est conscripta & oblata? Quæ hæc sit con-
 sequentia, non video. Non magis enim hinc illud sequitur: quàm
 hoc: Symbolum Nicænum demum post annos à Christo nato 325.
 est conscriptum. Igitur noua est fides, quæ coepit demum à Chri-
 sto nato 325. anno. Ac tum demum, filius Dei coepit credi con-
 substantialis patri, quia tum, secundum Iesuitas scilicet, primum
 hoc decretum est ab Ecclesia factum. Væ igitur tibi Iesu Christe,
 æternæ Dei fili, qui ab æterno, à patre coæterno genitus, crederis à
 nobis in te creditibus. Væ inquam tibi, atuis locijs Iesu. Nam
 si in illorum venires potestatem, aut disputandum tibi foret cum
 illis, quemadmodum Tubingensi, in ordinem tuam æternam diui-
 nitatem redacturi essent. Obenè igitur & præclare à te factum, quod
 te ab illorum subduxeris societate. Nec te illis committas, aut con-
 eredas, qui optimè scis, quid sit in homine. Quemadmodum enim
 ab officio tuo te illi deposuerunt, ac degradauerunt, ne solus &

Refutatio defensionis

vnus sis peccatorum expiator: sed in locum tuum collocauerunt opella sua bona (si quæ tamen habent) ita in ordinem te reliquorum vulgariū Diuorum erant collocaturi.

Vides quorsum præcipitem te ferat, plusquam Diabolicum tuum calumniandi studium, Iesuita: indignus certe, cui respondeatur. Sed ne videaris tibi sapere in malitia, omnino respondendū duxi, & vt alij hoc hominum genus cognoscere discant, & sciant cum Diabolis sibi negotium esse, quodocumq; cum eiusmodi monstris congregiuntur.

Hinc etiam apparet pessimam aduersarium fouere causam, quod anxie ad eò, nulla etiam sibi data occasione, quæritet, veneret, & capret calumniandi occasiones. Et quis porrò Iesuitæ in alijs fidem habebit, cum in tā manifestis & apertis calumnijs sit deprehensus?

Porrò quod D. Augustini locum pro se de Miraculis recitat, necessaria quidem fuisse Miracula, priusquam crederet Mundus: Eum autem, qui adhuc prodigia, vt credat, inquirat, magnum esse ipsum prodigium, qui Mundo credente, non credat: pro nobis contra Iesuitam, facit. Hoc enim ipsum est, quod dicimus, hodie nobis Miraculis opus non esse, cum doctrina, quam profiteamur, noua non sit, nec alia à Prophetarum & Apostolorum, quæ Miraculis in toto Mundo satis superque sit confirmata, quod iam probauimus. Ideoq; Pontificios ipsos magnum esse prodigium, quod huic doctrinæ Miraculis iam antea confirmatæ, non credant. Et Miraculis Pontificijs, hodie nihil nec opus esse, nec cuiusquam esse valoris, Apostolica Euangelij prædicatione confirmata, & iam ante satis sit Miraculis diuinis comprobata. Et hinc sequitur etiam, euidenterq; apparet, Papistarum nouum esse doctrinæ genus, aliud, & diuersum ab Apostolorum doctrina, quibus Sanctorum inuocatio, Purgatorium animarum, & Missa Pontificia fuerit incognita.

Quod autem Patres, sua ætate ædita Miracula commendant, faciebant ista adhuc ad confirmationem Apostolicæ doctrinæ de Christo, quem Martyres, Stephanus, & alij, & cœlestem, diuinis patefactam doctrinam & religionem, confessierant. Sed nondum passim agnita aut recepta à gentibus Idololatriæ. Nequaquam verò ad Sanctorum inuocationem stabilendam. Sicut nec Helisæi ossa, mortuum in vitam reuocauerunt: sed omnipotentia diuina id factum est: ad confirmationem Propheticæ doctrinæ de vero Deo Israël. Nequaquam verò ad ipsius Inuocationem.

Augustinus de ciuitate Dei lib. 22. cap. 10.

Sicut Augustinus mentionem quidem fieri in coenæ Dominicæ celebratione, Martyrum dicit: sed tamen eos non à Sacerdote inuocari dicit, quod hodie Papistæ faciunt, & in suo Missæ sacrificio & alibi

alibi. Vnde apparet non eandem fuisse, vt nos loquimur, tempore Augustini, Missam cum Papistarum. August. de ciuitate Dei lib. 22. cap. 8.

Nam quod ad Miracula, quæ D. August. in Affrica contigisse scribit varia: non faciebant, vt hic Iesuita ait, ad Papisticam Romanæ Ecclesiæ, quam hodie profitentur doctrinam, religionem, ac Idololatriam, confirmandam, quæ tùm nondum nata erant, sed propter dictam causam.

Et valde modestè de illis loquitur & propemodùm dubitanter præfatur. Nam plerunq; inquit etiam ibi (vbi scilicet ea fiunt) paucissimi sciunt, ignorantib; cæteris, maximè si magna sit ciuitas: Et quando alibi, alijsq; narrantur, non tanta ea comendat autoritas, vt sine difficultate, vel dubitatione credantur, quamuis Christianis fidelibus à fidelibus indicentur: plurimas etiam piorum precibus contingere miraculosas liberationes, ibidem testatur. Item per Sacramenta.

Sed hæc hactenus de Miraculis, quæ nec sanctitatis notam esse contra aduersarium probauimus, cum & operarij iniquitatis & Pseudo prophetæ ea faciant, teste Christo: nec Ecclesiæ veræ propria, cum & extra Ecclesiam, & apud gentiles & à dæmonijs & Magis fieri possint. Quod ex Lilio probauimus, & D. August. consentiat, demones & magos Domino permittente, Miracula facere asserens. Et Magos per priuatos contractus Miracula facere testetur. Ita vt aduersarius, ne quidem Prisciani adminiculo propositum suum probare potuerit, sanctitatem scilicet notam esse externam, qua Ecclesia vera à falsa agnosci possit.

Augustinus lib. 21. de ciuit. Dei cap. 8. Id. lib. 83. Quæst.

Quod Deus bene vertat, ad aliam Ecclesiæ notam, secundùm Pontificios, CATHOLICAM scilicet accedimus, vbi me initio aduersarius flagellat, quod non satis copiosè vocabulum id interpretatus fuerim: sed tantum ad doctrinam Propheticam & Apostolicam de Christo restrinxerim, cum vniuersalem doctrinam & totum Symbolum complectatur, quod fuisset recitandum, vt ipse facit.

92. 93. 94.

Quasi verò non hoc ipsum complectatur vnicū vel christi vocabulū: Qui scopus est totius sacræ S. sicut in precedente propositione ex Petro audiuius, qui summatim complectens scripta Prophetarum omnium, dicit, Christo omnes illos testimonium perhibere, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in illum. Nec tamen vno verbo, originem huius vocabuli Catholicon, à me recitatum, attingit, vedum vt tanquam falsam referre conetur. Sed quia suo instituto, minimè quadrare videt, ideo hoc præterito, alias ipse subiicit.

Act. 10.

Deinde probat, nemine contradicente, ex Lyrinensi, qui ait: Hoc est verè proprièq; catholicum, quod vbique, quod semper, quod

Refutatio defensionis

ab omnibus creditum est, quæ locorum vniuersitatem, antiquitatem temporum, & nationum consensionem requirat.

Rom. 10.

Non contradicimus, siquidem ad veram Dei Ecclesiam referat, Catholicon id esse, quod in tota vera Dei Ecclesia, semper ab initio à Patriarchis, Prophetis & Apostolis, iuxtaq; illorum doctrinam, ab omnibus pijs creditum est. Ad hoc autem scripta illorum requiruntur, vt ea credantur, quæ in eis continentur. Fides enim est ex auditu. Auditus per verbum Dei. Ergo quod extra verbum Dei creditur, non fides est, sed opinio. Tam angustis verò circumferibi terminis fidem Catholicam Antagonista meus ferre nullo modo potest. Ideo addit, sunt insuper alia plura creditu & obseruata ad salutem necessaria, & inter hæc numerat, Sacrificium Missæ, Purgatorium, Inuocationem Sanctorum, & similia, & addit (vt rem serio agi intelligas, optime lector, ne putes eum de culina sua, suorumq; non esse sollicitum, aut frigidè scribere) Non ergo debet hæc aduersarius excludere vel omittere, quæ necessario ad vniuersalem Prophetarum & Apostolorum doctrinam spectant. Quæcunq; habeat tuum corpus, vir Catholicissime, pro bona informatione. Hoc enim antea non credebam: sed ne nunc quidem persuaderi mihi patior, Sacrificium Missæ Pontificiæ, ad doctrinam Propheticam & Apostolicam pertinere, cuius supra contrarium ex fide dignis Autoribus comprobauit, quibusq; Authoribus accepta sit referenda, declarauit. Sic neque Purgatorium: nisi Platonem & Virgilium, Prophetas & Apostolos nominare velis. Hi enim auctores sunt huius figmenti: quod ignorare non potes, cum te virum doctum, in lectione illorum versatum arbitrer. De inuocatione Sanctorum tædet me toties verba facere, & temporis male perditæ poenitet, cum crassissimus sit error Pontificiæ Ecclesiæ, plusquam Ethnica, mortuorum hominum inuocatio Idololatrica, & nihilominus Ecclesiæ Catholicæ pro articulo fidei credenda, quasi ad salutem necessaria, ab hoc hominum maleficatorum genere obrutur. Quibus sanæ suæ fidei articulis Pontificiæ vera Christi Ecclesiæ, & scriptis Prophetis ac Apostolicis, eorumq; vero ac genuino sensu alienos se, adeoq; hostes esse iuratos, manifeste producit.

Secundo, ait, dici Ecclesiam Catholicam, ratione promulgationis doctrinæ, quod eius prædicatio per orbem vniuersum sit facta. Talem autem esse Romanam, non nostram, quæ demum ante annos 440. coeperit. Nolo hic odiose, cum homine contentionis magis, quam veritatis studioso, qui multas fingit eiusdem vocabuli significaciones, quod supra vidimus in dictione, Sanctus, de varijs vocabull Catholicon significationibus certare, quod Grammaticorū est. Sed
de re

de re ipsa agere. Et primum ad calumniam hanc præcedenti propositione respondi.

Quod ad doctrinam eiusque propagationem: Respondeo cum distinctione, doctrinæ Propheticæ, Apostolicæ & Pontificiæ. Quod enim ad hanc attinet, nota est Ecclesiæ Pontificiæ, quod videlicet eam amplectantur, qui Romanum Antichristum pro suo capite agnoscunt, decreta ipsius exosculentur. Sicut Mahometicæ dicuntur, quicunque Alcoranum agnoscunt. Qui profectio latius multo patent, quam regnum pontificium. Et hac ratione Catholici dici possunt, si Catholicum dicitur respectu prædicationis eiusdem doctrinæ, Catholicum autem in Ecclesia Christiana, ab Apostolico separari non potest, nisi commune hoc esse concedere velis Ecclesiæ cum Turcismo, vel Alcorano: vnde in Symbolo Constantinopolitano, non frustra additum est: Et vnâ sanctam catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Quomodo igitur Catholicum in hac significatione sumptum, nota erit manifesta Ecclesiæ.

Quod si ad doctrinam Propheticam tantum, & Apostolicam, eiusque non solum promulgationem primam, sed etiam fidelem conseruationem, Catholicam referas: Verbum Euangelij, tempore Apostoli Pauli, syncerè fuisse prædicatum & sparsum passim, Col. 1. in vniuersoque orbe tum fructicasse, & creuisse fideliter, ab ipso edocti, scimus. Nunc verò proh dolor, potissima pars orbis amisso illo, prorsus est a Christi agnitione & Ecclesia aliena. Catholica Euangelij prædicatione, ad valde exiguum coetum est redacta. Quin etiam, vbi adhuc Bibliorum textus retinetur, vt apud vos Pontificios: bone Deus, quàm misere, quàm turpiter est ille transformatus, & corruptus?

Præterea ea, quæ reliqua sunt, vobis, vt hic dixisti, non sufficiunt: sed plura alia insuper ad salutem necessaria, credenda sunt, vt pote Missæ vestræ, verè propiciatorium sacrificium pro peccatis viuorum & mortuorum, Purgatorium, Inuocatio mortuorum hominum innumerorum Idololatrica turpissima ac impiissima, & horum similes quàm plurimi vestræ Ecclesiæ & fidelium Articuli, superstitiones, errores. Sicut & de capite vestro, quem vniuersalem vocatis Episcopum, Pontificem vel Pastorem vniuersalis vel Catholicæ Ecclesiæ.

Hic verò non semper, nec ab omnibus pro tali est prædicatus, promulgatus, aut agnitus, vel creditus. Ergò non catholicus. Cum catholicum definias Lyrinensis, vt iam dixisti: quod semper, vbique & ab omnibus est creditum. Gregorius enim Magnus, & ipse Episcopus Romanæ olim Ecclesiæ, dicit, in istud scelestum

Greg. Mag. lib. 4.
Epist. 83. & lib. 7.
Epist. 194.

Refutatio defensionis

vocabulum (VNIVERSALIS EPISCOPVS) consentire, nihil aliud esse, quàm fidem perdere. Vos ergò pontificij omnes, secundum Gregorium vestrum Magnum: tantum abest, vt sitis Catholici, vt etiam fidem perdideritis. Et iterum: Vniuersalis Episcopus, superbum, prophanum, friuolum & stultum vocabulum nominat. Item Antichristi esse præcursores. Sic nec Missa vestra, quod probauimus, semper fuit, nec inuocatio mortuorū, nec purgatorium, nec alij fidei vestræ articuli semper, vbiq; & ab omnib; sunt crediti. Sic nec Festū corporis Christi, quod maxima, vt noxum est, pompa celebratur, annos post Christi natiuitatem 1364. demum institutum est, cuidam foeminae Euxæ in terra Leodiensi, ante Pontificatum Pontifici Urbano 4. familiariter notæ, facta reuelatione, & pro eiusdem institutione sollicitè instanti. Bn tibi Catholicā tuam Ecclesiam, tuū Pontificem, quem iam siue vniuersalem siue Catholicum appelles, iuxta refert, cum idem vtrunq; significet, scelestum esse, fidem perdidisse, Antichristi esse præcursores. Ex quibus liquet, nec hac significatione, accepto vocabulo, Catholica, eam ad vos pertinere (etiamsi tempore Pauli fides Romanorum fuerit prædicata in vniuerso mundo) Idq; propter promulgatæ huius doctrinæ diuersitatem & contrarietatem, cum vestra ferè per omnia, sicut supra 81. de monstrauit.

” Tertiò, Catholicam dici Ecclesiam, idè asserit, quod ad vniuersas nationes, & omnia loca pertineat. Talem autem esse suam, hoc est, Romanam, idq; ex Augustino probare cupit, qui de Romana loquatur Ecclesia, dicens: Hæc verò nostra Ecclesia, toto orbe est diffusa, à solis ortu, vsq; ad occasum, vnius fidei splendore diffunditur.

” Et quidem quod ad significationem, non reprehendo, vniuersalem siue catholicam Ecclesiam, dicto modo accipi. Sed præstigiatorè mirum hic vide, & falsarium, Augustini testimonio callide abutentem. Hic enim, quæ ille de vniuersali Ecclesia toto orbe, ab ortu ad occasum dispersa, loquitur: ad suam Romanam, qualis est hodie, & quæ tum olim pars tantum illius erat: Iam verò profusa etiā ab illa, quæ tum erat, mutata, refert. Quasi verò tum Romana Ecclesia vniuersalis fuerit Christi Ecclesia? Hoc certè ne tū quidem per sebrim quis somniare ausus fuisset. An tum agnoscebatur Ecclesia Romana, ab orientali, pro vniuersali? Quid igitur orientalis? An verò tum Africana Ecclesia, Romanam agnoscebat p vniuersali? Nihil minus. Cum enim, quod supra quocq; ostensum est Romani pontifices, tres ordine, potestatem suam dilatare per ambitionem

ambicionem cuperent, & ab Affricanis Ecclesiis peterent, concedi transmarinis prouocationes ad Romanam sedem; non sine contumelia dimissi sunt legati pontificij, & ne redirent, nec illi alios preterea mitterent, cum stomacho illis est responsum.

An non insuper, si Romana Ecclesia se vniuersalem Christi Ecclesiam vocasset, ab Affricana, sicut pars Donati (quæ sibi soli nomen Ecclesiæ vendicare volebat) hæreseos fuisset damnata? An non in Concilio Nicæno prouinciæ sunt diuisæ per quatuor Patriarchatus, qui pari honoris priuilegio & consortio ornabantur? Quorum vnus fuit Romanus, sed non summus, quemadmodum & Constantinopolitanus, Alexandrinus & Hierosolymitanus. Quid igitur tibi in mentem venit, vt Augustini verba peruerteres, & ea, quæ ipse de vniuersali Ecclesia, per totum orbem terrarum à Solis ortu, vsq; ad occasum diffusa, dixit, quasi de Romana dicta tu detorqueas? An vnquã, vel etiam num hodie, licet in tristissima seruitute, & barbarie Turcica versetur orientalis siue Græca Ecclesia, agnoscit Romanam pro vniuersali? Nequaquam verò.

Sed postremo, quod nos, quos propter paucitatem tu Iebusæ, quodq; angustis quibusdã Germaniæ angulis, vt loqueris, coarctata sit & conclusa, contemnis: scire te velim, Ecclesiam nec multitudine, nec paucitate, æstimandam: In omni enim gente, qui timeat Deum & agnoscit verè, operaturq; Iustitiam, acceptus est illi: Non est enim respectus personarum apud Deum, teste Apostolo Petro, Nec nos deterret paucitas, sicut vos instat multitudo, cum sciamus Christum dixisse, Nolite timere pusille grex, quoniã placuit patri vestro dare vobis regnum. Tibi autem dico Iesuita, si non amplexus fueris cum tuis, quam nos profitemur doctrinam, cum ingenti tua pontificia turba, lata gradieris via ad exitium sempiternum, vbi erit ploratus & stridor dentium, & vniuersalis ac Catholicis damnatorum interitus, etiamsi nunc fortè suauiter rideas omnes minas, fretus & inflatus multitudine errantium, quæ non parit errori patrocinium.

Acto. 10.

In huius propositionis vexatione, tria agit aduersarius. Primum, qui verè proprieq; Catholici sint, nempe, qui retinent ac profitentur ea fidei dogmata, quæ semper, vbicq; & ab omnibus Christi fidelibus credita, seruataq; fuerunt & vsque creduntur. Respondeo, Consentio. Sed hac ratione Papisæ cum sua Ecclesia, Catholici minimè sunt. Nam vt de ijs tantum dicam, quorù aduersarius in præcedenti propositione mentionem fecit, dicens: ad salutem

95.
cc
cc
cc

Refutatio defensionis

ad salutem creditu & obseruatu necessaria esse, Missæ sacrificium pro uiuis & defunctis, Purgatorium & Sanctorū inuocationem. Hæc tria certè, adeo non semper, ubiq; & ab omnibus Christi fidelibus credita & seruata sunt, vt non modo in Ecclesia Veteris testamenti (quæ etiam ad catholicam pertinet Ecclesiam) & sic fere quatuor millibus annorum à mundo condito, quibus semper durauit Ecclesia, & ciuitas Dei (inde enim deducit eam D. Augustinus, & ad sua usq; tempora continuat, vnam & eandem docens esse Ecclesiam Dei in Veteri & Nouo testamento, cōtinua successione serie) nulla harū rerū, quas catholicæ suæ Ecclesiæ adscribit Iesuita, mentio vnquam facta fuerit, & sic prorsus illi incognita. Sed ne quidem in Nouo testamento, & Ecclesia Apostolica & primitiua fuerint vsitata, adeo, vt huic planè aduerlentur, & e diametro cum hac pugnent.

Qua fronte igitur Iesuita, Catholicæ esse Ecclesiæ dogmata, scribere audeat? Qua fronte etiam sibi, suæ societati, & Romanæ Ecclesiæ, nomen hoc augustissimum, Catholicæ vindicare audeat? cum dogmata & articulos fidei ad salutem creditu necessarios profiteatur, amplectatur & credat, non solum Veteris testamenti, sed etiam Noui, Apostolorum, & primitiue Ecclesiæ prorsus incognitos? Hæc cennæ fidei illa dogmata sunt catholica, quæ ubiq; semper & ab omnibus Christi fidelibus, credita seruataq; fueret. In malam itaq; rem cum isthac tua catholica, Iesuitæ,

1. Timoth 6., Secundum est, quod ex Apostolo monet, depositum custodiendū, & profanas vocū nouitates deuitandas. Respondeo: Subscribimus libenter, Quod nā verò illud depositū: Num Missæ sacrificium, Purgatorium & Sanctorum inuocatio? Nihil minùs, sed vt non malè Erasmus in suis Annotationibus interpretatur: **QUOD TIBI COMMISSVM EST**: Sentit autem hanc doctrinam, quam illi, & initio commendarat. Et ita exponunt Græca scholia. Hactenus Erasmus. Anne igitur Apostolus docuerat Timotheum de Missæ sacrificio, Purgatorio, Inuocatione sanctorum? Nihil minùs. De his impietatibus ne gry quidem in omnibus eius Epistolis.

Profanæ vocum nouitates.

Quod ad profanas vocum nouitates: idem Erasmus, non de nouandis verbis, inquit, sed agit de superuacaneis disputationibus. Anne verò non hic Disputationes Matæologorum scholasticorum cauendas esse monet & prohibet? Certè si Erasmus audimus in suis super eiusdem Epistolæ cap. 1. Annotationibus, super verbo, In vaniloquium *ματαιολογίαν*, prolixè pluribus exemplis,

exemplis, ex libris scholasticorum Theolog. excerptis, friuolas nugas, & quæstiunculas eorum egregiè exagitat, in hæc verba scribens. Quid autem nunc loquar de quæstiunculis, non solum superuacaneis, sed penè dixerim impijs, quas mouemus de potestate Dei, de potestate Rom. Pont. An Deus possit quoduis malum, etiam odium sui præcipere; & omne bonum prohibere, etiam amorem & cultum sui? An possit actu infinitum secundum omnem dimensionem producere? An possit ex facto facere insectum, ac per hoc ex meretrice facere virginem? An quælibet persona diuina, possit quamlibet naturam assumere, quomodo verbi humanam assumpsit? An hæc propositio, Deus est scarabeus, aut cucurbita, tam possibilis sit, quam hæc, Deus est homo? An Deus aliquo ab ipso distincto, sit vnus? An personæ diuinæ, vero numero dicantur tres? An hæc propositio sit possibilis, pater Deus, odit filium Deum? An anima Christi potuerit falli, an fallere, an mentiri? Iam verò de Romani Pontificis potestate, penè negotiosius disputatur, quàm de potestate Dei, dum quærimus de dupli- cipi illius potestate, & An possit abrogare, quod scriptis Apostolicis decretum est? An possit aliquid statuere, quod pugnat cum doctrina Evangelica? An possit nouum articulum condere in dei Symbolo? Vtrum maiorem habeat potestatem, quàm Petrus, an parem? An possit præcipere Angelis? An possit vniuersum Purgatorium, quod vocant, tollere? Vtrum simplex homo sit, an quasi Deus? An participet vtramque naturam cum Christo? An clementior sit quàm fuerit Christus, cum is non legatur quemquam a Purgatorij poenis reuocasse. An solus non possit errare? Sexcenta id genus disputantur, magnis æditis voluminibus, idque a magnis Theologis, præsertim professione religionis insignibus, &c. Et tamen huiusmodi quæstiunculis serio occupantur Theologorum scholæ. Tot iam annis cauillamur in scholis, quibus verbis sit loquendum de Christo. Talem opinor fuisse Philosophiam Pythagoræ. Atqui talia fermè sunt, quæ traduntur ab his, qui se iactant scientia subtilis Theologiæ: qui etiam si vera prædicarent, tamen ea explicant verbis, non modo sordidis, sed adèò obscuris, & inuolutis, vt tanti non sit discere. Quod genus sunt, cum disputatur de quatuor instantibus naturæ. Item cum disserunt, quod persona non dicit relationem originis, nec communem, sed duplicem negationem communicabilitatis in genere, non extra genus: Et connotat aliquid positium, & est nomen primæ intentionis, non secundæ. Item cum aiunt, personas in diuinis esse

Hoc seduld date operam: & omnia vobis salua erunt, Mirum si non inuenierit Iesuita coram, quo hæc pingat & excuset. Straal / Schwesfel / Bedy / Hellisch feur. Teuffel vnd sein Mäctter.

Refutatio defensionis

in se inuicem per circuminceptionem. Circuminceptionem uero uocem nouam, nouè definiunt. Circuminceptio inquit, est subsistentis, & in subsistenterè aliter distincto, mutua præfentialitas assistentia in eadem essentia. Hactenus Erasmus.

Pauca hæc ex multis excribere uolui, ut uideat Iesuita, qui nam illi sint Mæxæologi, qui profanas uocum nouitates, contra antiquam & Catholicam Scripturæ sacrosanctæ normam ac regulam sanorum uerborum, inuexerunt.

- 23 Tertium est, quod scribit Iesuita. Porrò nec dissimulandum est,
23 quod ait aduersarius, doctrinam Propheticam & Apostolicam de
Asser. 12. Christo semper in Ecclesia filij Dei sonuisse. Si uerum est hoc, si-
23 cut est uerissimum: Ergo supra falsum dixit, Ecclesiam non semper
23 fuisse sequutam uerbi diuini lucernam, sed eam interdum amisisse,
23 & errasse, & in tenebris ambulasse.

Nec hoc dissimulas Iebusæe, te calumniatorem esse maximum, qui iam aliquoties odiose & calumniose, sed mutilatam hanc mihi obijcis propositionem, de qua etiam supra me respondere memini. Nusquam dixi, prorsus aliquando amissam esse doctrinam Apostolicam & Propheticam: sed hæc uerba sunt meæ propositionis: Quia uero hanc lucernam non semper sequitur, sed interdum amittit, ideo BATENVS interdum errat, & in tenebris ambulat: & quid uelim, immediatè sequentia, subdistinctione tantum interposita, declarant, cum explicationis causa additum est: & alio tempore magis floret, & claret lux doctrinæ cœlestis, alio minus. Aliud esse sonare doctrinam Propheticam & Apostolicam, aliud eam sequi, nemo est qui ignoret, præter Iesuitam fortè Grætzensem, qui id se ignorare dissimulat, & uerum esse, quod dixi & subieci, alio tempore doctrinam illorum magis, alio minus clarere & florere, historiæ omnium temporum comprobant.

Temporibus Hebræis, pretiosus uel rarus erat sermo Domini, & uisio non erat manifesta. Samuel autem illustrauit Ecclesiam sua prædicatione. Postea temporibus Saul non admodum curauerunt, aut requisierunt arcam Domini: cum tamen semper haberent libros Moysi. Dauid autem restaurauit religionem propemodum collapsam sub Saule. Postea sua negligentia Sacerdotes, quibus custodia legis erat demandata, & depositum asseruandum, omnino amiserunt Librum legis, qui diu latuit, donec temporibus Iosifæ pijsimi

custodes de-
positi.

a. Para. 34.

pñssimi regis repertus esset. Helias se solum relictum putat. Itas
 as dicit de speculatoribus populi Iudaici, omnes esse cæcos. Quæ
 tenebræ fuerunt in populo DEI tempore aduentus CHRISTI?
 Ioannes Euangelista dicit: Et lux in tenebris lucet, & tenebræ
 lumen non apprehenderunt, sed dilexerunt homines tenebras ma-
 gis, quàm lucem. Et quid est, quod CHRISTVS de horrens-
 dis tenebris in Ecclesia sequuturis, & Paulus de temporibus pe-
 riculosissimis vaticinantur? Certè Apostolorum temporibus, & pro-
 ximorum successorum, magna fuit lux doctrinæ cœlestis: pos-
 stea paulatim cœpit deficere, inualescentibus Papiisticis tenebris,
 quibus penè tota est obscurata. Donec, quod te Iesuita pessimè
 habet, verissimum autem esse omnes pñ gratis animis agnoscunt,
 superioribus annis restituta est & reparata ingenti DEI benefi-
 cio, ministerio Lutheri. Sed hoc est, quod in Ecclesia Roma-
 na scilicet omnia lucent, & clarent, nulli errores, tenebræ multæ.
 Væ vobis Scribæ & Pharisei, qui dicitis malum bonum, & te-
 nebras lucem, qui quæritis, nunquid & nos cæci sumus? Quia Iohan. 9.
 bus rectè IESVS respondit: si cæci essetis, non haberetis pec-
 carum, nunc verò dicitis, quia videmus, & peccatum vestrum
 manet.

96.

Vocabulum, Catholicon, dixi, quòd vniuersaliter significet, si
 generaliter accipiant, pro eo, quod semper & vbiq; & ab omnibus
 hominibus creditum & obseruatum est, hoc est, pro eo, quod vsita-
 tissimum fuit omnibus temporibus: Iam hinc à mundo condito,
 nihil magis fuisse Catholicum, vniuersalius & Generalius, quàm
 peccare, Idolomania studere, rapere, furari, occidere, adulterari,
 & alia scelera designare. Hic, Bone Deus, quis vnquam insulsius
 & absurdus locutus est Tubingense? Hæc mea verba quibus ille
 excepit scommatis? Hic se inuenisse arbitratur, quod iustè exagi-
 ter, & parum abest, quin exclamet: Blasphemauit, quid adhuc ege-
 mus testibus? Sed si male locutus sum, testimonium perhibe de
 malo. Si autem benè, quid me cædis? Male vero me non locu-
 tum, hinc apparet, quia dixi vocabulum, Catholicon, vniuersaliter
 significare: quod verum est. Quod si, inquam, Generaliter accipi-
 ant, pro eo, quod semper & vbiq; & ab omnibus credatur & ob-
 seruetur, hoc est, pro eo, quod semper hinc à mundo vsitatissimum
 fuit: nihil fuisse vniuersalius & generalius, quàm peccare. Hoc
 quoque verissimum esse nemo sanus negabit. Quid igitur peccaui
 miser tantopere? Nihil certè admodum, nisi quòd non pro aduersa
 rij arbitrio

Refutatio defensionis

rii arbitrio, vocabulo catholicon, in quo præcipua victoriæ spes illi consistit, quodq; principale est causæ ipsius fundamentum, vt or: sed abusus videor illi. Verum vt eum mihi iratum non nihil placem, nullam habet iustam contra me causam tantoperè irascendi, quod per iocum, vt ipse quoque fatetur, addiderim, si generaliter accipiant illud. Quod verò negat Idololatriæ id attribui posse: quod non eadem Idolomania vel superstitionis species apud omnes passim infideles fuerit, sed libinde mutetur, ac nouam inducat formam. Non tantum Ethnicis, sed etiam Ecclesiæ Pontificiæ in hoc patrocinator, in qua quorannis fere, à singulis certè Pontificibus cultui aliquid est additum, cum persuasissimum haberent, summam suam esse, & DEO parem (quod ex præcedentis propositionis defensione, Iudice Erasmo, audiuius) hac in parte potestatem.

Concl. Trident.
Sess. 6. cap. 15.

Quod verò absurdum dicit esse iocum, dici catholicos peccatores Idololatrias: nec hoc quidem, quàm absurdum sit, video: præsertim apud Papistas, quorum absurditatem rideo, qui sacratissimi Concilij Tridentini decreto fanciuerunt: Fideles vocari fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes, qui lethalia committunt peccata, &c. si fideles, quidni & catholici?

Porro quod Lutheri, Philippi Melanthonis, & Smidelini conuersiones, de Euangelicorum vilitate virijs, & corruptis moribus obijcit: Rectè illi reprehendunt vulgi peccata, quod Euangelium non æquè apud omnes fructū faciat. Sed quid tum postea? An ne ideò tu doctrinam non esse veram inferes? Sed hac ratione, nec vestra vllam merebitur commendationem, & quidem multò minus, quàm nostra. Prostibula & lupanaria apud vos publice multis in locis extant & fouentur. Vestris etiam, qui alijs vitæ sanctimonia vitæ honestate, morumque integritate, præluere debebant, impune scortari & adulterari, aliaque id genus turpissima exercere licet. Quin etiam Tridenti cum essemus in Concilio, anno, &c. 52. ex Argentinensis Episcopi D. Erasmi, Magistro equitum, qui tum vna cum suo Episcopo Roma redierat, audiuius, bona fide nobis recitante, quod Romæ essent vltra 24. millia scortorū publicorum, quæ proportionem mercedis meretriciæ, menstruum soluerent Romano Pontifici censum, Qui questus esset vberimus. An ne hic potius Sodomorum Præfectus, quàm Catholici Ecclesiæ vniuersalis Pastor dicendus?

Præfectus

Præterea delecti ipsi Cardinales, in suo consilio de emendanda Ecclesia dicunt, In hac etiam vrbe Meretrices, vt matronæ incedunt, seu mula vehuntur, quas consecretantur de mediâ die, Nobiles familiares Cardinalium, Clericiq;. Ita vt non sit, quod hac in parte nos accusetis, qui non probamus, sed arguimus seuerissimè. Nec pudet nos, æquo Iudice, iudicium vobiscum subire, vt cognoscatur de bonis operibus, & vitijs vtriusq; partis.

Sed vt dicere cœperam, iustam hinc non habes causam Iesuita, damnandi nostram doctrinam, ni malis Christum ipsum hoc nomine cum sua doctrina damnare, de qua in parabola loquitur, quod apud paucos fructum faciat, non vicio doctrinæ, doctorum, sed culpa auditorum. An verò non hæc eadem Apostolo, illi organo electo acciderunt, vt ludos nescio quos inde facerent auditores, & non sicut blasphemamus, & sicut quidam aiunt nos dicere: Faciamus mala, vt eueniant bona. Item: Peccabimus ergo, vt gratia abundet: Item: Edamus & bibamus, cras moriemur.

Rom. 3.
1. Cor. 15.

Quod ioco antea a me propositum fuisse rectè dixerat, id iam 97. feri sibi flagellandum suscipit, & maximam esse absurditatem fingit, quod dixerim, vocabulum catholicon, si generaliter accipiant, ad vitia quoq; & Idololatriam, quod vsitatissima omnibus sint temporibus, accommodari posse. Absurdissimam vocabuli acceptionem, qualis nunquam, ab orbe condito fuerit audita, dicens.

Certè Suidas καθολικὸν reddit per καθόλου, hoc est, vniuersaliter. Et plurimis diuersis rebus applicatur, & tribuitur. Dicitur enim καθολικὸν θεόρημα. Dicuntur & logicè opposita τὰ καθολικά, καὶ τὰ μερικά. Item καθολικοὶ id est generales scilicet procuratores; Et apud Georgium Cedrenum in Chronico, opponitur κατὰ κληρονομίαν καθολικός, qui fuit sub Noah, qui & παγκόσμιος dicitur, τοπικῶς qualis sub Deucalione fuit. Inuitus huc descendo, vt hæc minuta persequar: tamen quia id, quod ioco a me fuerat dictum, ita exagitare visum est Iesuitæ, & hoc sibi palmarium duxit, paucis respondere de vocabulo visum est ex bonis authoribus, qui varijs & diuersis id accommodant. Quid ni ergo etiam peccatis, & sceleribus, inprimis Idololatriæ, quæ non secus ac Diluuium illud καθολικὸν id est vniuersale, mundum inundant,

Refutatio defensionis

Turpe verò mendacium est (sit venia verbo) quod dicit, hoc principale meum esse fundamentum, quo totam hanc meam dissertationem sustentem. Quæ sint fundamenta nostra, hæcenus ex sacra sancta Prophetica & Apost. scriptura satis abunde demonstraui.

Deinde alia duo fingit absurda, vt numerum augeat, ne nihil nungatur. quod asseram, Catholicon non tam ad id, quod vniuersaliter, semper, vbiq; & ab omnibus creditur & obseruatur: quàm ad id, quod pie, recte, & sancte, hoc est, secundum Propheticam & Apostolicam doctrinam creditur & obseruatur, referendū esse. Quid audio Iesuitæ? An tu Catholicon, sine Prophetica & Apostolica defines? Ergo ne quicquid semper, vbiq; & ab omnibus est creditum & obseruatum, Catholicon erit? Certè hoc modo plus, quàm absurdus eris tu, Iesuita, et in reprehensionem cades illam, qua me exagitabas hic paulo antè: nempe, quod cum nihil vtilitatis sit, quàm Impietas, Idolomania, superstitiones, quæ nulli vnquam defuerunt, aut defunt ætati, furari, scortari præsertim sacrificulis, Idolomaniam exercere, quod faciunt iidem: rectè hæc Catholica dicitur, etiam secundum Iesuitæ aduersarium: maxime cum isti (vt plurimum) hæc perpetrent. Vnde etiam rectè Catholici dicentur.

Deinde si Catholicon est propriè secundum istos, quod semper, vbiq; & ab omnibus creditum & obseruatum est. Nomen Catholicorum hac ratione vobis Pontificijs, vestræq; Ecclesie, nequaquam competet. Suprà enim prolixè & ordine, fide dignis testibus comprobauimus, & ad oculum demonstrauius, Missam istam vestram totis quingentis annis a Christi natiuitate non fuisse celebratam. Non ergo Catholica Missa vestra est: Et quia summus cultus apud vos: Catholici non eritis, quia non semper ista est obseruata. Idè de alijs quàm plurimis vestris, ac tota penè religione vestra, probare promptum esset, de purgatorio nempe vestro, & Inuocatione Sanctorum, ordinibus Monasticis, festo corporis Christi præcipuo, &c. Quæ & alia pleraq; vestra, cum neq; semper, nec vbiq; neq; ab omnibus credita & obseruata sint: qua igitur conscientia Catholicorum nomen vobis vindicare potestis? Ea scilicet, qua pontifex Rom. primatum.

„ Sed nimis hanc nostram esse generalè Catholicici descriptionem ait,
„ qua ad Propheticam & Apostolicam doctrinam alligatur: quod omnes
„ Schwermey sub ea lateant. Respondeo. Atqui hac ratione Impe-

De summa Trinit. ratores, Catholicon, & Catholicos ab initio descriperunt, & ab hæc & fidei Catholica. reticis distinguere voluerunt, vt secundum Apostolicam disciplinam, Euan-
cunctos populos. gelicamq; doctrinam, Patris & filij & Spiritus S. vnam deitatem &c.

credentes,

credentes, Catholicorum nomen amplectantur, reliquos hæreticos, dementes, vefanos, Hæretici dogmatis infamiam sustinere, ac sufficiens esse iudicauerunt discrimen. Sicut in 94. Proposit. Disputationis meæ posueram. Ad quod, nec tunc, nec nunc quicquã aduersarius respondit, sed tantũ Lyrinensem opponit. Quod si pro se faceret lex Imperialis, vix verba reperturus erat (quantũuis alius loquaculus Iesuita) quæ sufficerent ad amplificandam legẽ Imperatorum Christianorum, quæ in toto orbe Christiano, & Ecclesia vniuersali esset agnita & approbata, vt, cum se concilijs modeste subiicere videtur, vel Papæ, diligenter non modo recitat verba, sed ingeminando repetit, & subinde inculcat. Verum quia hæc lege nos damnare non potest, nec à Catholica excludere Ecclesia, idcõ magis mutus est, quam rana seriphia. Attamen origo hæc est, vnde Catholicon exortum est, & vnde & qui Catholici esse & dici debeant, quod dogma Catholicum ex ipsius scripturæ sacræ fontibus est depromptum. Contra hæc, quicquid delires tu, non curamus. Quod si qui ex scriptura sacra, quæ fundamentum est, & lydius lapis omnium doctrinarum, satisfieri sibi non patiuntur; illis certè tu multo minus consuetudine, multitudinẽ & antiquitate, vel etiam Ecclesiæ autoritate fidem facies. Sicut Abraham dicit: Mosen habent & Prophetas, hos audiant, quos si non audierint, nec si quis ex mortuis resurgat, credituri sunt. Sine scriptura enim, inquit Hieron. garrulitas fidẽ non meretur, & Apostolus vult ora Hæreticis scriptura obturari, quam si non audierint, deuitari vult eos post vnã aut alterã admonitionẽ. Nec omnia hic finiuntur certamina: sed sæpè p̃ij numero, multitudinẽ & potentia, vi, persecutione & tyrãide impiorũ aduersariorũ opprimuntur & occiduntur miserè, propter piæ ac sinceræ doctrinæ professionem. Sicut Christus & Apostoli eius à pontificibus, & Sacerdotibus, ordinarijs et legitimis successoribus. Sic vos quoq; Hæreticos, quos sic iudicatis iniquè, Hæreticissimi ipsi, cũ neq; in viam vestram impiam reducere, neq; scripturis conuincere, eis uis satisfacere potestis; ad Deum vestrum Potentissimum Vulcanum prouocatis. Sed ignis non soluit argumenta, quibus ex sola scriptura desumptis, errorum vos & hæresion innumerarum conuincere possumus. Sic alios etiam quoscunq;.

Absurdum quartũ est, quod dixerim, in sacris non multitudinẽ, 33 non consensum populorum, non temporis diuturnitatem, nec 33 consuetudinem habere locũ. Respondeo. Agnosco mea verba. 33 Sed experior verissimum esse quod vulgõ dicitur: Contra Sycophantæ morsum, nihil esse tutum. Hæc enim verba calumniator Iesuita

Refutatio defensionis

Iesuita excerptit e medio propositionis, truncata, omittens immediatè præcedentia, & consequentia: de doctrina Prophetica & Apostolica: &, verum, ac rectum, ex Psalmo, Quæ sunt interpretatio illorum eorum verborum. Nec ita nudè posita sunt, aut intelligenda, sed secundum præcedentia & consequentia, tunc scilicet in sacris nec multitudinem, nec consensum populorum, nec temporis diurnitatem, nec consuetudinem habere locum, quando Scripturæ sacræ testimonio destituantur, aut cum verò & recto pugnent.

Concil Constant
Sess. 13.

Exemplo notissimo declarabo tibi Iebusæe quò respexerim. Cum Patres Conciliabuli Constant; decretum sacrilegum sancirent, de mutilatione cœna Dominicæ, primum farentur, Christum integram, sub duabus speciebus instituisse, atq; Apostolis distribuisse. Similiter in Ecclesia primitiua ita obseruatum. Sed addunt, tamen hoc non obstante, quia consuetudo pro lege sit habenda, idè posthac à Laicis sub vna tãtmodo specie panis suscipiatur. Hanc impiam & sacrilegam esse consuetudinem, etiamsi ingens multitudo eam fuerit amplexa, accesserit populorum consensus, & temporis quantumuis longa diurnitas, assero, affirmo, pronuncio, & magna voce proclamo. Declamites iam tu Iebusæe, quam diu volueris de multitudine, consensu populorum, vnitare, consuetudine, Antiquitate, quod facis multis & copiosis verbis, prorsus non curo. Sed damno hæc, etiamsi omnia vera essent, & concurrerent in hoc proposito exemplo quæ dicis. Quia (repeto vt intelligas, mihi non incogitanti hæc excidisse) contra Christi institutionem & doctrinam Apostolicam, contra verum & rectum essent.

Quod verò fideles multi dicuntur in scriptura. In eadè etiam, pauci electi & saluandi dicuntur: Quorum vtrumq; verum est, diuerso respectu. Multi sunt fideles, in se & per se considerati: Multi, inquit Christus, venient ab oriente, occidente, Aquilone, & Meridie, & recumbent cum Abraham, &c. Sed idem dicit: Multi vocati, PAUCI ELECTI. Item: Spaciofa est & lata via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Item: Pusillus grex dicitur ouium Christi.

Sic etiam de consensu populorum multa dicuntur à Iesuita, Si in bono, vero & recto, nihil iucundius: Si verò in errore, nihil perniciosius. Sed rara est ea foelicitas, qua in bono & recto ingens multitudo consentiat: Nisi, inquit Propheta, Dominus Zebaorth reliquisset

Ibidem 1.

reliquisset nobis semen, sicut Sodomam fuisset, & quasi Gomoræ. *Idem*
 rha limiles essemus. Et iterum: Domine quis credidit auditui no-
 stro? Et brachium Domini cui reuelatum est: Non igitur nec pro-
 pter multitudinem, nec propter consensum, dogma aliquod reci-
 piendum. Sed quia verum & rectum. Tum autem verum & re-
 ctum, quando cum Scriptura Prophetica & Apostolica consen-
 tit.

Hic verò exclamas Iesuita: Quòd si temporis diuturnitas in
 sacris locum non habet, quomodo tuebimur Apostolicas Tradi-
 tiones? Pharisaicum hic mihi audire videor, cum Christo discipulis
 etque eius certantem de Maiorum Traditionibus, cur eas non ob-
 seruent, sed transgrediantur? Quasi verò actum esset de Religione
 Christiana, traditionibus humanis reiectis? *Matth. 19.*

Sed hic Apostolicas vocat, colore quæsito, quo plæraque sua
 omnia, quæ ex Scripturis sacris probare non possunt, vt illis au-
 thoritatem concilient, ad Apostolos auctores reijciunt. Hic præ-
 textus est valde speciosus apud imperitos, easque, Irenæo teste hic
 probare conatur, qui dicit: Quid autem, si neque Apostoli quidem
 Scripturas reliquissent nobis: nonne oportebat ordinem sequi tra-
 ditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Ecclesias?
 cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum, eorum qui
 in Christum credunt, sine caractere, & aramento, scriptam ha-
 bentes per spiritum in cordibus salutem, & veterem traditionem
 diligenter custodientes. Et hæc Iesuita verba Irenæi recita-
 uit. *Iren. lib. 3. cap. 4.*

Sed cur non addidit coherentia, & periodum abruptit? Sic
 enim sequitur: In vnum Deum credentes, fabricatorem cæli &
 terræ, & omnium quæ in eis sunt, per Christum Iesum Dei filium,
 &c. Vbi articulos Symboli Apostolici recitat ordine. Et postea
 addit: Hanc fidem qui sine literis crediderunt, quantum ad ser-
 monem nostrum, Barbari sunt, quantum autem ad sententiam, &
 consuetudinem & conuersationem propter fidem, sapientissimi
 sunt, & placent Deo, conuersantes in omni iustitia, & castitate & sa-
 pientia.

Ex quibus Irenæi verbis a Iesuita omisisis, euidentissimè appa-
 ret, eum per vocabulum traditionis, aliud non nisi doctrinam A-
 postolorum, cuius summa est Symbolo ipsorum compræhensa,
 intelligere. Sicut etiam ex præcedentibus capitibus eiusdem libri
 est manifestum. Quemadmodum etiam hunc librum orditur. Non
 enim per alios dispositionem salutis nostræ cognouimus, quàm *Id. lib. 3. cap. 1.*

Refutatio defensionis

per eos, per quos Euangelium peruenit ad nos, quod quidem tunc præconiauerunt: Postea verò per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ. Unde apparet, inquam, vocabulo traditionis Apostolicæ, non aliud quam doctrinam Apostolorum intellexisse Irenæum, generali & vfitata verbî significatione, tradere, pro docere. Eadem autem docuerunt Apostoli viua voce, & scriptis, non diuersa, multo minus contraria. Iam quid scripserint, DEI beneficio extat. Quæ cum nobis ad salutem sufficere testentur, Iohan. 20. & 2. ad Timoth. 3, non est quod curiosè alia figmenta hominum, sua somnia, titulo & nomine traditionum Apostolicarum nobis obtrudere volentium, scrutemur.

Quod denique Iesuita pro consuetudine ex Tertulliano adfert. Nouimus illum hæc habere. Sed audiat contrà, eundem alibi sic de eadem loquentem. Hoc exigere veritatem, cui nemo præscribere potest, non spacium temporum, non patrociniâ personarum, non priuilegium regionum. Ex his enim ferè consuetudo initium ab aliqua ignorantia, vel simplicitate sortita, in vsum per successionem corroboratur, & ita aduersus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus, veritatem se, non consuetudinem cognominauit. Si semper Christus, & prior omnibus, æque veritas sempiterna, & antiqua res. Viderint ergò quibus nouum est, quod sibi vetus est. Hæresis non tam nouitas, quam veritas reuincit. Quodcunque aduersus veritatem sapit, hoc erit hæresis, etiam vetus consuetudo.

Tertull. de Virgibus velandis.

Nouum Euangelium.

Cyprianus lib. 2. Epist. 3.

Mutilatio cœnæ Dominicæ.

Id. ad Pompeianū p. Epist. Stephani. Id. Epist. ad Quiri. Id. in sententijs Episcoporum. Ignatius Epistola ad Philadelph.

In quam sententiam etiam Cyprianus: Quare si solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciens dum purauerit, sed quid, qui ante omnes est, Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. Et mox. Fas non est infringere, aut in aliud, quam quod diuinitus institutum sit, humana traditione mutare. Idem. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est. Propter quod relicto errore, sequamur veritatem. Quam veritatem nobis Christus ostendens, Ego sum veritas, dixit: Et iterum. Non esse autem de consuetudine præscribendum, sed ratione vincendum, exemplo Petri docet, qui et si prior erat Paulo in Apostolatu, tamen eum audiuit. In Euangelio Dominus: Ego sum, inquit, veritas. Non dixit, ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedit consuetudo veritati. Ignatius. Illis qui antiquitatem obiciunt, ego.

unt, ego dico, quia mihi antiquitas est Iesus Christus, quem nolle
audire, manifestus interitus est.

Postremo quod addit de Romana Ecclesia, adhuc totum quae
si per orbem terrarum, adeo diffusam, ut in Turcarum & Principum
Ehnicorum, vel Schismaticorum regnis, magni sint Patri-
archae, qui hisce temporibus Ecclesiae Romanae subscripserint, qui
nova Lutheranorum dogmata merito reprobent: Antea respon-
di, nec multitudinem nec paucitatem, per se sufficiens esse argu-
mentum, multo vero minus notam Ecclesiae. Nam ubicumque
sunt Deum vere agnoscetes, & pie colentes, etsi locis distent, fi-
dei tamen unitate, & invocationis pietate congregati, veram esse
Ecclesiam, siue pauci illi sint, siue multi, dubium esse debet
nemi. Ita enim fieri plerumque solet, quod mali bonos numero su-
perent. Et quae vera sunt, paucioribus placeant. Et filius ipse Dei
praedixit: Num filius hominis veniens, putas inueniet fidem in
terris?

Et quod ad ingentem hominum & populorum multitudi-
nem, non est quod superbiat Iesuita. Nam hodie Patriarcha Con-
stantinopolitanus Orientalis Ecclesiae, oecumenicum se scribit,
quod eius ad nos ante biennium datae testantur literae, quae nequa-
quam Romano se subicit Pontifici. Sed in Oriente ipse agnoscitur
oecumenicus. Hunc enim Alexandrinus, Hierosolymitanus, An-
tiochenus, Armeniacus, Russiae Patriarchae agnoscunt. Quae di-
uisiones longe latius patent, quam regna omnia, quae Romani Prae-
sulis subdita sunt imperio.

Quae Iesuaeus contra has duas meas assert propositiones, nil
nisi merae sunt calumniae, & mendacia, quae nec bonum virum, nec
causam bonam decet. Ideoque paucis detegemus ea. Initi'o enim
asserit, me concedere verum esse, quod nota Catholici, soli Eccle-
siae Romanae competat. Id tantum a veritate abest, quantum Ie-
suita a viro bono, & veraci. Quo enim verbulo, qua syllaba, imo
qua literula dixi, Notam Catholici, Soli, soli inquam (quod tu Ie-
suae mendacissimè mihi affingis) Romanae competere Ecclesiae.
Si enim hanc solam esse dicerem, reliquas omnes condemnarem. Tan-
tum autem abest, ut Romanam hodie Ecclesiam solam esse dicam
Catholicam, ut eam pro Antichristiana, imo Diaboli Synagoga
agnoscam, vere & ex animo esse sentiam, firmiter credam, et nulla
tenus dubitem. Si vero de temporibus Pauli, & subsequentibus
seculis aliquot loquendum est, dico in 98. propositione, Catholi-

98.99.

Refutatio defensionis

eam eam tenuisse fidem (hæc mea verba sunt) sed minime solam Catholicam esse dixi, dico, aut in æternum dicam, sentiam aut credam. Hac enim ratione damnarem reliquas omnes, quæ tum temporis non minus piæ fuere, & sanctæ Ecclesiæ, sanctificatæ verbo Dei, & Spiritu sancto, quàm Romana olim fuit.

Quod verò addit aduersarius, Romanam Ecclesiam nunquam ne in minimo quidem articulo variatam aut mutatam esse, sed a temporibus Apostolorum, deinceps omnibus seculis, in hæc vsq; tempora nostra, semper eandem, stabilem, firmam, constantem integram & prorsus inuariatam fuisse. Idq; exemplo de sacrificio Missæ confirmare cupit. Hoc dico ingens, tetrum, horrendum esse Iesuitæ mendacium, temerè mentiendi libidine, & decipiendi animo ab ipso confictum. Num temporibus Apostolorum coniugio Episcopis interdicebatur? Contrarium vide 1. ad Timoth. 3. ad Titum 1. An non verò Syricus primus Diabolicæ huius prohibitionis auctor fuit, quem postea sequutus est Hildebrandus? Num tum colla Imperatorum calcauerunt Episcopi Romani? An verò ipsius pedibus se conculcari passii sunt? Et quod ad exemplum de sacrificio Missæ, eius planè contrarium ad oculos ex autoribus Pontificis demonstraui supra 81.

Postremo, quia spiritu mendaciæ correptus Iebusæus, eodem agitur: Ideoq; si quod interdum verum dicit, id ipsum mentitur: Ita hic plurima congerit verissima ex D. Augustino testimonia, quibus S. ille vir, contra Donatistas probat, Ecclesiam Catholicam nunquam defecisse, sed nec aliquando defecturam esse. His, inquit Iesuita, aduersarij errorem egregie confutat. Sed heus tu Iebusæe, vbi nam ego vnquam dixi, scripsi, posui, Ecclesiam Catholicam vnquam defecisse, vel defecturam esse? An quia negaui, nego, Romanam vestram Pontificiam Ecclesiam, esse Dei Sed, defecisse a Christo & verbo eius: Ideo assero Ecclesiam Dei Catholicam in terris defecisse? Quæso te acutissime, quæ hæc est consequentiæ ratio, Lutherani negant Romanam Ecclesiam, quæ hodie est, Ecclesiam esse Catholicam: ergo omnino negant Ecclesiam Catholicam. An non puerilis est error, in Schola triviali virgibus castigandus? Sed in doctore Theologo Catholico, maximi acuminis, & ingenij haud vulgaris, argumentum. Vocant Dialectici fallaciam a dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.

Negat Baptista Phariseos, qui suo tempore inter præcipuos populi Dei habebantur doctores, esse Ecclesiam Dei, & filios Abrahamæ:

brahæ: ſed progenies viperarum vocat, Ergo ne, negauit omnino Eccleſiam Dei: Nequaquam verò, ſed addit: Ne dicatis intra vos, Patrem habemus Abraham. Hæc ſucceſſio erat ordinaria, & propagatio carnalis: Dico enim, inquit, vobis, quoniam Deus poteſt de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraham. Hoc ſibi quoq; in caſu ſimili dictū putent Ieſuitæ, in ſua Eccleſia, ſucceſſione, & neſcio quibus alijs laruiſ eiusdem generis.

Locum ex Hilario de Antichriſto cauendo citauit: vbi aduerſarius quærit, quid hæc contra veram, & catholicam Chriſti Eccleſiam faciant: Reſpondeo, proſuſ nihil. Abſit enim, hanc vt oppugnare cupiamus, iniquiſſime. Sed Romanam ſynagogam, quæ non eſt Chriſti, verum Antichriſti Eccleſia, expugnamus. Eſt autem Hilarius contra Arianos vel Auxentium in ſpecie ſcribat: tamen à ſpecie, quod moris eſt, ad genus deſcendit, ac Antichriſtum in genere cauendū monet. Vt verò eum cauere poſſint, quia non proſtrebitur ſe eſſe Antichriſtum, ſed magna ſpecie ſeularia tectus veniet, ſicut Apoſtolus ipſe dicit: Feſſurum eum in templo Dei, oftendens ſe tanquam ſit Deus, ſicut de Pontifice Romano ei: q; poteſtate, eos diſputare, paulo ante in 95. ex Eraſmo audiuiſmus: vtrum ſimplex homo ſit, an quaſi Deus? An participet vtramq; naturam cum Chriſto: Ideo, inquit, malè Eccleſiā Dei in tectis ædificijs q; veneramini, malè ſub his pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum eſt, in hiſ Antichriſtum eſſe feſſurum? Monet itaq; ſedulo, ne capiamur externis iſtis laruiſ, & pompa. Sicut & ibidē inquit, ſpecioſo nomine pacis, & pulchra opinione vnitatis eos decipere.

Non hæc eo à nobis dicuntur conſilio, ſicut neq; ab Hilario, quod hæc, ſi piè haberi poſſint, repudianda ſint: Sed ne ex hiſ præcipue de Eccleſia Dei iudicium faciendum ſentiamus.

Quod ad Dilemma lebuſæi attinet, & calumnias quas inſpergit, de templis, cur ea quæramus? Reſpondeo. Vt ſit locus aliquis certus, in quo conueniamus ad tractanda ſacra, vt ordine ſiant omnia. Si verò haberi non poſſint commode, vel propter tyrannidem, crudelitatem, & perſequentem Pontificiæ Eccleſiæ, id faciendum, quod temporibus Apoſtolorum, & primitiue Eccleſiæ, vbi in priuatis ædibus, imò etiam in Cryptis, ſpecubus, & vbi cunq; omnino fieri poteſt, conueniendum. Nec dubitandum pijs, Chriſtum iuxta ſuam promiſſionem, in medio illorum futurum, multo magis, quàm in ſumptuoſiſſimis Papiſtarum fanis.

Refutatio defensionis

vbi pleraq; auro & argento, ac similibus ornamentis splendent.
Quod ad rapinas templorum, quas nobis objicit, attinet: Non placent nobis rapinae. Sed vos, qui nomine Catholicorum falso superbitis, sicut meretrices, castae volunt videri virgines, & matronae: Iniustos possessores bonorum Ecclesiasticorum D. Augustinus pronunciat, qui Catholici non sunt. Quod de vobis haecenus probatum est.

De multitudine & paucitate Ecclesiae iterum agit Iesuita contra hanc 101. propos. in qua dixi, Ecclesiam saepe ad ingentem paucitatem esse redactam. Vt temporibus Noe, &c. vbi meus aduersarius statim mihi inuertit verba mea, & deprauat, dicens, tempore Noe vel diluuij. Quasi verò idem sint, tempora Noe, & tempus diluuij. Sed cur id facit? Non temere, sed suo quodam compendio versutus homo, ac si nemo sit, qui dolos ipsius obseruare & animaduerrere possit. Addit enim. Cum octo tantum essent animae, fideles omnes fuerunt, excepto solo Cham. Ecce ergo tibi, vult dicere, ingens multitudo piorum tempore diluuij. Quia inter octo tantum vnus impius Cham.

Ego verò non de anno diluuij dixi, facta mentione Noe: sed temporum Noe, quibus in ingenti ista & innumera hominum multitudine, iam multiplicato humano genere, non nisi octo fuere *Genes. 6.* reperti, quos Deus seruaret, reliquo toto mundo pereunte: Corrupterat enim omnis caro viam suam. Iam vide, vtrum Ecclesia Dei, multi, an verò pauci fuerint: vbi simul lector amicissime, Iesuitam, qui alia mea pleraq; calumniari solet, Falsarium deprehendis.

Sic temporibus Abrahæ dixit, non esse verisimile: omnes tum fuisse Idololatrias. Quia tum recens fuerit Idololatria. Quibus verbis me, cum aliud facere veterator non possit, suspectum reddere conatur, quasi affirmauerim, omnes temporibus Abrahæ fuisse Idololatrias. Quod nunquam mihi in mentem venit. Sed hoc dixi & dico, ad ingentem tum paucitatem redactum vere credentium cœtum. Nam Chamitæ longelateq; grassati, & suam impietatem propagauerunt, & si Beroso fides habetur, publice corrupit mortale genus, semper studens Magiæ, veneficæ, in castis libidinibus. Vnde Chem Esëna, id est, infamis, impudicus, incubus, cognomen est sortitus. Adeo vt Abraham & Thare ex genealogia sanctorum Patriarcharum, Sem & Eber orti, idololatria fuerint infecti. Sicut Dominus testatur: Trans fluiuium habitae

habitauerunt Patres vestri, ab initio Thare pater Abraham, & Nachor, seruiueruntq; dñs alienis.

Quomodo autem Ecclesia sit multi & pauci, supra. 97. ex scriptura S. declarauit. Non negamus Ecclesiam per totum terrarum orbem propagatam & dispersam. Hinc enim etiam dictam Catholicam Augustinus asserit. Nec negamus etiamnum hodiè vera Ecclesie membra, passim in toto orbe dispersa, quæ fidei vnitare in Spiritu S. & vinculo charitatis sit colligata, & congregata. Ideoq; testimonijs cum ex Scriptura S. tum ex Augustino, magno numero collectis, propter nos prorsus opus non erat, qui hæc non solum contra Donatistas, contra quos ille scripsit; sed etiam contra vos eadem firmiter credimus. Vos autem Romanenses, hanc esse Christi Catholicam pernegamus, vt supra probatum est.

Vos verò, vos inquam Papistæ, Ecclesiam iniquissimè tam arctis includitis terminis, ac circumscribitis, non secus ac regnū politicum & mundanum, alligantes ad personam pontificis Rom. quem qui non pro suo capite, eiusq; decreta omnia agnoscat, amplectatur, & exosculetur, Membrum Ecclesie Christi negatis sceleratè, contra omnia a te in medium allata ex scriptura S. & Augustino testimonia.

Quæro enim exte, num Græcos, qui Iurisdictioni Oecumenici Patriarchæ Constantinopolitani subsunt, non agnoscentes pro capite vniuersali Ecclesie Romanum Pontificem, pro Ecclesia Christiana, eiusq; membris agnoscatis nec ne? Hi certè, cum Pontifex vester Ioh. 22. aliquando prolixè ad eos scripsisset, vnicam esse Ecclesiam tantum Christianam, scq; eius esse caput, ac Christi vicarium in terris, ideoq; se agnosceret, & ei se subijcerent. Breuiter illi responderunt: Potentiam tuam summam erga tuos subditos, firmiter credimus, Superbiam tuam summam, tolerare non possumus, Auaritiam tuam maximam, satiare non possumus. Diabolus tecum, quia Dominus nobiscum.

Quod de Hebræis dicit fidelibus per totum serè mundum dispersis, & Scripturam, non paucitatè, sed multitudinem comendare. Respondeo. Verum est, dispersos fuisse Hebræos: sed paucos admodum fuisse fideles, Christus & Apostolus eius testantur. Vg. inquit Christus, vobis Pharisæi, Scribæ & Hypocritæ, qui circueitis mare & aridam, vt faciatis vnum profelytum, & cum Math. 23. fuerit factus, facitis eum filium gehennæ, duplo quàm vos. Et multo.

Refutatio defensionis

Rom. 9. Et multò apertius Paulus statum fidelium Hebræorum suo tempore describit: Non omnes qui ex circumcissione sunt Israel, hi sunt Israelitæ. Neq; qui semen sunt Abraham, omnes filij. Vnde oporat pro illis Anathema esse à Christo. Sed id fieri dicit, quod

Isa. 10. Isaias clamat super Israel: Si fuerit numerus filiorum Israël, sicut arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Quod in Actis Apostolorum est videre: Vbi Iudæi passim, quocunq; locorum peruenit, ei sese opposuerunt, persecuti eum: nec conqueuerunt, donec e medio tolleretur, dicentes non esse fas eum viuere, Ingens igitur his verbis ex Isaiâ desumptis, consolatio pponitur, contra magnū & vsitatum scandalum paucitatis piorum, qui synceram Religionis doctrinam sectantur: quodq; persecutores veræ Ecclesiæ, nō numero solum, sed etiam autoritate, potentia, opibus, sapientia pijs antecellant, sibiq; licet pessimi, tamen Ecclesiæ titulum vendicent. Sed Apostolus ex Propheta docet, plerunq; ita fuisse comparatum, quod maior pars, & potentissima pereat, seruatis tantum miseris reliquis. Vnde & Saluator dicit: Beatus qui in me non fuerit scandalizatus.

102. In hac grauissimè, tanquam corruptor & mutilator, à zeloso & reuerendo patre, scripturæ sacræ amantissimo & studiosissimo, accusor. Quid nam ergo tantum peccaui miser? Quia videlicet locus Scripturæ in Disputatione mea citatus ex Paralip. 25, non hoc capite, sed 15, habeatur. O ingens sacrilegium, O oculatissimum correctorem, dignum qui præficiatur officinæ typographicæ, castigandis erroribus numerorum. Hoccine est acutum videre & depræhendere, ac repræhendere errores Tubingensis illius Doctoris. Sed audi grandiora. Dic, quæ nam illa? Omisit Tubingensis vocabulum (Sacerdotis) cum sic legatur: absq; sacerdote Doctore. Nec absq; consilio, inquit Iesuita, putauit in sacris à Doctoratu, licet contra manifestum Dei verbum, sacerdotium esse separandum, ne videlicet Lutheranos doctores offenderet, qui Sacerdotes non sunt. Grauius autem Deus comminatus est ijs æternum supplicium, qui verbis suis aliquid abstulerint, &c.

Væ misero mihi, quò me vertam nescio: quid dicam? quid faciam? cum scripturam corruperim, vel in meam gratiam, aut aliorum hominum philautiam? An non hoc est, quod Græci dicunt, *κτυμινωσπτεν* id est, cuminum secare? & colare culicem, atq; deglubere camelum? Quod totum Psalterium turpissimè corruperunt,

perunt, id nihil est: quod verò Typographus, similitudine quadam elementorum in numeris deceptus, erravit, & corrector id non obseruauit (Nemo enim in corrigendis istis minutis aded est diligens, quem non aliquid, licet oculatissimum fugiat) id magnum est. Quod verò celeritate scribendi, omissa est vocula (Sacerdos) in qua tamen sententiæ nihil decedit, hæc verò corruptula est & mutilatio Scripturæ, & æterno supplicio pianda. An non hoc est ex musca elephantum facere? Et ex elephanto muscam. Ο κμινοπρῖσαι culicem colantes, & camelum deglutientes.

Quod verò dicit: Et quoniam videtur Deus cum Sacerdotio Doctoratum coniunxisse; hinc semper in Ecclesia Catholica morè fuisse receptum, vt nemo legitime sacræ Theologiæ Doctor crearetur, qui non item esset sacerdos. Respondeo. Priuolum est & nugatorium. Notum enim est, septem ordines sacerdotales, humanum esse inuentum. Vnctionem olei rancidi mutuati sunt κακο-ζηλίαι ex lege Moysis. Rasuram vnde habeant, viderint ipsi. Quod verò ad Missas celebrandas, & offerendum pro viuus & defunctis consecrantur sacrificuli, impium est, & horrenda cœnæ Dominicæ prophanatio. Nec semper hoc fuit in Ecclesia vsitatum.

Et quod amplius est, nego vsquam in toto Nouo Testamento, vocabulum, Sacerdos, pro ministro Ecclesiæ vel Doctore accipi. Sed generale esse vocabulum, quo omnes verè credentes in Christum, alibi sanguine eius à peccatis suis, facti sunt ab ipso, Regnū & sacerdotes Deo & Patri suo, Et lapides viui superædificati super lapidem viuum Christum, in domos spirituales, in sacerdotium factum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Et paulo post: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei, &c.

Apoc. 1.

1. Petri 2.

Quibus in locis, Apostoli scribunt non Ecclesiæ Doctoribus, vel ministris, sed, vt tituli habent librorum, Petrus, electis Aduenis dispersionis Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bythinix. Iohannes verò, Ecclesiis septem in Asia: Tametsi Episcopis illæ non caruerint: Sed in genere Ecclesiis, quarum alumnos, vocant sacerdotes, & regnum spirituale, quod à Spiritu sancto vncti sint, vt Deo sacra faciant, gratis mentibus beneficia illa summa per Christum collata, agnoscentes & prædicantes. Hoc omnium est verè credentium, pro sua cuiusque vocatione, & conditione.

Ex his iam aliqui certi deliguntur, vt publico in Ecclesia docendi munere

Refutatio defensionis

munere fungantur, qui pastores, diaconi, Episcopi, Doctores, sunt & dicuntur.

Quod verò hi peculiariter etiam Sacerdotes, præ reliquis Christianis, dicantur, quemadmodum ratione officij publici, pastores, diaconi, Episcopi, doctores, appellantur; id nusquam in Noui Testamenti Libris reperiri assero. Non igitur malitiosè, vel in meam, vel in alterius cuiuscunque gratiam aut odium, omissum est vocabulum, sacerdotis: Quo nomine me exagitare Iesuitæ visum est: cum nihil sit ea in re incommodi,

103. » Non eandem omninò & parem esse Veteris & Noui Testamen-
» ti rationem, maximè quod ad multas & excellentes prærogativas
» & promissiones spectet, quibus præ Synagoga Ecclesiã suam Chri-
» stus dotare, munire, & exornare voluerit, dicit, sed hoc minimè si-
» bi probandum putat Iesuita. Atqui supra alicubi me demonstrasse
» puto, si me non fallit memoria, æquè insignes, certas & amplas
» de perpetua præsentia, & gubernatione Dei Synagogam habuisse
» promissiones, ac Nouum Testamentum, imò etiam multo plures:
» vocauit enim Deus ipsos peculium suum, primogenitum suum fi-
» lium Israël. Promittit illis rerum omnium copiam, fertilitatem
» summam, pacem, ac securitatem, victoriam, quam ab hostibus sine
» reportaturi, multiplicationem ac fecunditatem. Et pactum meum,
» inquit, firmabo vobiscum. Ponam tabernaculum meum in medio
» vestri, & non abiciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, &
» ero Deus vester, vosq; eritis populus meus, &c. Quid ad has tam
» magnificas promissiones honorum temporalium, siue corporalis-
» um, & spiritualium addi posset amplius?
» Sed forte obijciat aduersarius, sub conditione promissiones has
» esse Israëlitis propositas, addi enim à Deo, si in præceptis meis am-
» bulaueritis: Verum est: Sed eandem rationem Noui quoque
» Testamenti promissiones habent. Si vos, inquit Christus, manseritis
» in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis verita-
» tem, & veritas liberabit vos. Item: Si manseritis in me, & verba
» mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vos
» bis.
» Deinde commendat nobis Scholasticos Theologos, quòd gra-
» uissimas Scripturæ sacræ materias Methodica & compendiarie
» quadam ratione enucleauerint, atq; tradiderint. Quod illorum stu-
» dium multis modis semper fuerit vtilissimum & saluberrimum.
» Sed quale hoc fuerit studium, quàm vtile & salutare, supra ex Bra-
» mo, qui

mo, qui in illorum lectione diligenter est versatus, audiimus. Suprà 95. prop.
 Quales sint Labyrinthi in illorum Disputationibus de poenitentia: confessione cum omnibus circumstantijs: contritione, quando sit sufficiens: Satisfactionibus, Indulgentijs, &c. qui legit, facile videt. Et tamen nunquam tranquillam consequi potuerunt inde conscientiam: sed perpetuò dubitandum miseris fuit, etiam omnibus illis factis, quæ docebant. Vnde & dubitandum homini docuerunt semper, num sit in gratia apud Deum: & hanc dubitationem peccatum esse negant. Ideoque in Purgatorium suos auditores ablegant. Quæ fuit summa multorum consolatio, cum tamen cruciatus illius finxerint esse maximos, nihilque ab infernali igne, nisi tempore & duratione differre, nugati sunt.

Quanto simplicius Apostolus: Iustificati fide, pacem habemus Rom. 5.
 erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, per quam stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.

Taceo iam ociosas quæstiones, de choris Angelorum, de quibus ita disputant Scholastici, ac si iam primum de cælo decidissent. August. Enchirid. ad Laurentium cap. 28.
 Cum August. fateatur se ista ignorare. Dicant, inquit, qui possunt, si tamen possunt probare quod dicunt. Num Asinus bibens aquam ex Baptisterio, Baptismum percipiat: Num mus rodens partem consecratam, corpus Christi edat: Quid faciendum de particulis cœnæ Dominicæ, si vel supernè, vel infernè antequam consumantur, egerantur: quidam enim iudicant recolligendas, & ab aliquo discreto resumendas. Alij comburendas censent. Et alia sexcenta huius generis, partim impia, partim ociosa, partim offensionis plena.

Hoc cœne Scripturam sacram est enucleare, an verò obscurare, vel potius prophanare, ridendam propinare, aut lacerare: Hæc cœne Theologia, an verò cum Apostolo Matæologia est dicenda verius: feces istas & sordes vobis Pontificijs relinquimus vorandas. Nos dulcius ex ipsis hauriemus fontibus aquas. De fontibus Israël benedicentes Domino: cui pro hoc ingenti beneficio, & dono linguarum, ac versione germana & germanica Bibliorum, gratias quas possumus, agimus maximas. Quod sapientiores etiam Pontificiæ Religioni addicti ante hæc tempora, magni principes fecerunt. Quicquid profanus dicat Iebusæus, qui hinc arcem suæ impietatis, quam Barbari isti matæologi, firmissimo quasi præsidio munierant, expugnari agnoscit, & dolet.

Refutatio defensionis

Hinc hæreseis inquit Iesuita mox ortas & multiplicatas a scio-
lis, cum magis linguis ac verbis, quam ipsis rebus attendere coepe-
runt, &c. Respondeo: res nusquam nisi ex Grammatico ac literali
sensu Bibliorum melius discuntur, Sed hoc illis molestum est, quod
ex linguarum cognitione, Deo bene fortunante & iuante hos pi-
os conatus, errores multi Pontificij sunt detecti, & refutati. Et
quidem initio, cum iterum florere & vigere inciperent studia lites-
rarum & linguarum, Monachi quantum potuerunt, impedire illa
sunt conati: sed frustra. Excitauit enim Deus egregie literatos
& doctos viros, qui stylum aduersus Barbaros strinxerunt, & bo-
nas literas ab illorum vi & iniuria vindicauerunt & tutati sunt.

Hos conatus etiam per cuniculos quasi etiam prohibere conati
sunt Patres pigri in Concilio Tridentino, statim ab initio, dum in
4. Sess. Translationem Bibliorum, solam & vnam vulgatam
authenticam esse voluerunt, in publicis lectionibus, Disputatio-
nibus, & expositionibus. Et quod nemo illam reiicere quouis
pretextu audeat vel præsumat. Hæc verò non solum vis est, ins-
citia crassa, & valde barbarum edictum: sed etiam ingens impie-
tas. Cum enim Scriptura sacrosancta veteris Testamenti Hebræo,
Noui verò Græco idiomate prodita sit: quæ hæc barbaries est,
prohibere, ne quis Deum loquentem sua lingua audiat? Sed non
dicam hac de re copiosius.

Hoc certum est, & omnibus constat, plurima loca Scripturæ sa-
cræ in Latina vsitata translatione viciata, deprauata & corrupta
esse, inque prorsus alienam ista translatione sententiam mirabili
Metamorphosi mutata. Sicut supra de prima Euangelij concione,
quam Deus in Paradiso habuit, dictum est, quomodo ad Diuam
Mariam virginem vitiosissime sit translata. In Psalmis sæpè tan-
ta est obscuritas, propter ineptam versionem, vt nullus vel Oedi-
pus diuinare ex illa possit, quid Spiritus sanctus voluerit. Legatur
vel saltem Psalmus 67. alias elegantissimus. Sic ad Romanos 1.
de Christo, qui est prædestinatus filius Dei, quid velit, nemo facile
intelliget, ideoque varias & intricatas hæc versio peperit disputa-
tiones: cum in Græco legatur, declaratus.

Sic Germanica Bibliorum versio ex fontibus Ebraicis & Græ-
cis per Lutherum eiusque collegas facta, tanta perspicuitate est red-
dita, vt vice sit sæpè prolixorum commentariorum.

Laici, quibus à se.
fuita comparan-
tur.

Sed priusquam permilla est, inquit Iesuxæus, omnibus etiam
idiotis, quos odiosè asinos ad Lyram, canes, quibus sanctum, por-
cos, quibus

cos, quibus rosæ obijciantur, vocat. Bone Deus, quæ rerum omnium perturbatio, confusioq; est sequatæ

Quæ nam, Hypocrita impie? An non iam omnes serè, Deum verum ex illius lectione, auditione, & interpretatione piorum, & syncerorum doctorum, rationemq; æternæ salutis consequendi certam, firmam & veram agnoscunt? An non eundem agnitiu, solum, ex filiali corde & fiducia, iuxta ipsius præceptum & promissionem, in nomine filij ipsius dilecti, vt patrem inuocant, glorificant, & celebrant? An non iam Dei beneficio, Idiotæ etiam, quos tu asinos ad Lyriam, porcos, canes vocas, ex eadẽ scriptura de vero ac legitimo Sacramentorum vsu edocti sunt, vt verius & rectius de his tantis rebus, tanquam ad salutem scitu necessarijs, respondere possint, quam sexcenti Scholastici vestri doctores, qui omnes occupati oriosis & nugacibus subtilitatibus, Sophisticis, ac contemplationibus omnem ætatem consumpserunt? In tetim impia, absurda, & manifestè cum sacra scriptura pugnantia docentes, Hominem ex puris naturalibus, Deum diligere super omnia: Et facientibus quod in se, infallibiliter dari gratiam, confessionem auricularem sacramentalem, cordis contritionem, & operis satisfactionem, alteram esse à naufragio tabulam, qua Deo reconciliemur: preclarum Idololatricarum multiplicationẽ, peregrinationes, indulgentiarum redemptiones & nundinationes, Missas pro viujs & defunctis, similiter vigilias, purgatorium, & alia sexcenta. Quæ omnia impia esse, Idiotæ isti ex scriptura sacra didicere. Id quod vel ex tuis vicinis, Styriæ proceribus, & alijs etiam inferioris ordinis hominibus plebijs cognoscere posses. Sed vos impij, in cæcitate Sophistica & contentiosa nati, educa- & enutriti, eaq; in naturam quasi vestram abeunte, gloriam Dei non videris: nec videre digni estis, sed sordentes, sordesceris vsq;.

Quod postremò addit, Nos confessionem Augustanam sacris Biblijs præferre videri, cum discipulos nostros non in illa, sed in hanc iurare cogamus. Manifesta hæc est calumnia, quæ refutatione non digna est. Semper enim præferimus Biblia, & summo loco collocamus. Postea Confessionem Augustanam, ex Bibliorũ medulla desumptam, eiusq; compendium quoddam in certa capita redactam, tanquam summam, & symbolum nostræ doctrinæ, & sententiæ de præcipuis doctrinæ Christianæ capitibus, illis proponimus. Qua nos & a vobis, & alijs prætextu nominis Christiani se venditantibus, minus rectè tamen de Religione Christiana

Refutatio defensionis

stiana sentientib, separamus, quod & olim in Ecclesia Christiana à concilijs est obseruatum, conscriptis symbolis, contra Hæreticos suorum temporum.

104.

Propositio mea ita habet: Tamen hoc verè affirmare possumus, semper aliquos fuisse, alias plures, alias pauciores, qui nobiscum in præcipuis Religionis Christianæ partibus & capitibus senserunt, & Pontificiæ impietati contradixerunt &c.

- » Hac, inquit Iesuita, assertione seipsum satis depingit aduersarius;
- » quippe qui veteres hæreseis iam olim ab ecclesia merito damnatas,
- » ab inferis reuocat, ac pro veris sententijs recipit atq; defendit.
- » Quos enim potest alios (inquit) intelligere, nisi Donatistas, Ari-
- » rianos, Nouatianos, Aerianos, Iouinianistas, Vigilantios, Be-
- » rengarianos, VValdenses, aliosq; similes Hæreticos, qui Ro-
- » manam Ecclesiam oppugnare conati sunt, sed tanquam fumus
- » euauerunt. Hos enim & his similes, licet inter se dissidentes, in
- » multis Lutherani strenuè sunt imitati, Hactenus Iesuita,

O impudens os, Quid nobis commune est cum Arrio scelestis-
sime? Quid cum Nouato, quid cum Berengario? Quid cum Do-
natistis, quorum vos Papiæ hæresin defenditis, damnato toto
orbe Christiano, qui non agnoscit bestiam Romanam, Antis-
christum, Meretricem Babylonicam, cum qua scortati sunt mul-
ti Reges. De Aërio & Iouiniano supra respondi. Sic de Vigilan-
tio. VValdenses & Pikardi, crede mihi, in plerisque rectè & no-
biscum sentiunt, licet à vestra Cacolyca damnati. Vt autem sci-
as, quas velim: lege catalogum testium veritatis ab Illyrico colle-
ctum & conscriptum, & inuenies, qui damnato in scriptura Sacra
Papatui contradixerint, & nobiscum in præcipuis senserint, quos
vos vestro & Cainico more ad supplicia rapuistis, vt veniat super
Math. 23. vos omnis sanguis iustus, qui effusus est à sanguine Abel iusti.

Ad Ioannem Hufs Sanctum Martyrem quod attinet, Iesuita
dicit, eum non per omnia cum Lutheranis sensisse. Verum est:
Nec hoc habet, calumniator, propositio nostra: sed quòd in
præcipuis religionis Christianæ articulis senserit nobiscum; rectè
sensit, de præsentibus, quam tractamus, materia. Vnica, inquit,
est sancta vniuersalis Ecclesia, quæ est prædestinatorum vniuersi-
tatis. Petrus non fuit, nec est Caput sanctæ Catholice Ecclesie,
papalis dignitas à Cæsare inoleuit, Papæ præfectio, & institutio
à Cæsaris

à Cæsaris potentia emanauit. Papa non est manifestus & verus
 successor Principis Apostolorum Petri, si viuit moribus contra-
 rius Petro. Et si quærit auaritiam, tunc est vicarius Iudæ Schario-
 tis. Non est scintilla apparentiæ, quod oporteat esse vnum ca-
 put in spiritualibus, regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa mi-
 licante Ecclesia conuerfetur, & conseruetur. Christum sine tali-
 bus capitibus monstrosus, per suos veraces discipulos, sparsos
 per orbem terrarum, melius ecclesiam suam regularet. Apostoli
 & fideles sacerdotes Domini, strenue in necessarijs ad salutem rea-
 gularunt Ecclesiam, antequam Papæ officium foret introductum;
 sic facerent, deficiente, per impossibile, Papa, vsq; ad diem
 iudicij.

In his, inquam, rectè sentit. Et iniuste, imple, tyrannicè hi Ar-
 ticuli, tanquam hæretici, à lerna ista, & colluie sacrilegorum
 Pontificiorum spiritualium sunt condemnati. Sicut & ille, de
 vsu integri sacramenti, & alij, quos nobiscum tenuit. Ideoq; san-
 ctum martyrem iniquissime à conciliabulo exustum pronuncia-
 mus.

Pij sunt & sacre
 Scripturæ consen-
 tanei, nequaquam
 condemnaudi.

Quod vero alios adhuc, & non omnes errores Pontificios
 agnouit (vt recenset hic aduersarius) id temporum iniuria factum
 est: Vnde apparet, quàm densæ tum fuerint tenebræ, quas De-
 um illi ignouisse non dubitamus, petenti veniam suorum pecca-
 torum, & retinenti fundamentum, quod est Iesus Christus, eti-
 amsi reliquæ manserint stipulæ, scænum, ligna, lapides, quæ
 igni, non purgatorio fictitio Papali, sed probationis, exusta sunt.
 Sicut ad multos & magnos piorum nostrorum maiorum, qui
 tamen fundamentum tenuerunt, errores Deum conuiuisse, & dis-
 simulasse, temporibus ignorantia, speramus.

Postremo, quod ad inquisitionem carnificum Hypocritarum
 attinet, quis non merito eam, cum pfe & rectè sentientes, veri-
 tatem agnoscentes, miserabiliter cruciandos, tortoribus tradunt,
 vt veritatem ex verbo Dei agnitam abiurent, damnaret? De
 qua vos Iesuitæ, & reliqua Pontificia cohors, Deo rationem red-
 detis; putantes, iam vos Deo obsequium præstare, occidentes
 Sanctos Dei.

Ad nos quod attinet, nemo adhuc per nostros Magistratus, qui
 Augustanam amplectuntur Confessionem, Dei beneficio, vel cas-
 pite plexus, vel exustus est.

Iterū accusor à meo aduersario, qd mala fide Bernh. testimoniū
 citauerim,

Refutatio defenfionis

Bernhard. de con- citauerim, cum dico: Et D. Bernhardus ad Pontificem Romanum
siderat: lib. 13. ad scribit: Murmur loquor, & querimoniam comunem Ecclesiarum:
Eugenium papam. Truncari se clamitant, & demembrari. Primum quod nihil hæc ad
institutum, quia nihil de fide agat vel Religione, ideo non genuino
aut germano, sed alieno & distorto sensu, contra mentem autho-
ris.

A deo nihil a calumnia turū? Verba præcedentis propositionis
ita habent: Semper aliquos fuisse, qui Pontificiæ impietati con-
tradixerint. Iam hæc 105 ita sonat; Et D. Bernardus ad Pons-
tificem Romanum scribit, &c. Quæ non probatio fuit præcedens
tium, sed conuinctio, Et, ex regula Grammaticæ, Nouam ora-
tionem superiori attexit. Et ita meus aduersarius, qui antea à
Prisciano operâ auxiliumq; petierat, Donatum quasi inferiorem
offendere, contraq; eum pugnare non dubitat. Hæc vt scribam,
cogit me perpetuum & improbum aduersarij calumniandi stu-
dium, quod passim venatur, & captat occasunculas minutissimas,
sententiam meam inuertendi & deprauandi. Et verè mihi cum
hoc Iesuita accidit, quod vulgaribus dicitur versiculis (sic venia
verbo):

*Hoc scio pro certo, quod si cum stercore certo,
Vincō, vel vincor, semper ego maculor.*

Quod igitur ad sententiam verborum D. Bernardi: Admo-
net Pontificē de enormibus quibusdam vicijs, quæ in Papatu vi-
gebant, ea ipsi ob oculos spectanda considerandaq; (vnde & de
consideratione inscribuntur Libri) proponens, Dominandi libi-
dinem, Ambitionem, Iniustitiam in causis Appellationum, Aua-
ritiam, *ἀταξίαν* in ordine Ecclesiasticorum, ex qua non murmur
solum, & querimonia, sed etiam clamor Ecclesiarum oriebatur.
Nec hoc solum, verum etiam scandala, blasphemia, inter Eccle-
sias inimicitia graues, perpetesq; discordia, confusio ordinis, &
perturbatio terminorum. Hæc verba sunt ex Bernardi proluxa
ibidem oratione excerpta. Hæc pia sint, an impia, quiuis facile
communi sensu præditus, iudicare potest.

Quod verò addidi (Communem) Murmur loquor & queri-
moniam (communem) Ecclesiarum: Hoc verò ingens est piacul-
lum. Hic contra me insurgit Iesuita, dicens: Ergo ne cuiq; iam
liberum est, vt Patrum sententias iuxta placitum mutare, augere,
& mutilare possit? Atqui sententiam nec mutauī, nec auxi, ad-
dito vocabulo, Communem. Nouit enim aduersarius ex Dia-
lecticæ

lecticæ Regula, indefinitam æquipollere vniuersali. Cum igitur Bernhardus, non solum murmuris ac querimoniam, sed etiam clamoris ab Ecclesia, quæ non ex vno constat, sed ex coetu & multitudine, excitati, mentionem faciat: Necessè est notoriam publicam & communem vocem, famam, & querimoniam Ecclesiæ fuisse de re notoria, & omnibus manifesta. Hoc enim in Scriptura sacra nomine clamoris venit: quod nemo nisi experts illius, ignorat, aut negat. Sicut de Abbatibus, Episcopis & Archiepiscopis loquitur. Nihil ergo tantopere à me peccatum est contra Bernhardum, nec alieno, multò verò minus distorto à me est citatus sensu, nec contra suam mentem. Sed Iesuita, cauillatorem se esse & Sycophantam maximum, declarat.

In hac propositione dixi, omnes, quotquot hinc à Mundo condito omnibus temporibus saluati sint homines (quæ vera fuit Ecclesia Catholica) nobiscum in fundamento sensisse & credidisse. Hoc verò falsissimum videtur Cacolyco. Ideoque se rectius diuersum affirmare: nullum ex eis, qui fuerunt vnquam ab orbe condito saluati, sic credidisse, quo modo Lutherani vel Confessio Augustana tradat.

Nostram igitur & Pontificiam fidem, vel doctrinam, nunquam in æternum posse conciliari, certissimum est. Habemus enim diuersissima principia, & sententias de dogmatibus plerisque controuersis, planè contrarias. Ideoque frustra omnia tentantur media, & prorsus nulla spes conciliationis. Quod verò dicit me nihil probare. Non ferebat id instituti ratio. Et alibi id copiosissime à multis nostrorum id est factitatum, & in præcedentibus breuiter quidem, de quibusdam articulis, præcipuè iustificationis, sed sufficienter est probatum. Tu verò, Iehusæe, tuum nunquam in æternum probabis institutum. Nam quod nulla alia hoc indigere dicit probatione, quam quod Augustana Confessio ante annos demùm 44. conscripta sit: supra sophistica ista calumnia est refutata. Nec maiorum nostrorum semitas (vt Iesuita nugatur) spernimus. Infitimus enim vestigijs patrum & maiorum nostrorum, Prophetarum & Apostolorum. Ideo non nos, sed vos cogitationum vestrarum vias nouas ingressi estis, euntes in adinventionibus Maiorum vestrorum pessimis (quibus licuit, quod libuit bona intentione) quas nequiter contra Dominum excogitauerunt. Non nos, sed vos dereliquistis fontem aquæ viuæ, fodientes vobis cisternas, quæ aquas continere non valent. Derelicto enim vnico

Refutatio defensionis

vero Deo, confugitis ad innumeros Diuos, inuocantes opitulatores, homines mortuos, cuius rei nullum prorsus habetis in verbo Dei, mandatum, exemplum, aut promissionem, Ideoq; plusquam Ethnica Idolomania; & toties admoniti, conuicti Scripturæ testimonijs, quibus illam vel ex veteri vel ex nouo Testamento non possitis (quod Ecclesie vestræ columna, & patronus fidelissimus, ipsemet testatur) tamen mordicus, stupore, nescio quo, retinetis, quocunque modo, quacunque ratione (ne absque ratione insanire videamini) eam defendere conamini. Et pios homines, res et hæc negantes, persequimini, misereque vbicunque potestis, occiditis.

107.

Augustinus' contra Epistolam Manich. cap. 4.

De consensu, similiter & multitudine populorum, in præcedentibus satis est dictum. Similiter & de Augustini sententia, qui se hinc teneri scripsit, et alijs quibusdam adminiculis, in Catholica. Vbi addit: Apud vos autem (Manichæos) vbi nihil horum est, quod me inuitet ac teneat: sola personat veritatis pollicitatio. Quæ quidem si tam manifesta monstratur, vt in dubium venire non possit: præponenda est omnibus rebus, quibus in Catholica teneor.

En Iesuita, D. Augustinus solam veritatem istis rebus alijs omnibus, quibus se in Catholica teneri affirmauerat, præponit. Hanc autem tam manifestam monstrare possumus ex Scriptura sacra, qua dogmata nostra confirmamus, vt in dubium venire non possit apud omnes illos, quicunque pro iudice illam agnoscunt. Ideo vos eam audire non vultis: sed dubiam, ambiguam, obscuram, imperfectam esse, blasphemio ore dicitis. Cum tamen, etsi in quibusdam locis obscura videatur & difficilis: tamen de controuersis, quæ inter nos agitantur, plerisque, manifestissima habeat testimonia, quæ in dubium venire non possunt, vt de gratuita fidei iustificacione, vsu integri Sacramenti, inuocatione sanctorum, cœlibatu sacerdotum, In his omnibus & singulis, alijsque quam plurimis, rectissime doctrinæ Prophetiæ & Apostolicæ perpetuitatem allegamus.

Cena Domini, vltra Missa.

108.

Ecclesiam Catholicam, id est, vniuersalem esse posuit, quod per totam terrarum orbem diffundatur. Hinc inferre conatur Iesuita, Confessionem & doctrinam Lutheranam, Catholicam non esse, quia non sit per totum orbem terrarum diffusa, sed angustis tantum quibusdam Germaniæ (non tamen totius) limitibus coarctata, donec expiret, ac penitus intereat.

Negamus

Negamus Aduersarij illationem: quia hanc profitemur, omnino eandem, & non aliam, in nulloque dissentaneam doctrinam, quam & Apostolus Paulus, & reliqui Apostoli per totum terrarum orbem circumtulerunt. Quicumque igitur eam agnoscunt, & amplectuntur, ubicunque locorum versentur, illos ad catholicam pertinere asserimus. Nec expirabit aut interibit vnquam. Cœlum & terra transibunt, hæc autem doctrina manebit in æternum, etiam inuitis inferorum & Iesuitarum omnium portis.

109.

Hac propositione agitur, non vtrum Ecclesia sit Catholica: quis enim hoc vnquã negauit? sicut nequiter me Iesuxus hoc nomine traducit ab initio, quod negem Ecclesiam esse Catholicam: sed de hoc disputatur, vtrum Romana Ecclesia sit illa Catholica, & num Romanum Episcopum pro capite vniuersalis Ecclesiæ, non agnoscetes, propterea ad Catholicam Ecclesiam non pertineant. Hæc verò sunt quæ pernegamus. Iesuita autem (vt interdum Melancholici, quod vidimus, imaginantur ac profitentur se Reges esse, & baculo pro sceptro argenteo ac regio vtuntur) suauiter nugatur de iurisdictione Pontificis Romani, quam habeat super vniuersam Ecclesiam Christi in terris, eamque exercuisse semper, Asiamque Romanum Pontificem tanquam suum & vniuersalis Ecclesiæ pastorem habuisse & agnouisse. Video Iesuitas tantum profecisse in malitia, vt ad nullum amplius, quantumuis magnum, atrox ac manifestum mendacium expallescant. Respondet autem propositioni Iesuitæ, probatio. Quia Victor Episcopus Romanus comminatus sit Asiæ Episcopis excommunicationem, ni secum Pascha die Dominico celebrarent. Quod, inquit, proculdubio minime fecisset, nisi certò constitisset, ipsum legitimam in Episcopos Asiæ potestatem ac iurisdictionem habere.

Euseb. hist. Eccl.
lib. 5. cap. 24.
cc
cc

Respondeo. Tenet consequentia a baculo ad angulum. Quasi verò obscurum sit, aut cuiquam ignotum, plurima, adeoque omnia semper Romanos Episcopos propter loci potentiam, ambitione inflatos, dolo malo, vi, fraude, impostura, malis artibus tentasse, quæ faciebant ad Primatum, ad quem aspirabant, consequendum.

Nec de facto, sed facti qualitate disputatio est. Multi enim multa faciunt, sibi que temere arrogat, quæ tamen nec iure faciunt, nec illis conceduntur.

Nam & ibidem habetur apud Eusebium, quod hoc Victoris factum non omnibus placuerit Episcopis, sed potius è contrario asperius eum obiurgauerint, sicut & Irenæus eum arguerit.

Refutatio defensionis

Et obseruatu dignum est, hoc loco, quòd Episcopi, vel, vt nunc dicuntur, Pontifices Ro. ab Irenæo, Presbyteri dicantur, in hæc verba scribente: Et illi omnes ante Sorem PRESBYTERI, qui Ecclesiæ (cui tu Victor nunc præes) sacerdotium tenuerunt, Aniceum dico, & Pium, Hyginumque, & Telesphorum, & Xystum, neque ipsi ita tenuerunt, neque hi, qui cum ipsis erant. Et reperit Irenæus. Et omnes PRESBYTERI, qui ante te fuerunt, &c.

Ioannes verò Apostolus, ibidem, summus sacerdos fuisse, & Pontificiale πέτραλον gessisse, & Ephesi dormiuisse dicitur.

Quis igitur hic Pontificis Romani primatus? quæ iurisdictio? Vnde apparet falsissimum esse, quod contendit Iesuita, Victorem se scripsisse vniuersalis Ecclesiæ Episcopum; nec cuiquam sano vnquam persuadebit.

Et haud dubie confectum est à Pontificibus sequentibus, & additum, ad amplificandam suam potestatem. Sicut multa alia notha scripta obtrusa sunt. Quales supra ostendimus esse Clementis Epistolam, & Hierarchiam Dionysii. Sicut etiam non veriti sunt Pontifices Romani crimen falsi admittere, in decretis Concilij Nicæni, eandem ob causam: persuadere volentes Affricanis Episcopis, vt prouocationes suis ad sedem Romanam concederent, cogitantes vt tyranni, quod sunt: si violandum est ius, regnandi causa violandum est.

Præterea, post aliquot secula eiusdem loci Episcopus Gregorius Magnus, Antichristum vocat, qui se vniuersalem Episcopum appellaret. Sed hic vide mihi industriam Iesuitæ, qui cum intelligeret, plurimum hoc suo aduersari instituto: glossam miram excogitauit, qua eluderet & eneruaret hoc testimonium, quo ceu tonitru & fulmine primatus ille Pontificius, in barathrum vsque inferni deiecit: hoc modo interpretans, sed quid dico interpretans? deprauans, corrumpens, peruertens falsarius, inquis: Et D. Gregorius Antichristum esse dixit eum, qui sibi vendicaret hunc titulum, absque legitima authoritate, sicut Iohannem Constantinopolitanum Episcopum fecisse constat.

Et quidem verum est, quòd de Iohanne Constantinopolitano scribat Gregorius: cuius etiam ab initio facit mentionem: quòd mandata Dominica, Apostolica præcepta, regulas Patrum despiciens, sibi hoc vniuersalis Episcopi nomen sumat. Sed postea in eadem Epistola ab hac hypothesi ad thesin venit, & in genere asserit: Ego autem fidenter dico, quia QVIS QVIS se vniuersalem sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præuenit;

Hic aperi oculos
Iesuita, hic arrige
aures.

præuenit, quia superbiendo se cæteris præponit. Vocabulum QVISQVIS, nec Ioannem Constantinopolitanum significat, nec tantum eum, qui absq; legitima auctoritate; sed QVISQVIS, Quisquis, inquam, tandem fuerit, qui titulum hunc sibi vendicat.

Manifesta sunt verba Gregorij: manifestum est crimen falsi, à Iesuita designatum, quòd insigni impudentia, apertis oculis, homines excæcare & dementare conatur. Quis igitur in alijs fidem illi habebit, ἐπ' αὐτῶ φόρῳ. deprehensò in falsi crimine. Nec dubito, quin alia multa similia reperturus essem, si singula, quæ recitat Patrum testimonia inspicere & persequi mihi, per alios labores Ecclesiasticos & Scholasticos quotidianos, liceret.

Idem planè facit decreto Nicæni Concilij, quo eisdem motis certaminibus, termini ambitioni Romanorum Pontificum sunt constituti, & in ordinem sunt coacti, assignatis pro vetusta consuetudine, & more antiquo perdurante, Ecclesijs suburbicarijs, quarum curam & sollicitudinem gererent. Sic enim verba Decreti habent. Mos antiquus perdurat in Aegypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasq; prouincias, honor suus vniciq; seruetur Ecclesiæ. cap. 7. Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, vt Aeliæ, id est, Hierosolymæ Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente ramen Metropolitanæ Ciuitatis propria dignitate.

Concil. Nicæn.
cap. 6.

Quæ in Hist. Eccles. his verbis sunt expressa. 6. Et vt apud Alexandriam, & in Vrbe Roma vetusta consuetudo seruetur, vt vel illa Aegypti: vel hic (Romanus) suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat. 7. Et vt si forte in ordinando Episcopo, duo vel tres pro aliqua contentione dissentiant, reliquorum auctoritas, & præcipuè Metropolitanæ cum cæteris firmior habeatur. 8. Et vt Episcopo Hierosolymorum antiquitus tradita honoris prærogatiua seruetur, manente nihilominus & Metropolitanæ ipsius Prouinciæ dignitate.

Hist. Eccles. lib. 10.
cap. 6.

Vbi hic quæso, vniuersalis constituitur Pastor, aut Episcopus Rom. Pontifex? Quis hic primatus? Quæ iurisdictio in Asiam & reliquos Patriarchas? Vbi omnes pares dignitate & auctoritate constituuntur, nec cuiquam potestas in alios conceditur.

Vanissimum igitur est, quod scripsisse circa annum Domini 200 fingitur Victor Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ Episcopus: & quòd addiderit ibidem, in constitutionibus Apostolicis repe-

Refutatio defensionis

riti, quòd omnes Episcopi, si grauarentur à Metropolitanis suis, possent ad Romanum Pontificem, seu vniuersalis Apostolicæ Ecclesiæ sedem appellare. Vbi obsecro te, hæ Apostolicæ Constitutiones? Quasi verò de istis nugis & iurisdictione Apostoli post acceptum S. S. in die Pentecostes fuerint solliciti: qui ex Domino & Magistro suo, hac ipsa de re contententes, audierant: Reges gentium dominantur, vos autem non sic.

Clemens 5. in Clementis. Pastoralis.

Sed si maximè hoc scripsisset tum Victor, quid tum postea? Iactitare & scribere de se potuit, quod voluit: non tamen habuit, quod oprabat. Sicut etiam Pontifices in Clementinis scribunt, *Papam superioritatem ad Imperium sine dubio habere: & vacante Imperio, Imperatori succedat. Quod Christus Rex regum, plenitudinem potestatis Papæ, in persona Petri concesserit. Sic etiam, Quòd Papa ius vtriusq; gladij à Christo acceperit, adeoq; ipsum Imperium ab Ecclesia dependere, Et ita de necessitate salutis credi ac teneri firmiter oporteat. Panorm. & Francisc. Aret.*

Quæso vos omnes Iesuitas & Papistas, an non vos horum pudet? Et quando enim hæc Petro sunt data à Christo: Sed non opus est verbis in re tam manifesta. Et sibi respondit Iesuita in sequentibus, cum dicit. Esto, quòd Ioannes Episcopus Constantinop. (quod D. Gregorius de eo queritur) se vniuersalè & Oecumenicū Episcopum vocauerit, ergò ne fuit ille talis? Idè enim de Victore dicere possum. Esto q; Victor Rom. Episcopus, vel Presbyter, se vniuersalem & oecumenicum Episcopum vocauerit: ergò ne fuit ille talis? Hoc ipsum post Concilium Nicenum Iulius, vt postea dicitur, & annis circiter 100. Episcopi postea Romani moliti sunt, crimine falsi admisso (tanto illi tenebantur pascendi gregem Dominicū desiderio) conantes persuadere Africanis, vt prouocatio concederetur transmarinis, ad sedem Romanam: vt sic iurisdictionem suam amplificare possent. Quòd si antè habuerunt, vt hic Iesuita nugatur, cur hoc sibi concedi petunt?

Sed in Concilio Carthaginensi, siue Mileuitano, cui & D. Augustinus interfuit, ex inspectione Authenticorū in Archiuis Alexandria, & in Oriente, fraus deprehensa & detecta est, & inanes dimissi legati, non amplius redire iulsi.

Vanissima igitur sunt, quæ & Pontifices illi superbi, dominandi libidine accensi, de se scripserunt (si tamen illorum sunt) & quæ hic Iesuita narrat. Non enim nec à Christo, nec à Petro, de quibus ne gry quidem in tota sacra Scriptura extat, nec Apostolicis Constitutionibus, nec Concilij Nicæni decretis, Romani Pontifices

Pontifices primatum istum consecuti sunt, sed a Phoca Cæsaricida tandem, digno huius apicis authore.

Rectè ergo, & non falso (vt Aristotelicus meus aduersarius me arguit) conclusi, Romanum Pontificem nunquã fuisse, nec agnitum esse caput totius Ecclesiæ. Nunquam fuisse, probaui, refutaris ijs, quæ Iesuita pro confirmatione eius attulit. Aut si fuit, quaero, quo iure (de hoc enim potissima quaestio est) fuerit ? quo Authore ? Non habebit aduersarius, quod respondeat, si verum aliquando dicere voluerit, quàm Bonitacium, à Phoca Cæsaricida obtinuisse, **MAGNA CONTENTIONE**: vt sedes Beati Petri Apostoli, quæ (verba Platinae sunt) caput est omnium Ecclesiarum, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus, Quem quidem locum Ecclesia Constant. sibi vindicare conabatur, fauentibus interdum malis Principibus, affirmantibusq; eo loci primam sedem esse debere, vbi Imperij caput esset. Affirmabant Romani Pont. Vrbem Romam, vnde Constantinopolim colonia deducta est, caput Imperij merito habendam esse: cum etiam Græci ipsi literis suis Principem suum τὸν ῥωμαίων ἀντοκρατορα, id est, Romanorum Imperatorem vocent: ipsiq; Constantinopolitani etiam ætate nostra ῥωμαίοι, non Græci vocentur. Haecenus ille.

Platina in vita Bonifacij 3.

Non allegat Pontifex Rom. nec Christum, nec Petrum, nec alios Apostolos, non Concilia, eorumue decreta, aut alia argumenta ex Scriptura sacra deprompta, quibus iure sibi primatum deberi probet: sed tantum vrbis auctoritatem, quæ quia caput sit Imperij: Ideo & Petri sedem primam esse debere in Ecclesia. Hæc ipsis lex est & Prophete, Christus, Petrus, & Apost. atq; Concilia.

Quod verò ex Gregorio aduersarius pbare conatur, Rom. Pontificis primatū & iurisdictionem in omnes Episcopos & Ecclesias, dicente: Quis dubitat, Constantinop. Ecclesiã, Sedi Rom. esse subiectam: Certè multi dubitant, & dubitauerunt semper. Quod enim id probare vult Iesuita Imperatoris mandato, qui voluerit, vt ipse Gregorius Constantinop. Episcopum secundum antiquos Canones iudicaret: falsarius est Iesuita, corrumpens Gregorij verba, aliter quàm ipse scripsit, reddens, **SECUNDUM ANTIQVOS CANONES**, cum Gregorius dicat, secundum statuta canonica, per nos vult iudicari. Non enim vult Gregorius hoc loco, ius suum sibi ex Canonibus antiquis (quod facit sua deprauatione Iesuita) arrogare & vindicare, quasi hoc sibi concessum sit Canonibus antiquis: sed modum agendi & processum, in causæ sibi ab Imp. delegatæ, determinatione significat, videlicet,

Refutatio defensionis

videlicet, quod iudicium fieri debeat, secundum statuta canonica, quae regula sint & norma iudicij. Quod ex sequentibus eius alijs verbis, quibus se explicat, manifestum est, cum inquit: Tamen pijsimus Imp. admonuit, vt transmitterem, ET QVICQVID CANONICVM ESSET, FACEREMVS.

Et quod dicit Iesuita, Ioseph Patriarcha Constantinop. in Florentino Concilio publico scripto protestatum esse, se Romanum Pontificem suum Pastorem agnoscere. Reperio quidem Actis insertam Epistolam nomine Patriarchae illius, sed talibus circumstantijs, vt dubium non sit, confictam esse à Latinis, cum subitanea obierit morte: & eodem momento, quasi praefagiens, aut praesentiens eam sibi iam instare, haec tantum scripsisse, quae faciunt ad confirmationem primatus Romani, & addidisse in fine diem, qua scripserit ea: neglecta interim confessione suae sententiae de controuersis dogmatibus, propter quae magnis difficultatibus ex Graecia Florentiam venerant: id sane ridiculum, & non vero, sed mendacio simile est. Nec facile adducor, vt credam Constantinop. Patriarcham hoc concessurum. Quod vero incredulus sum hac in parte Thomas, faciunt crebra, multa, & magna Pontificum Rom. mendacia, quae in hac eadem causa ad stabiliendum suum primatum cōfinxerunt. Sicut Iesuita ipsemet parum huic fugidit causae, propterea, quod cum manifesta pugnet experientia. Graeci enim nequaquam, ne hodie quidem in misera sua seruitute, Romanum Pontif. pro vniuersalis Ecclesiae pastore agnoscunt. Vnde vicissim Iesuita eos scismaticos vocat, eorumq; Ecclesiae instabiles, quae subinde defecerint à Rom. Ecclesia, propterea iusto Dei iudicio Turcarum tyrannidi subiectae sint. Quod si verum est, quid paucis superioribus annis tantum peccauit, aut commouit Hungaria? Quid Cyprus? Num & haec duo regna à Pontifice Rom. cui fuerunt deuotissima, ad Lutheri Haeresin defecerunt? Sed dico vobis Papistis, nisi respueritis, abiecta idolomania vestra turpissima pontificia, similiter omnes peribitis. Quia enim abolere ipsi toties admoniti, impia sacra vestra abrogare, & dogmata vestra falsa corrigere & emendare non vultis: ideo Deus per Turcam faciet.

Quemadmodum Templum Hierosolymitanum speluncam latronum factum, Pontifices, Sacerdotes, & impius Iudaicum populum, qui Christum crucifigens clamauerat, sanguis eius super nos & super filios nostros, Deus euertit, perdidit, vastauit, excidit, & penitus abiicit: Ita idem vobis, cum propter easdem iam dictas

iam dictas causas, tum etiam propter sanguinem innocentem tot
martyrum iniuste à vobis effusum, nec adhuc conquiescitis, sed la-
niam in Germania instituire, & crudelitatem vestram hypocri-
ticam explere, hausto nostro sanguine vos satiare, dies noctesque
cogitatis. Scio, quid scribam, nec opus est suspicionibus: extant
veltri ordinis hac de immani sæuitia, scripta, quibus potentum ani-
mos extimulant & inflammant, ne conquiescant, donec brachia sua
in nostro lauent sanguine.

Quod ad Epistolam Ægyptiorum Episcoporum, qui infesta-
bantur ab Arianis, ideoque Romani Pontificis opem implorant, Tom. Concil. 1. in
Actis Felicis 2.
omnia illi tribuentes, quod videlicet in Nicæna Synodo robora-
tum sit, ne absque Romanis Pontificis sententia Concilia celebren-
tur: Et quod Canones iubeant, ne ipsi de minoribus etiam causis
absque Romano Pontifice debeant decernere: arrogauerunt qui-
dem sibi hoc Romani Pontifices: sed falsum hoc esse, ex Nicæni
Concilij decretis iam antea comprobauimus.

Veruntamen propter suam potentiam Romani satagerunt Pon-
tifices, ut passim oppressos iuuarent, & sic paulatim iurisdictionem
suam auerent, & confirmarent, subinde pedem figentes in
alienis Ecclesiis. Quale etiam hoc est, quod Author de Athanasio
scribit, quem in suum Episcopatum restituerit Alexandrinum. Li-
cet hinc iurisdictione non probetur. Sicut non ideo maiores ipsorum
Romani, propterea quod Ptolomeum Auleren per Pompeium
restituerunt, ius in regnum Ægypti habuerunt. Et ipse D. Atha-
nasius Epistola ad Liberium, quæ incipit, *Vestræ beatissimæ pater-
nitatis iura, &c.* dicit, omnes beatissimi Apostoli pari honoris &
potestatis præditi consortio.

Quod de Patriarcha Constantinop. scripsi hac propositione:
ab ipso, aut Presbyteris eius, Græcas foeminas, siue legitime siue
illegitime, cum Italis, Gallis, aut Hispanis coniungantur, excom-
municari. Pontificios enim Romanos à Constantinopolitano
pro hæreticis haberi, quod à constitutionibus Synodorum &
Patrum secessionem fecerint: fabulam me narrare Iesuita nuga-
tur. Nec tamen refutare potest, quia verum est, & à nostris habeo,
qui Constantinopoli hodie versantur, & familiariter notisunt Pa-
triarchæ, quiq; à Patriarcha Alexandrino, Constantinopoli, cum
reliquis Græcis, panem *ἀγάπης*, absente Patriarcha Constantino-
politano, acceperunt, cum non ignoraret is, cuius essent Religio-
nis.

Refutatio defensionis

Cæterum quod addit Iesuita, Constantinopolitanum vsque ad eam Romanam audire Ecclesiam, vt etiam nuper Legatos suos in Polonia ad suæ iurisdictionis loca miserit, vt Lutheranos excommunicarent & exterminarent: Fieri quidem fortasse potest, quod vestris, quæ de nobis apud ignotos, externos & potentes, quique scripta nostra non legunt, quemadmodum etiam ea legere non permittuntur, quod etiam Iesuita non diffitetur, spargitis, mendacijs adducti, & male persuasi, tale quid acciderit. Ita enim nos traducitis passim, quod abrogatis lacris omnibus, bona opera prohibeamus Lutherani, & alia absurdissima nobis affingitis falso: Nullam esse apud nos *ἐνταξίαν*, non sancta seruari coniugij vincula, sed vagas instar beluarum exerceri libidines, Magistratui debitum non deferri honorem, sed perturbationem esse ordinis Politici maximam, meram denique barbariem in Ecclesia, Politia, & Oeconomia apud nos esse.

Quis doctrinæ & rerum nostrarum ignarus, hæc vbi audit ex sanctulis, quos fide dignos iudicat, præsertim pietatis specie se venditantibus, non ista abominetur?

Quæ tamen omnia & singula, pura puta esse mendacia, omnibus qui nostra cognoscunt, manifestissimum est.

Interim verò minimè pro suo pastore, aut vniuersalis Ecclesie capite Græci vestrum agnoscunt Romanum Pontificem: sed damnant potius, quod scis, nec in Religione per omnia cum ipso faciunt. Non loquor de Spiritus sancti processione, sed de alijs.

Quod vt videas, non grauabor hic verba ascribere, quæ Græcorum doctissimus, summæ authoritatis vir, & Patriarchæ familiarissimus, grandæuus, præteriti anni 76. Octobris die 20. ad quandam nostræ Scholæ professorem manu propria scripsit.

τῶτ' ἴδι, ὡς ἐν κεφαλαίῳ φαίναι, ὅτι εἰλικρινὴς ἀγάπη ἐν ἀμφοτέροις πολιτεύεται, εἰς δόξαν Θεοῦ: καὶ ὅτι τὰς τῆ Παπά ἀτοπίας καὶ παραβάσεις, ὡς ὑμῶν, οὐτῶ καὶ αὐτοὶ ἀποστρέφονται, ὡς θεομάχους καὶ ὀλεθρίας. Hoc est: Hoc scito, vt summaximè dicam, quod sincera charitas in vtrisque habiter, ad gloriam Dei: & quod PAPÆ ABSVRDITATES ET PRÆVARICATIONES (siue, à veritate deflexas opiniones) sicut vos, ita & nos, tanquam CVM DEO PVGNANTES & perniciosas aueremus.

Et in alijs literis: ἔγωγε τῶτοις (τοῖς ἐνταῦθα Φραστοῖς, ἢ τοῖς ποῖς ὑποταγομένοις τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς πρεσβυτέρου ῥώμης) ἀντί-

πορ, δι' ἃς ἔχουσι καταχρήσεις, καὶ καινοτομίας ἀτόπας. Καθ' ὧν, ὑμῖν μὲν ἐν πολλοῖς συμφρονέμεν, ἐκείνοις δὲ καὶ λίαν διαφρομέμεθα. Hoc est : Ego contradixi fratribus (Monachis) qui apud nos sunt, veteris Romanæ Ecclesiæ addictis, propter eos, quos habent, abusus & INNOVATIONES ABSVRDAS. Contra quos in multis nos vobiscum sentimus, ab illis verò & valde discrepamus.

Et vt amplius quid dicam (quod tamen citra arrogantiam dictum velim) viso compendio Theologiæ, quod ante quadriennium à me est æditum, & lecto Constantinopoli à quibusdam Græcis, Latinæ linguæ peritis : ita commendatum est Patriarchæ Constantinop. vt is petierit in Græcam linguam sibi transferri : quod & fit, & transmittetur illi.

Ex quibus apparet, Græcos non tam à nobis, nostræque Religionis abhorrere, quam à Romano Pontifice, eiusque Religione, quam ABSVRDITATIBVS, PRÆVARICATIONIBVS PERNICIOSIS, ET CVM DEO PVGNANTIBVS, ABVSI- BVS, ET INNOVATIONIBVS ABSVRDIS constare, palam affirmant, abhorrere.

Deniq; quòd concludit; Hinc verissimè constat, omnia Concilia Oecumenica, seu plenaria semper à Romanis Pontif. indicta, congregata, & confirmata fuisse. Hinc denique, cum Episcopice- teri Romano Pontifici scriberent, magnificis eum titulis ornantes, Episcopum Episcoporum, summum sacerdotem, Episcopum Catholicæ & vniuersalis Ecclesiæ, &c. appellarunt : Malus est Dialecticus, qui colligit & concludit, Præmissis non probatis. Scimus quidem Iulium 1. non ita multo post Concilium Nicænum, sua ad Orientales Episcopos Epistola (quam hic ab aduersario præterita miror, ideoq; eum iuuabimus etiam) gloriatum, in hæc verba scripsisse : Ipsi verò primæ sedis Ecclesiæ (Romanam intelligens) conuocandarum Generalium Synodorum iura, & iudicia Episcoporum, singulari priuilegio, Euangelicis & Apostolicis, atque Canonis concessa sunt institutis. Quia semper maiores causæ ad sedem Apostolicam, multis autoritatibus referri præceptæ sunt. Porrò dudum à sanctis Apostolis, successoribusq; eorum, in præfatis antiquis decretum fuerat statutis, quæ hæctenus sancta, & vniuersalis Apostolica tenet Ecclesia : Non oportere præter sententiam Rom. Pontificis Concilia celebrari. Et ib. Omnes maiores Ecclesiæ causæ, & Episcoporum ab eodem terminentur, &c.

Refutatio defensionis

Hæc eadem postea in Nicæna Synodo, propter prauos & hæreticos homines ab omnibus corroborata, vt ad vnam B. Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret. Idq; contra Orientales pro Athanasio ex decretis (vt fingit) Nicæni Concilij : Nec vllum, scribit Iulius, ratum est, aut erit vnquam Concilium, quod non fultum fuerit Romani Episcopi authoritate.

Hæc, quæ & Iulius 1. & hic Iesuita dixit, mera & pura puta esse mendacia, cum ex Decretis Concilij, cap. 6. & 7. quæ supra recitauimus, præter quæ, nihil aliud toto hoc de negotio extat, manifestum : tum etiam experientia notum est. Non enim Episcopi Romani quatuor prima Generalia Concilia indixerunt, aut conuocarunt, sed Imperatores Romani, Nicænum Constantinus, Constantinopolitanum Theodosius primus, Ephesinum Theodosius 2. Chalcedonense Martianus. Quomodo igitur ius hoc suum Romani neglexerunt, si habuerunt, Episcopi ? Et Leo 1. a Theodosio petit, Generalem Synodum iubeatis intra Italiam celebrari. Idem Epistola 42. a Martino petit, vt opportuniori tempore iubeat reseruari Concilium. Sed neuter Imperatorum voti sui Episcopum Romanum Leonem facit compotem. Ille enim in Asia Ephesi, & non in Italia : hic verò non differri, sed accelerari, & celebrari statim voluit Concilium. Scribit idem Leo, Epist. 45. Ephesinæ Synodo Cyrillum præfuisse.

Leo 1. Epistola 23.

Ad titulos magnificos quod attinet, quibus alij Episcopum Romanum ornarunt, in his plærunque sumus liberales. Non magno enim nobis constant. Et quia homines urbani vident, nonnullos ambitiosius illos expetere, haud grauatim illis ablandiuntur. Sed his nullum ius probari potest. Nam & matres sæpius blandius alloquentes suos infantulos, Cæsares, Reges, Principes, nobiles, illos appellare solent, cum sint mendici. Sicut nouimus quendam ædico libro, in quo amicorum collegerat ad se à diuersis doctis & magnis viris, ex varijs locis, scriptas Epistolas, datas, quibus magnificis & splendidissimis, quos captauerat studiosè, causam suam inter alia probare conabatur.

Sed vt manifestior huius & Iesuitæ & Pontificiorum omnium in hac præsentia, quam totis agunt viribus, causa, fiat vanitas : vno aut altero testimonio est demonstrandum. Concilio Carthaginensi 6. cap. 3. Zosimus Papa per suos legatos dicit, in Concilio Nicæno esse statutum, vt concedantur appellationes Episcopis damnatis, ad Ecclesiæ Romanæ Episcopum. Ideoque hanc sibi prærogatiuam decernendam petit, Sed vt ibidem cap. 4. habetur, decernunt

decernunt Patres Concilij, aliquos esse mittendos cum literis ad Constantinopolitanum, Alexandrinum, & Antiochenum Episcopos, ubi exemplaria authentica sunt, quæ sub stipulatione literarum suarum dirigant, quò omnis auferatur ambiguitas. Ibidem cap. 101. Epistolam mittit Concilium hoc, ad Bonifacium Zosimi successorem, de eadem causa, in qua significant se expectare authentica exemplaria Niceni Concilij ex Græcia. Quia hoc neq; in Latino, neq; in Græco villo inuenire potuerint. Et postea ibidè in cap. 105. literas Synodales scribunt ad Celestinum Urbis Romæ Episcopum (hæc enim pendente lite, & dum hoc celebraretur Concilium Africanum, duo superiores Papæ obierant) in hanc sententiã & verba: vt neq; excommunicatos ab Africanis Episcopis, neq; condemnatos ad se appellantes recipiat, additis causis grauissimis. Quia nullo Concilio hoc decretum sit. Imò decreta Nicæna Clericos, & etiam ipsos Episcopos suis Metropolitanis apertissime committant. Prudentissime enim iustissimeq; prouiderunt, quæcunq; negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda. Nec vnicuiq; prouinciæ gratiam S. S. defuturam, quæ æquitas à Christi Sacerdotibus, & prudenter videatur, & constantissime teneatur. Item Appellationes ad sua propria Concilia cuiq; concessa. Nisi forte quisquam est, qui credat, vnicuique posse Deum nostrum examinis inspirare iustitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilium Sacerdotibus, denegare. Impossibile præterea esse, vt Romæ omnes causæ dijudicentur: cum personæ non omnes possint propter multa impedimenta eò perducì. Vt verò Romanus Episcopus in Africam legatos suos mittat, qui causas cognoscant, nulla inuenimus, inquit, Synodo constitutum, *der Bapst sol mit seinen armen Leuten daheim bleiben / man bedörffe seiner gar nicht / dan jenseit des Bachs seind auch Leut.*

Scriinium pectoris.

Et longè ante, hoc est, annis 165. Cyprianus Martyr scripsit, Schismaticos & profanos ad Petri cathedram nauigare, & literas ferre. Contra hoc, dicit statutum esse ab omnibus, & æquum esse, pariter ac iustum, vt vniuscuiusq; causa illic audiat, ubi est crimen admissum. Nam singulis pastoribus, portio gregis sit adscripta, quam regat vnusquisq;. **NISI PAUCIS DESPERATIS ET PERDITIS, MINOR VIDETVR AVTHORITAS EPISCOPORVM IN AFFRICA CONSTITVTORVM, QVAM SCILICET ROMANORVM.** De his enim illic loquitur, ad quos scelerati confugiebant, declinantes suorum Episcoporum cognitionem.

Cypr. hb. 1. Epist. 3

Refutatio defensionis

Ex quibus apparet, maximis laboribus & sudoribus, summoq; studio, perpetuo Romanos Primatum, & regnum in totam Ecclesiam affectasse quidem: sed semper cordatos fuisse viros, & Consilia quoq; , quæ contra eorum tyrannidem, libertatem Ecclesiæ tuerentur. Nec tum temporis adhuc primatū illum Pontificem habuisse, aut vsurpassē vllō iure, non dico diuino, sed ne humana quidē auctoritate, donec contentione magna à Phoca hoc impetraret.

110. Nihil noui contra hanc aduersarius affert, sed suum coccyssum, antea sepius in æditum, repetit instar Cuculi: Romanæ Ecclesiæ fidem olim tempore Apostoli annunciatam in vniuerso mundo. Ergo etiam hodie eadem est, & semper mansit virgo, ante partum, in partu, & post partum. B. Petro primo Pontifici Romano Christum oues suas pascendas commisisse. Ergo solus, aut summus est Petrus cum suis omnibus successoribus, quales quales illi sint, Hæretici, vt Liberius Arianus, Apostata, vt Marcellinus, Magi, qualis Hildebrandus, & alij complures, scorta, vt Ioanna Papissa, Simoniaci pleriq; omnes, fratricidæ & inæstuosi, Iohan. 23, & alij, Princeps, & omnium Episcoporum Episcopus, Iurisdictionē habens super vniuersam Christi Ecclesiam, etiam Roma caput est omnium Christianorum. Nego consequentiam, quia plus est, vt
- 3, Dialectici loquuntur, in consequenti, quàm in antecedenti. Quibus addit, quod, quemadmodum Imp. Rom. potestatem habet,
 - 3, tanquam sumus Magistratus, condendi ius ciuile: ita Rom. Pontifex ius Canonicū. Non secus ac Apostoli ante diem Pentecostes regnum Messiaë imaginabantur mundanū: Ita hi quoq; homines somniant, Ecclesiam instar reliquarū esse politiarū, in quibus summum aliquod esse necesse sit caput, quod plenariam habeat potestatem ferēdi leges, quas subditos seu mēbra Ecclesiæ recipere & obseruare, quales quales illæ sint, necessariū fiet. Sicut gloriatur: vbi est Maioritas, ibi est præcipiendi potestas, reliquos manet obediendi necessitas. Quod si Papa suæ fraternæq; salutis immemor, &c. In crucem ad coruos, cum iure isto minimè Canonico. Hæc enim pro libidine cōdendarum legum potestatem Christus nemini concessit in Ecclesia, sed instructione data Apostolis, vt doceant, quæcunq; ipse præcepit, mādāt. Et Apost. proluxè & multis dānat leges istas & traditiones hominum in Ecclesiam inuectas, tanquam ad salutem æternam animarum consequendam necessarias, quæ siant opinione meriti & cultus. Coloss. 2. Nullum igitur talem in Ecclesia agnoscimus legislatorem, quasi alterum Numam, cum sua immensa, & nullis legibus circumscripta potestate.
- Alias,

Alias, de rebus adiaphoris, quæ fanciuntur ordinis causa, non damnamus. Sed sit modus istarum, ne nimia multitudine onerentur Ecclesiæ, & fiant ex ijs, quæ adiumenta pietatis esse debebant, impedimenta eius. Sicut August. de Cæremoniis multitudine suo tempore conqueritur. Quid dicturus, si resuscitatus videret totum penè cultum in Ecclesiis Papisticorum constare cæremonijs, vt sæpe propter has conciones verbi Dei negligantur.

Quod addit: Nos vna quadam Germaniæ parte Ecclesiam concludere, &c. Manifesti coarguitur mendaciæ ex Dedicatoria nostra Epist. quam supra exagitantâ hoc nomine suscepit, quod scripsimus: Confidimus quidē multos adhuc hinc inde sub signis & auspicijs Romani Episcopii militantes, externa illa specie, splendore, pompa, consuetudine longi temporis, successione loci, & similibus captos: qui tamen non omnes illius errores approbent: Sed in fundamento de gratuita Fidei per solum Christum Iustificatione, Sacramentis, & alijs doctrinæ Christianæ capitibus, nobiscum facere: præsertim vero in vitæ sine omnium istorum errorum, & nugarum Pontificiarum, Missarum, Exequiarum, Vigiliarum, meritorum, propriorum, & alienorum oblitos, ad vnicum Christi meritum, cum D. Bernhardo confugere. Horum multos in omnibus locis esse confidimus: quos pro veris Ecclesiæ membris agnoscimus, & cum Lutheranis saluari credimus. Quod si tibi Iesuitæ, cuiq; similibus, Christus vel sordet, vel cum suo merito non sufficit: licebit cum tuis Missis, Exequijs & Vigilijs, non solum in Purgatorio, sed etiam in perpetuū ignem abire: tamen sortem hanc vestram ex animo doleamus, & impedire, quantum quidem in nobis est, cupiamus. Vtinam prohibere etiam tam facile possemus.

Nec est, quod nobis vel nostram paucitatem exprobet, vel de sua multitudine superbiat, & gloriatur. Non semper enim optima placuerunt plurimis. Et Christus Ecclesiam suam, pusillum vocat gregem, ac Deo Patri agit gratias, quod hæc absconderit sapientibus huius mundi, & reuelarit paruulis. Similiter & Apostolus paucos sapientes, nobiles &c. Sed quæ abiecta sunt mundi, Deum elegisse. Licet nec paucitate, nec multitudine vera Dei sit æstimaanda Ecclesia: sed verbi Dei veritate, quæ vbiq; fuerit reperia, siue apud paucos, siue apud multos, vera Dei est Ecclesia, attestatibus, Christo, qui est veritas, & dicente, si manseritis in sermone meo, & sermo meus manserit in vobis, verè discipuli mei eritis, & cognos-

Refutatio defensionis

& cognoscetis veritatem : & eius Apostolo Petro dicente : In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus : sed in omni gente, qui timet eum , & operatur iustitiam , acceptus est illi.

100. Nihil contra hanc nostram noui Iesuita assert , sed coccysum suum subinde ingeminat, Romanos Episcopos , & cum eis consensientes, Catholicam Ecclesiam à Patribus dictā : & Catholicam prorsus eandem esse, quam Romanam, omnesq; omnium temporum oues Christi , & Ecclesias Particulares , D. Petro, eiusq; successoribus ab ipso Christo commissas & commendatas esse.

Horrendorum , manifestorum , & palpabilium mendaciorum non pudere Iesuitam mirarer, nisi fronte hominem carere , iam dudum cognitum esset & perspectum ex præcedentibus. Nam q̄ Patres olim multa tribuerunt Romanis Episcopis & Ecclesiæ, dum adhuc sincera illic floreret Religio, quid hoc ad eos qui sunt subsequuti, quiq; neglecta doctrina cœlesti, iurisdictionem & dominium affectarunt singulare ? Qui amisso veri Dei cultu, Idololatriam multiplicem inuexerunt de quibus hætenus. Sicut nec hos ipsos quicquam iuuat, quod Apostolus scribit suo tempore si de eorū in toto mundo prædicari, Vos enim qui iam estis: Quod si idem sunt prorsus vt Iesuita vult, Catholica & Romana Ecclesia, & inter se conuertuntur, nouum erit faciendum Symbolum , & inferendum, ac dicendum: Credo Ecclesiam sanctam, Romanam, vt certò ab omnibus cognoscatur, quæ sit vera Dei Ecclesia in terris. Et vbi obsecro te, à Christo omnes omnium temporum & locorum oues eius, sunt commissæ, vel Petro vel eius successoribus ? Suprà enim ostensum est, locum illum : Pæce oues meas, nihil ad institutum facere.

Quodq; Papam omnium Christianorum caput à Christo constitutum vocat, à quo Ius Canonicum prodierit, sicut ab Imperatore Romano Ius ciuile. Agnoscimus quidem hoc pro ingenti Dei beneficio, quòd Ius certum in Politia habeamus, rationi, & æquitati consentaneum, quo iustitia in toto Imperio, certis & honestis legibus conseruatur. In malam verò rem, cum iure vestro minimè canonico, in quo etsi sunt bona, tamen multa sunt mala, sicut vsitato versu dicitur, quo summa eius describitur :

Sunt bona, sunt mala, sunt mediocria multa.

Nos certè in Ecclesia Christi nullum agnoscimus nouum Legislatorem,

latorem, cum immensa illa quam sibi arrogat Rom. Pontif. & nullis terminis circumscripta potestate.

Et sicut hodie Roma, quod ad iurisdictionem & potestatem temporalem (unde Iesuita hic analogia quadam probare cupit primatum Romani Pontificis) non amplius mundi caput est, aut nuncupatur, amisit enim hanc ingentem prærogatiuam & ornamentum: Ita nec Ecclesia Romana, mater, princeps, aut caput aliarum Ecclesiarum Episcopus Romanus, nisi suorum, non autem verorum est Episcoporum: Non Christi vicarius, sed Antichristus est.

Cæterum quod ad caput Ecclesiæ attinet, sæpè dictum est & probatum supra ex scriptura sacra, Ecclesiam vnicum habere caput in coelis, & in terris, Christum à Deo datum, qui nusquã ab illa abest, sed illi præsentissimus omnibus diebus vsque ad consummationem seculi: Nec monstrum esse biforme, aut biceps, sed corpus vnicum, sub vnico capite Christo, ad quem, & minime Pontificem Romanum est alligata. Hic autem vbicumque sit, siue Romæ, siue in Gallijs, Antichristus est, & manebit, quem ille spiritu oris sui iam interfecit, & destruet penitus illustri suo aduentu.

Mendacium porro est apertum, quod Iesuita subiungit: sic aduersarius Ecclesiam Christi veram clamitat non eam esse, quæ semper, quæ vbique sit, & fuerit: quæque nationum ac populorum consensum habeat, sed quæ vna quadam Germaniæ parte conclusa, mutuis & assidujs dissensionibus ardet, & flagrat, donec penitus absumatur: Hoc enim vos Papafellos nomine vel maxime reprehendimus & accusamus, quod Ecclesiam ad eo angustis includatis terminis, alligantes tantum ad Romanum Episcopum, quem qui legislatorem, caput & dominum agnoscere noluerint, alienos esse à Christo, impie docetis. Sicut olim Donatistæ se, suamque partem in Africâ, Ecclesiam esse Dei volebant.

Nos verò nequaquã vnica Germaniæ parte conclusam esse docemus, vel te ipso teste, qui in præfatione hoc nomine me grauissimè exagitasti, quod scripserim: Confidimus quidem multos ad huc hinc inde sub signis, & auspicijs Romani Episcopi militantes, &c. non omnes illius errores approbare, sed in fundamento nobiscum facere. Neque solum in ijs locis, sed in Asia quoque, Armenia, & alibi, Licer hoc quoque verum sit, nec vos propter multitudinem, Ecclesiam Dei esse veram, nec nos propter paucitatem à Deo abiectos, Neque enim toto Mundo in malitiam conspirante,

Refutatio defensionis

ideoq; aquis Diluuij pereunte: Idcirco Noach cum suis Deo grati minus fuere?

Præterea quod ad consensum populorum, supra dixi, quem verum agnoscamus consensum, nempe in doctrina Prophetica & Apostolica, extra quam nullus est pius consensus, sed prophana & impia conspiratio.

Ad hæc, quod ad nostras dissensiones mutuas: videbis Iebusæe quod & supra dixi, maiorem breui consensum inter nos omnes, nostrasque Ecclesias, quæ Augustanam complectuntur Confelsionem, quam cupias. Videbis inquam, non quod dicere soletis, quot capita tot sensus: sed dissensionibus positis, controuerfis scriptis, erroribusque qui varijs authoribus irrepserant (quis enim hæc prohibere potest? & omnibus seculis talia acciderunt) multa, Deo sit laus, millia piorum & syncerorum Doctorum ac Ministrorum Ecclesie, magna animi læticia idem sentire & loqui in Christo, pulcherrimeque consentire, de omnibus partibus doctrinæ Christianæ. Nunquid igitur non iam paulatim audita hac Harmonia suauissima, incipies cum tua parte, nostram pro vera agnoscere Ecclesiam? sed non vsquequaque ignota nobis sunt ingenia Pharisæica. Sat scio, dentibus tuis frendes, & contabesces, quia desiderium tuum impium, quod speras nos, vt dicis, penitus absurdum dissidijs nostris, peribit. Vtinam tu non vnâ pereas in æternum: quod tum futurum est, cum aberroribus tuis, quos foues plurimos, eosdemque crassissimos, (liquidem nullus est tam absurdus, tam manifeste cum Scriptura sacrosancta è diametro pugnans, cui tu non patrocinari contra conscientiam (quod metuo) coneris, acta pœnitentiæ resipueris.

Postremo, quod silentio & patientia magis, quam verbis, contumelias meas, quas in Ecclesiam Romanam congeram, confutandas sibi existimat: contumelias aut conuicia ego nulla agnosco, sed veritatem esse totus clamat orbis Christianus, esse eam sanguinariam, eruentam, Christo aduersantem, piorum persecutricem, denique Babylonem.

Idque nouum non est, nec hoc demum seculo inceptum: sed per multa id iam durat secula. Quas enim non turbas illa dedit in Imperio: quæ bella non excitauit, fouit magna cura, & sollicitudine, vt illis implicaret, & inuolueret Monarchas orbis Christiani, vt se mutuo armis conficerent, & vires suas debilitarent? Quot millia piorum Martyrum miserimè excarnificauerunt: gladio, flamma, fure, flumine?

Quæ cum

Quæ cum luce meridiana sint clariora: haud stultè sapere vi-
detur Iesuita, quòd silentio sibi prætereunda iudicat, suam interim
prædicans patientiam. Si enim negaret ista, impudentissimus me-
rito ab omnibus haberetur, quòd solus negaret ea, quorum constat
contrarium,

Status huius propositionis est: vtrum Ecclesiæ fundamen- III.
tum solus sit Christus: an verò & super Petrum, & consequenter
Pontificem Romanum sit ædificata. Respondet Iesuita, & facit
duplex Ecclesiæ fundamentum, Primarium ac Essentiale, & secun-
darium, quod & vicarium vocat, videlicet Petrum, super quem
Christus suam ædificauerit Ecclesiam, & sic etiam Pontificem Ro-
manum Ecclesiæ dici fundamentum. Idque multis probare con-
tur Scripturæ etiam sacræ testimonijs, ne absque Scriptura loqui
videatur, Quod nec ipse diffitear. Quia Christus hoc sensu promi-
serit, se Ecclesiam super Petrum, (vt ex Syriaco textu manifestè
colligatur, cum Cephas, id est, saxum, vel Petra, vel Petrus, absque
vlla vocabuli mutatione repetatur) ædificaturum.

Atqui maximè ego diffiteor: quòd cum scripturæ sacræ sen-
su genuino pugnet. Nemini autem obscurum est, vocabula seruire
rebus, & non contri: à pluresquæ esse res, quàm verba. Ideoque dan-
da opera, in scripturæ sacræ interpretatione, vt vbi vocabulum
est ambiguum, ita interpretemur, ne cum re ipsa pugnet. Manifes-
tum autem est ex ipsa scripturæ sacræ analogia, vbi seipsam inter-
pretatur: Christum, & non Petrum Apostolum, Petram esse illam,
super quam Ecclesia est ædificata. Isai. 28. Ecce, dicit Dominus,
ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, lapidem
preciosum, probatum, in fundamento fundatum, qui crediderit,
ne festinet. Quemadmodum & Apostolus Paulus Petram, non 1. Cor. 10.
de Petro, sed de CHRISTO interpretatur: Bibebant, inquit, om-
nes de spiritali consequenti eos Petra: Petra autem erat CHRIS-
TVS. Item: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id
quod positum est, quod est CHRISTVS IESVS. Vniuersalis
est propositio negatiua, excludens omnia reliqua, quæ assuit Ie-
suita, & de suo contingit ingenio, fundamentum Ecclesiæ aliud
secundarium, & vicarium. Sed ne fortè Iesuita opinetur, Apo-
stolum Paulum collegæ Petro tantam inuidisse gloriam, ne cum
eius dignaretur honore, & sic humani quid passum: præstat au-
dire Petrum ipsum, quomodo verba Christi, quæ ex ore sibi
loquentis audierat, intellexerit, & sit interpretatus.

Refutatio defensionis

Hic autem non se se hunc lapidem preciosum, aut Petrum asserit, super quem ædificata sit Ecclesia, verum de Christo Domino interpretatur, in hæc verba scribens: Ad quem (Dominum Christum) accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum, & honorificatum, & ipsi SUPER HVNC ædificamini tanquam lapides viui, in domos spirituales affirmat. Non ergo super Petrum, sed super Petram, qui est Christus, ædificata est Ecclesia, hic fundamentum est, qui sustinet structuram illam, & non Petrus; qui nimis erat infirmus sustinendæ molli tantæ.

Iohan. 14. 16. Et quidem non ignoro Patres etiam alicubi interpretari locum istum de Petro. Sed non quid Patres senserint nobis attendendum, verum quid Spiritus sanctus Apostolis à Christo promissus, & exhibitus, qui omnem veritatem ipsos docturus erat, & suggesturus omnia, quæcunque Christus dixerat illis, obseruandum. Hi enim doctores Ecclesiæ à Christo sunt emissi, & vt audiamus eos commendati. De his enim proprijsimè Dominus dicit: Ite in orbem vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui vobis audit, me audit.

August. expof. in Euang. Iohan tractatu 124. Nec tamen Scriptorum quoque Ecclesiasticorum, quos Patres vocant, testimonijs destituimur. Sic enim Augustinus scribit: Sed quando (Petro) dictum est: Tibi dabo clauis regni cælorum, &c. Vniuersam significabat Ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis tentationibus, velut imbribus, fluminibus, tempestatibusque quaritur, & non cadit, quoniam FVNDATA EST SVpra PETRAM, vnde & PETRVS NOMEN HABET. Non enim à PETRO, PETRA: sed PETRVS à PETRA, sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur. Ideo quippe ait Dominus: Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quia dixerat Petrus: Tu es Christus filius Dei viui, super hanc ergo inquit, Petram, quam confessus es, ædificabo Ecclesiam meam, Petra erat Christus, super quod fundamentum, etiam ipse ædificatus est Petrus.

Id. expof. in Epist. Iohan. tractatu 10.

Idem alibi. Quid est, super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam? super hanc fidem: super id quod dictum est, tu es Christus filius Dei viui, super hanc Petram, inquit, fundabo Ecclesiam meam.

Id. de verbis Domini.

Et idem iterum. Deinde addidit: Et ego dico tibi, tanquam diceret: Quia tu dixisti mihi: TU ES CHRISTVS FILIVS DEI VIVI: Et ego tibi: TU ES PETRVS. Simon quippe antea vocabatur, Hoc autem nomen ei, vt Petrus appellaretur, à Domino impositum est, & hoc vt ea figura significaret Ecclesiam, Quia enim Christus

Christus Petra, Petrus populus Christianus, Petra enim principale nomen est, idèd Petrus à Petra, non Petra à Petro, quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur. Tu es ergo, inquit Petrus, & super hanc Petram, quam cognouisti, dicens: Tu es Christus filius Dei viui, ædificabo Ecclesiã meam, id est, super me ipsum, filium Dei viui, ædificabo Ecclesiã meam. Super me ædificabo te, non me super te. Nam volentes homines, dicebant: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ipse est Petrus. Et alij qui volebant super Petrum, sed super Petram, ego autè sum Christi. Apostolus autè Paulus, vbi cognouit se eligi, & Christũ contemni, Diuisus est, inquit Christus: Numquid Paulus p̄ vobis crucifixus est: Aus in nomine Pauli baptizati estis: Quomodo nõ in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Chrsti, vt Petrus ædificaretur super Petram, & non Petra super Petrum.

Audi Iesuita, vbi manet fundamentum tuum secundarium, vicarium.

Porro quod Apostolus dicit, Ecclesiã ædificatam esse super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum: nequaquam personas illorum intelligit fundamentum esse Ecclesiæ, sicut nec Ioannes in Apocalypsi, sed ratione officij & doctrinæ, qua iecerunt, tanquam architecti sapientes fundamentum, lapidem illum preciosum, Christum, vt Apostolus interpretatur seipsum, præter quod nemo potest aliud ponere, sicut Moses & Propheta, non ipsi fuere fundamentum Ecclesiæ, sed architecti, iacentes fundamentum hoc ipsum, & non aliud, Christum Iesum, Moses, inquit Christus, de me scripsit. Scrutamini scripturas, illæ enim sunt, quæ de me testantur. Hoc similiter & reliqui fecere Propheta, qui omnes testimonium perhibuerunt de illo.

Eph. 2.

Apoc. 21.

Ioh. 5.

Act. 10.

Sed hoc fundamentum & lapidem preciosum, vt olim ædificantes Pharisei, Scribæ & Pontifices, qui videri & haberi volebant architecti, reprobauerunt: ita eodem planè modo, Pontifices Romani, Episcopi, Iesuitæ, & alij horum similes, hoc tempore, a fundamento vnico Apostolorum & Prophetarum, quod iecerunt hi sua doctrina & scriptis, recedentes, vt suos errores stabi- liant, corrumpunt, & lapidem preciosum reprobant. Docet enim, non solo Christo lapide angulari, sed proprijs operibus & meritis, nitendum & sidendum esse. Non solum ergo non fundamentum sunt, quocumq; modo id dicatur, Ecclesiæ: sed ne ædificatores quidem, verum destructores & eversores domus Dei, quæ est Ecclesia ipsius, de quibus scriptura dicit, quod euertant fundamentum. Ideoq; & ipsi vicissim à Deo repudiati & abiecti sunt, & ad omne opus bonum reprobi: Non Petri Apostoli, sed Iudæ potius Iscariothæ successores;

Refutatio defensionis

112. 113. 114. » Intolerabilem me Ecclesie Christi aspergere dicit calumniam
» Iesuita, quod negauerim Ecclesiam Romanam ideo Catholicam
» esse, quia scripta Apostolica ad hæc vsq; tempora conseruarit,
» non magis quam Iudæi, qui scripta Prophetica omni diligentia
» custodiant. Ac ingens discrimen esse in hoc dicit, inter Iudæorum
» Synagogam, & Ecclesiam Christi Catholicam, quod illa volu-
» mina sacra tantum, quod ad corticem verborum attinet, non in-
» tellecta conseruarint, & quidem tantum veteris Testamenti, eosq;
» quos in suum Canonem receperint. At Ecclesia Catholica totam &
» integram scripturam, & eorum germanum, verum & Apostolicū
» eius sensum.

Non ignoro, mi Iesuita, discrimē hoc, & verissima esse scio hæc
de vera Christi Ecclesia Catholica. Sed quid hæc ad Romanam ve-
stram, cum qua nobis est negotiū, Ecclesiam? Hanc enim Catho-
licam & Apostolicā esse negamus. Et quod ad germanū scripturæ
sacræ sensum, quem firmis argumentis probauimus, attinet, nullū
prorsus inter vos & Iudæos est discrimen: vtriq; cæci, & cæcorū
duces, & in tenebris densissimis ambulantes. Sicut hætenus mul-
tis exemplis & testimonijs est comprobatum, quemadmodum &
præcedenti propositione est luculenter demonstratum. Nec opus
est cumulare multa, vt tandem ad finem perueniamus.

115. 116. De traditionibus, his duabus agitur, quas ideo me reijcere dicit,
» quod videam evidens per eas mihi periculum imminere. Respon-
» deo. Quemadmodum olim Pharisei, tempore Christi, pluris facie-
» bant Maiorum suorum Traditiones, quam ipsum Dei verbum,
» & pp̄ter illas præcepta Dei transgrediebantur: Ita etiam hodie no-
» ui hi Pharisei, cum suos cultus, ab hominibus excogitatos, ex
» Scriptura sacra defendere non possint, in harum (vt Irenæus de hæ-
» reticis loquitur) accusationem conuersi, quasi non sufficiant, ad
» traditiones cōfugiūt, easq; magnis ornant encomijs, ad Apostolos
» authores eas referentes, cum hominum sint figmenta, & maxime
» cum scriptis eorum pugnent: Planiores & pleniores esse Scripturam,
» vociferantur. Ex his Scripturæ interpretationem petendam: Fidel-
» deniq; certissimum esse fundamentum. Quæ verissima esse de illo-
» rum institutis & religione, omnino fatemur: q̄ de his in Scriptura
» sacra Canonica, Prophetica & Apostolica, nihil prorsus habeatur.

Quod igitur veterem esse dico imposturam, nomine & prætex-
tu viuę vocis & traditionum Apostolicarum, in Ecclesiam multa
inuehere, idq; ex ipsiusmet Apostoli Pauli verbis probō, dicen-
tis: Ne cito demoueamini à mente, neq; turbemini, neq; per
2. Thess. 2. Spiritum

Spiritum neq; per sermonem, &c. Id valdè male habet Iesuitam. Si enim Paulus his verbis, inquit, (sicut aduersarius) ait, monere voluit, vt à traditionibus caueremus, cur idem Apostolus in eodem capite, disertis verbis præcipit nobis, vt religiose Traditiones obseruemus. Sic enim ait: Ita q; fratres stare, & tenere traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per Epistolam nostram.

Respondeo, Paulū his verbis nequaquam de externis ritibus & ceremonijs loqui, quæ variant temporibus, locis & personis: sed de doctrina, quam ipsis annunciauerat, partim coram, partim Epistola præcedenti. Quod manifestè ex eadem apparet. Sic enim ibi scribit: Nostis, nos libertate vsos in Deo nostro, ad loquendū apud vos Euangelium Dei, cum multo certamine. Hoc Dei Euangelium, quod ipsis prædicauerat, & etiam scripserat, in hac posteriori vocat *κατάδοξον*, hoc est, traditam doctrinam, viua scilicet voce, & Epistola. Neq; enim aliud præsens docuerat, aliud absens scripsit. In hac vult eos stare, eam firmiter tenere, nec se ab ea auelli, aut dimoueri patiantur. Loqui autem Apostolum de hac sui Euangelij Doctrina: ex immediatè præcedentibus verbis ibidem est manifestissimum, quæ sic habent: Nos autem debemus gratias agere Deo semper de vobis, fratres dilecti à Domino, quòd elegerit vos Deus ab initio ad salutem, per sanctificationem spiritus, ac fidem veritatis. Quo vocauit vos per Euangelium nostrū, ad obtinendam gloriam Domini nostri Iesu Christi. Et hic addit: Stare igitur fratres & tenere *κατάδοξον*, Institutiones (vt reddidit Erasmus) nostras, quas edocti estis, siue per sermonem, siue per Epistolam nostram.

1. Theff. 2.

Non igitur secum, neq; nobiscum etiam pugnat Apostolus, neq; Iesuiticam confirmat opinionem, aut interpretationem quam affingit Paulo, vt suæ Ecclesiæ traditiones adstruat. De his enim, vt demonstratum est, minimè loquitur. Sicut neq; sequenti capite, vbi præcipit Apostolus, vt se subducant ab omni fratre, qui inordinatè se gerit, & non iuxta institutionem (vt iterum reddidit Erasmus) quam accepit à nobis. Vbi iterum de doctrina à se tradita loquitur, quemadmodum præcedenti capite. Sed Iesuita fascīnatus suorum Maiorum traditionibus, nihil videt, nihil somniat, nihil cogitat, nihil deniq; crepat, nisi traditiones. Quibus etiam, vt refert Eusebius, non solum Papias, vicinus admodum Apostolorum temporibus, est seductus: verum etiam multis post se Ecclesiasticis viris, erroris præbuit causas.

2. Theff. 3.

Hist. Eccles. lib. 3.
cap. vlt.

Et ita

Resutario defensionis

Et ita Artemoniani quoque hæretici, ut ibidem habetur, docuerunt: Etiam ipsos Apostolos, ita vel suscepisse, vel cæteris tradidisse, sicut nunc ipsi asserunt, Et hanc veritatem prædicationis esse seruata, usque ad Victoristempora. Quemadmodum etiam Clemens Alexandrinus scribit: Basilidem Hæreticum gloriatum, se Glauccio quodam, qui fuerit Petri interpres, Magistro usum.

Recte ergo scripsi in Disputatione, veterem hanc esse imposturam, prætextum illum viuæ vocis, & traditionum Apostolicarum. Nec, ut Iesuita calumniatur, corruptè citavi Apostoli locum. Ideoque cum pugnantibus cum scriptis Apostolicis, eorumque sententia, traditiones reijcimus, non dissidentia causa nostra sit: sed quod Apostolorum istæ esse non possint, quia contraria his quæ scripserunt, de quibus certi sumus, tradere non potuerunt, ideoque ipsorum non esse. Vos vero, quia vestra dogmata, & cultus eorum scriptis indubitatis probare nequitis, ideo ad incertas con-

» Quod verò infert aduersarius, cum reijciamus traditiones, ip-
» sam quoque scripturam sacram nos reijcere necessum esse; quod eas
» non nisi per Apostolicas & Ecclesiasticas Traditiones habeamus,
» adeoque tandem nullam scripturam, nullam religionem, fidem nullam
» amplius tueri nos posse. Sophistam agit, & calumniatorem.
» Nusquam enim (ut ipse captiosè præponit indefinite dicens: ad
» uersarius reijcit traditiones) in vniuersum omnes ex æquo reijci-
» mus, sed eas tantum, quæ cum scriptis Apostolicis, eorumque
» genuino pugnant sensu, ab hominibus scilicet excogitatae & po-
» sita Ecclesiae obrusæ. Ideo omnes ad normam & regulam scripturae
» Apostolicæ examinandas docemus. Iniuriam itaque luculentam
» nobis facit, hoc modo colligens: ergo etiam scripturarum
» traditionem. Hanc enim certam, firmam, & indubitatam esse con-
» fianter magna voce testamur, & pro hoc ingenti beneficio gratias
» agimus Deo, Patri misericordiae, quod non solum viua voce,
» verbum suum Ecclesiae annunciari voluerit: sed etiam Prophetas
» & Apostolos suo Spiritu sancto excitauerit, ut quæ viua voce
» prædicauerunt, scriptis consignarent, eaque Ecclesiae in manus tra-
» diderint. Sicut Moyses sua scripta Collegio sacerdotum custodienda
» tradidit. Sic Euangelistæ & Apostoli sua, quæ Ecclesiis, quibus
» inscripserunt, tradidere.

Quare in primitiua Ecclesia valde sollicitè & diligenter scriptores Ecclesiastici de his inquisuerunt. Quod apud Eusebium in hist. Eccles. est videre. Similiter & apud Hieronymum, Ne nostra
pro

pro genuinis reciperentur. Ideoque quædam non sunt recepta, testatur Augustinus, quod non tales vel suis temporibus extiterunt, ut eis fidem haberet Ecclesia, atq; in autoritatem Canonicam sanctorum librorum, eorum scripta reciperet. Nec solum, quia non tales erant, quibus narrantibus credi oporteret, sed etiam quia scriptis suis quædam fallaciter indiderunt, quæ catholica atque Apostolica regula fidei, & sana doctrina condemnat.

August. de consensu Evangelistarum lib. 1. cap. 1.

Et alibi. Omittamus igitur earum scripturarum fabulas, quæ Apocryphæ nuncupantur, eo quod occulta earum origo non claruit Patribus, à quibus vsque ad nos autoritas verarum scripturarum, certissima & notissima successione peruenit

Id. de Ciuit. Dei lib. 15. cap. 23.

In his autem Apocryphis, etsi inuenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa, nulla est canonica autoritas. Scripsisse quidem Enoch, negare non possumus. Sed non frustra non sunt in eo canone scripturarum, qui seruabatur in templo Hebræi populi succedentium diligentia sacerdotum. Cur autem hoc? Nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt. Nec vtrum hæc essent quæ ille scripsisset, poterat inueniri, non talibus proferentibus, qui ea per seriem successione reperirentur rite seruasse.

Et iterum: Legunt scripturas Apocryphas Manichæi, nescio à quibus sutoribus fabularum, sub Apostolorum nomine scriptas: quæ scriptorum suorum temporibus in autoritatem sanctæ Ecclesiæ recipi mererentur, si sancti & docti homines, qui tunc in hac vita erant, & examinare talia poterant, eos vera loquutus esse cognoscerent.

Id. contra. Faust. Manich. lib. 22. cap. 19.

Idem. Lucas ita scripsit, ut solus eius liber fide dignus habetur, in Ecclesia de Apostolorum actibus narrantis, reprobatis omnibus, qui non ea fide, qua oportuit, facta, dictaque Apostolorum ausi sunt scribere.

Id. de consensu Euangelist. lib. 4. cap. 8.

Scripturam itaque sacram principaliter à Deo habemus, cuius ea est Epistola ad genus humanum, cœlestibus confirmata miraculis. Ecclesia autem omnium temporum, quæ audierat Prophetas, filium Dei ipsum, eiusque Apostolos, & videret cœlestia miracula, quæ illi ad confirmandam suam doctrinam ædiderant: acceperat etiam bona fide hæc ab eis scripta, testis fuit, & est fide dignus, qui de illis testatur, eaque per manuum traditionem, ad posteritatem propagauit.

Hanc ergo traditionem scripturarum amplectimur, quia scripturæ sacræ ipsissima per se sunt veritas, cœlestibus miraculis &

Refutatio defensionis

uentibus vaticiniorum, quæ in his scriptis continentur confirmata.

Alias verò traditiones cum hac scriptura Canonica, Prophetica & Apostolica pugnantēs: Qualis illa est, de qua modo diximus, voto nempe virginitatis, cœlibatu sacerdotum, & alijs huius farinae: non recipimus, à quocunque tandem sint profectæ, etiamsi à Gal. 1. Concilijs, Pontificibus, vel Ecclesia, imò, etiamsi ab Apostolo, Anathema esse statuamus,

Quod verò ad ritus attinet & cæremonias, non impias, sed ordinis causa institutas, totum hoc genus, rerū liberarum, inquit Augustinus, habet obseruationes,

117. In hac Papiæ proposui exemplum ex Eusebio: sicut & in præcedentis confirmatione. Ad quod Iesuita quid respondeat, aliud non habet, nisi quod dicit, se non defendere cuiuscunque hominis priuati opiniones. Atqui non hoc quærimus, num rectè ille fecerit nec ne: damnatur enim factum hoc ab ipso Eusebio. Sed pericula & incommoda, quæ ex traditionibus humanis proficiscuntur, ostendere exemplo proposito voluimus, vt eas cauere disceremus. Sicut Christus hoc nomine Iudæos damnat: quod propter maiorum traditiones, transgrediantur præcepta Dei.

Deinde vt ostenderemus, earum originem & incrementa, quæ quidem initia sint exigua, vt pote ab vno aliquo autore profectæ, postea latius serpent, donec paulatim se diffundant, & ad alios propagentur, & à multitudine incauta recipiantur, vsu confirmantur, & tandem publico consensu obseruentur tanquam ab Apostolis, vel Ecclesia profectæ. Sicut ieiunia, discrimen ciborum, prohibitio coniugij à Montano hæretico, initium acceperunt, qui etiam primum hoc nomine est damnatus ab Ecclesia: sed hæc postea, licet autore damnato, easdem recepit traditiones, & etiamnum magno consensu, tanquam traditionem Apostolicam obseruat. In malam itaque rem, cum istis eiusmodi vestris traditionibus, quæ etsi speciem videantur habere sanctimonie Angelicæ & sapientie: tamen quia nos abducunt à capite, & ex sensu carnis proficiscuntur, & sunt tantum doctrine hominum, in superstitione: ideo secundum Apostoli præceptum vitandæ.

118. Multa mala ex traditionibus istis, quæ sub prætextu nominis Apostolorum, in Ecclesiam sint inuectæ, orta esse successu temporis, dixi.

dixi, Quod Iesuita non negat, sed suo silentio confirmat, tan-
 tum instantias quasdam dat, quibus non soluitur argumentum,
 nempe abusus quoque, errores, & hæreseis etiam esse exortas, & “
 Epistolas Pauli ab indoctis deprauatas. Verum hæc nihil impe- “
 dire, quò minus sacræ traditiones illæ sã maneant. Sed non est ea “
 dem ratio traditionum istarum, præsertim impiarum, contra quas
 agimus; quæ sacræ Scripturæ & Epistolarum Paulinarum, non
 eadem origo. Verum ingens discrimen. Scriptura enim diuini-
 tus est tradita per Spiritum sanctum, oraculum Dei. Traditiones
 ab hominibus excogitatæ, quibus frustra DEVS colitur. Ideo
 cum ingens sit dissimilitudo, non procedit argumentum, quod il-
 lis quoque notum est, qui primis tantum labris artem Dialecticam
 gustauerunt.

Matth. 15.

Hic Iesuita certam tradit Regulam ex Augustino, ex qua co- “ 119.
 gnosci possit, quæ sint Apostolicæ traditiones, nempe, illa quæ “
 non sunt scripta sed tradita, quæ in toto orbe terrarum, per vni- “
 uersam custodiuntur Ecclesiam, intelligi datur, vel ab ipsis Apo- “
 stolis, vel plenarijs Concilijs præcepta, benè creduntur. Exem- “
 plum ex Hieronymo profert Iesuita, quadragesimale ieiunium “
 Apostolicam esse traditionem.

Et quidem quod ad D. Augustinum, magna est illius au-
 thoritas in Ecclesia, de qua benè meritus est: sed quod venia
 illius dicamus: non conferenda ea, quæ scripto post se reliquit, cum
 Canonice scriptis. Sicut ipse quoque & de se, & de Hieronymo,
 & de reliquis Patrib. Ecclesiasticis omnibus, ad illū ipsum scripsit,
 & de libertate, quam ipse nobis concessit, quaque prior con-
 tra Cyprianum vsus est, cum eius vrgeretur ab aduersarijs autho-
 ritate.

August. Epist. 19.
 ad Hieronymum.

Et vnde ab Apostolis ita profecta esse, benè creduntur, cum
 fides sit ex auditu, Auditus per verbum Dei, illa autem hoc desti-
 tuantur? Præsertim cum & ipse dubitet, ab Apostolis ne, an ve-
 ro Concilijs istæ sint præceptæ.

Et quanta sit istarum, quas ad Apostolos referunt, Traditionum
 certitudo, vel vnicum illud notissimum docet, traditionis Apo-
 stolicæ, de Paschatis diuersa obseruatione, exemplum. Cum Ori-
 genes Hist. Eccles. Euseb.,
 entales decimaquarta Luna, vnà cum Iudæis obseruarent, idq; sibi
 lib. 5. cap. 23. 24.
 a suo Apostolo & Euangelista traditum esse constanter affirma-

Refutatio defensionis

rent, ordinaria suorum Episcoporum successione probantes. Occidentales verò Ecclesiæ, die Dominica post, nempe Resurrectionis Dominicæ Pascha celebrarent, idque etiam suo Apostolo Petro acceptum referrent. Vnde ingens, & valdè exitiosum, exortum est, non sine maximo totius Ecclesiæ vniuersalis scandalo, schisma, cum Victor Episcopus Romanus Orientales Ecclesias omnes, quòd non eadem secum die Pascha celebrarent, excommunicaret. Quo tamen nomine, seuerissimè ab Irenæo rectius sentiente, repræhensus est.

Quòd si tanta est Apostolicarum traditionum necessitas: cur prima illa, quæ certa est, & à Luca descripta, à Spiritu verò sancto, in Apostolorum Concilio magno facta traditio, nusquã amplius ab Ecclesia obseruatur, de abstinentia à sanguine & suffocato?

Act. 15.

Et quòd ad Hieronymum, qui asserit, quadragesimale ieiunium Apostolicam esse traditionem: facilius id dicitur, quàm probatur, Lutherum verò Hæreticas introduxisse commestationes, ait Iesuita. Aliquem ex veteribus Pharisæis murmurantem, mihi videor audire, & dicentem: Cur nos & discipuli Iesuitarum ieiunamus: Discipuli verò tui non ieiunant? sed Christus cultum hunc Pharisæicum, valdè scœdum describit, dum per secessum abire a se firmat.

Ignat. Epist. ad Philip.

Et quanta varietas ieiunij in primitiua Ecclesia fuerit, præter historiam Ecclesiasticam, etiam Patres docent. Ignatius, etsi quadragesimæ faciat mentionem: tamen hoc quoque addit: Quicumque Dominicam aut sabbathum ieiunauerit, præter vnum sabbathum Paschæ, IPSE EST CHRISTI INTERFECTOR.

August. Epist. 86.

Augustinus verò prolixè multa de ieiunio differens, inter cæteraplane contrarium dicit: In Romana, inquit Ecclesia, quarta, sexta, & SABBATHO ieiunatur. Ergò secundum Ignatium Romani sunt Christi interfectores. Vbi addit Augustinus: Ego in Euangelicis & Apostolicis literis, totoque instrumento, quòd appellatur, Testamentum Nouum, animo id reuoluens, video præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus oportet non ieiunare, & quibus oportet, præcepto Domini, vel Apostolorum, non inuenio definitum.

Nequaquam existimandum, Apostolos contraria ijs quæ scripserunt, tradidisse: Manifesta autem Pauli verba sunt: Nemo vos iudicet in cibo & potu, &c. Si ergò mortui estis cum Christo ab elementis huius Mundi, quid adhuc tanquam viuentes mundo discernitis?

cernitis? Ne tetigeritis neq; gustaueritis, neq; contrectaueritis, quæ sunt omnia in interitum iplo vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione, & humilitate, &c.

Eccles. Hist. lib. 5.
cap. 24.

Multo verò Augustino antiquior Irenæus, Apostolorumq; temporibus vicinior, ad eundem scribens Episcopum Ro. Victor, inter reliqua hoc quoq; subiicit: Non solum, inquit, de die Paschæ agitur controuersia: sed & de ipsa specie Ieiuniorum. Quidam enim purant, vno tantum die obseruari debere Ieiunium, alij duobus, alij pluribus, nonnulli etiam quadraginta, ita vt horas diurnas, nocturnasq; computantes, diem statuunt. Quæ varias obseruantia, non nunc primum, neq; nostris temporibus coepit, sed multo ante nos, ex illis (VT OPINOR) qui non simpliciter quod ab initio traditum est tenentes, in alium morem, vel per negligentiam, vel per imperitiam postmodum decidere. Et tamen nihilominus isti, etiam cum in obseruantia variarent inter semetipsos, & pacifici fuerunt semper nobiscum, & sunt. **NEC DISSONANTIA IBI VNI, CONSONANTIAM RV-
PIT FIDEI.**

Ex quibus Irenæi, sicut & D. Augustini verbis manifestè apparet, nullas statas & certas, tum extitisse Ieiuniorum leges. Ideoq; nec Apostolicam esse, iuxta eiusdem Augustini regulam, Ieiunij traditionem. Et rectè Eusebium ex Apollonio de Montano scripsisse: Hic est qui docuit nuptias solui: & qui Ieiuniorum Leges PRIMVS imposuit.

Quod Christum dicit Iesuita Eunuchos laudasse Euangelicos, qui semetipsos propter regnum Dei castrauerunt: Loquitur primum ibidem de suis Apostolis, quibus circumducere vxores, propterea quod illis per totum terrarum orbem, ratione officij diuinitus sibi demandati, esset proficiscendum, commodum non erat. Licet hoc illis non fuerit prohibitum, sicut ibidem Saluator addit, dicens: Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Qui potest capere, capiat. Et Apostolus docet, liberum hoc fuisse Apostolis, etiam officio suo fungentibus: Nunquid non, inquit, potestatem habemus sororem mulierem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?

Vnusquisq; autem proprium habet donum, vnus quidem sic, alius verò aliter. Et vult, non solum corpore sanctas esse virgines, ne polluantur vel libidinibus vagis, vel nocturnis insomnijs: sed etiam spiritu. Hoc qui a Deo acceperunt, grati agnoscant, & custodiant

Refutatio defensionis

stant studiose in timore, & inuocatione Dei. Quid verò vulgus Sacrificulorum & Sanctimonialium agat, quam castè, aut potius turpiter in cœlibatu viuat, res loquitur ipsa, verbis opus non est, polluentes sua & aliena corpora, Nec solum corpora, sed etiam animas: sed hæc pœna est contemptæ ordinationis diuinæ: Melius est, inquit Apostolus, nubere quàm vri. Et quid multis opus est? Rectissime & verissime idem Apostolus, ex Spiritus sancti reuelatione, turpitudinem istam Cleri præuidit & damnauit, doctrinas Dæmoniorum vocans prohibitionem coniugij. Et in decreto ipso extat Canon: Copula Sacerdotalis, nec Legalis, nec Euangelica, nec Apostolica auctoritate prohibetur: Ecclesiastica tamen lege penitus interdicitur. Vnde ex propria ipsorum Confessione apparet manifestissime, Legem cælibatus, doctrinam esse dæmoniorum,

26. q. 2. c. 50rs.

[20.]2].

Contra has duas, Iesuita probare conatur, Traditionem, quam
,, Epiphanius ad Apostolos refert, nempe post decretam virginitas
,, tem ad nuptias conuerti, peccatum esse: nequaquam pugnare cum
,, Apostoli doctrina, qua non vult laqueum injici. Quia non lo-
,, quatur de virginitate per Vorum decreta, ac Deo promissa seu
,, consecrata: sed de libera, quæ nullius præcepti, sed humanæ li-
,, bertatis est. Quod ex fine eiusdem capituli declarat Apostolus,
,, cum ait: Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessi-
,, tatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit
,, in corde suo, seruare virginem suam, bene facit, &c.

Respondeo. Quòd si hoc friuolum & frigidum commentum ac
glossema locum habet, & Pauli locus ita sit intelligendus, quòd
videlicet non velit laqueum injicere ijs, quæ nondum virginis-
tatem fouerunt, rationi Paulinæ minimè satisfacit: Quia vel
maximè illaqueata sunt, quæ voto se se constrinxerunt. Contra
Pauli igitur mentem, tantum ad liberas à Iesuita refertur, quòd
illis tantum non velit laqueum injicere. Quin etiam Pauli verba:
Qui statuit in corde suo firmus, &c. Nec de voto sunt virginis-
tatis intelligenda, utpote quæ non erant in vsu. Et non de vira-
gine loquitur Apostolus, sed de Parente. Neque tales, si
maximè voto se obstrinxisse ex istis verbis euinceretur, in
nuptas manere voluit Apostolus. Sed tantum dicit, bene faces-
re illum parentem, si talem filiam virginem seruet: obseruatis
tamen circumstantijs, de quibus supra dixit. Id bonum esse,
propter

propter tum præsentem necessitatem. Et de his accipiendum, quæ non vruntur, sed continere possunt, & castæ essent, non tantum corpore, sed etiam Spiritu.

Quod ad vota attinet, notum est ea in veteri Testamento, permissente Deo, & certas præscribente leges, fuisse vsitata. In Nouo verò Testamento, prorsus nusquam votorum sit mentio: nisi quòd Apostolus Paulus factus Iudæis vt Iudæus, votum persoluisse, vt illis satisfaceret, legitur.

Nam quod ad locum Pauli attinet, de prima fide, quam quassam luxurientes, post Christum, irritam fecisse scribit. Esti Patres quidam de Coelibatus & virginitatis, atq; Continentiæ voto interpretentur, tamen Apostolum de hoc loqui constanter negamus. Prima enim fides, vera fides est, quæ Christo datur in Baptismo. Antequàm enim fide per Baptismum Christo inserantur homines, certè vouere virginitatem ex fide, Christo non potuerunt.

Primam autem fidem veram, & eam, quam Deo in Baptismo damus, & non votum coelibatus vel virginitatis intelligendam, Patres quoq; quidam interpretantur. Athanasius, væ vobis, inquit, Athanas. lib. 6. de Trinit. qui primam fidem Baptismi, coelitus institutam, irritam facitis, & instrumenta libertatis semel concessa, per iterationem infirmatis.

Similiter & Hieronymus. Licet non sint digni fide, qui primam fidem irritam fecerunt, Martionem loquor, & Basilidem, & omnes Hæreticos, qui vetus laniant Testamentum. Hieron. præfat. in Epist. ad Titum.

Vincentius quoq; Lyrinensis, quem toties Iesuita allegauit, enarrans verba Apostoli: Sed licet nos, aut Angelus de cælo Euangelizet, præter quod Euangelizauimus vobis, Anathema sit. Vincent. Lyrinensis lib. contra prophanas omnium hæreseon nouationes. Quid est quod ait: sed licet nos? cur non potius, sed licet Ego? Hoc est, etiamsi Petrus, etiamsi Andreas, etiamsi Ioannes, etiamsi postremo omnis Apostolorum Chorus euangelizet vobis, præterquàm qd Euangelizauimus, Anathema sit. Tremenda districtio, propter afferendam PRIMAM FIDEI TENACITATEM, nec sibi nec cæteris Apostolis pepercisse.

Qui Patres nequaquàm de voto Monastico coelibatus, vel virginitatis interpretantur: sed vera prima fide quam Christo damus in Baptismo, ex verbo ipsius concepta. Nec .n. vota illa Monastica, Apost. tempore in vsu fuere, sed postea demum in Ecclesia irreperunt. Quæ laqueus sunt ille, ex quo se postea homines extricare facile non potuerunt, quem Apostolus se iniicere velle negat.

Cū igitur verbo Dei destituantur talia vota, (Leges .n. Moisaicæ Ceremoniales nihil ad nos Christianos, quibus est sepultus, & nequaquam

Refutatio defensionis

quaquam cineres eruendi sopiti). Humana sunt tantum & non Apostolica Traditio. Quod sibi non aduersenturhi. Præcipit autem Paulus, & dixit: Volo iuniores Viduas nubere. Item Melius est nubere quam vti. Nec vult nomine Virginitatis laqueum inijcere. Et sic nec votum quo homines obligantur, & constringuntur, Sed qui non possunt continere, nubant.

Præterea huc opinio impia, cultus & meriti accessit voto illi virginitatis: Docet, inquit Fr. Petrus à Soro, sana & Catholica fides, Virginitatem & Cælibatum, cultum esse Deo gratissimum, amplissimas habentem Dei promissiones, eius maximè quæ futura est, æternæ vitæ. Quare sunt SATISFACTIO MAXIMA PECCATORVM, ET MERITVM VITÆ ÆTERNÆ.

Horrenda hæc est Pontificiorum in sanguinem Christi, eiusque passionem, quæ vnica est pro peccatis satisfactio, & meritum vitæ æternæ, ideoque in barathrum inferni damnanda impietas, & hæresis MAXIMA, imò blasphemia, qua tanquàm insufficiens Christi meritum iudicatur. Ideoque recte fit, quod cultus isti humana audacia, sine verbi Dei autoritate conficti, cum impietissima hac opinione, abrogantur. Quibus non modo frustra Deus colitur, sed illorum votorum obseruatione innumera parantur infanticidia. Quod iam olim, & suo etiam tempore factitatum, scribit Tertullianus, qui circa annum Domini 225, sub Seuero Imp. floruit. Nō enim inquiens, confitebuntur, (virginitatem professæ) nisi suorum ipsorum infantium vagitibus proditæ. Quantum autem plures, non etiam de pluribus sceleribus suspectas habebis? Dicam, licet nolim: difficile mulier semel fit, quæ timet fieri, quæque iam facta, potest virginem mentiri sub Deo. Quanta item circa vterum suū audebit, ne etiam mater detegatur? Scit Deus, quot iam infantes, & perfici, & perduci ad partum integros duxerit, debellatos aliquandiu à matribus. Facillimè semper concipiunt, & foetissimè pariunt huiusmodi virgines, & quidem simillimos patribus. HÆC ADMITTIT FLAGITIA, COACTA, ET INVITA VIRGINITAS. Hactenus Tertull.

Tale quid, sed longè atrocissimum refert S. Vdalricus Episcopus Augustanus, ad Nicolaum, i. scribens, & Coniugium sacerdotum, magna contentione defendens, quod ex vno stagno Monasterio vicino, sexies mille Infantum capita ad Gregorium sint allata, Quorum se Papa reum esse confessus sit. Ideoque Decreto suo penitus damnato, Apostolicum illud laudasse consilium: *Melius est*

Tertull. lib. de virginitate.

Xindes verderberin.

lius est nubere, quam mortis causam præbere. Quæ autem sanctam scilicet suam virginitatem, & cælibatum cultum qualis sit, opere testantur, omnium sunt optimi. Sodomitarum verò nefandam castitatem, dies Domini manifestabit.

Quæ cum ita habeant : rectè Patres secuti Apostolum, satius esse, ut quæ continere non possunt, nubant, censuerunt, quod in ignem delictis suis cadant, ut loquitur Cyprianus. Quæ verba Iesuita, me non bona fide, sed ad decipiendos incautos, adduxisse calumnietur. Quod Cyprianus ibi non de illis, quæ vouerant, sed de liberis adhuc loquatur.

Cypr. lib. 1.
Epist. 11.

Iniuriam autem mihi fieri ab illo, manifestum est Epistolam legitibus. Nam & argumentum Epistolæ adscriptum habet, quod de virginibus Deo dicatis loquatur Cyprianus. Et occasio scribendi idem docet : quæ fuit, quod virgines quædam, quæ semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerant, detectæ sint postea in eodem lecto pariter mansisse cum masculis, ex quibus vnus fuerit Diaconus.

De his consultus Cyprianus cum collegis à Pomponio, respondet: Quod si se **EX FIDE CHRISTO DICAVERVNT**, pudicè & cæcè sine vlla fabula perseverent : ita fortes & stabiles præmium immortalitatis expectent. Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est, ut nubant, quam in ignem delictis suis incidant: certè nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant. Cyprianus Martyr disertè dicit, se loqui de ijs virginibus, quæ se **EX FIDE CHRISTO DICAVERVNT** : Iesuita autem profua effreni impudentia negat, Cyprianum loqui de illis, quæ vouerant, sed de liberis.

Similiter & Augustinum à me citatum, solummodo post simplex votum, si contrahatur, concedere esse ratum, ait Iesuita : cum dicit, quidam nubentes post votum, asserunt adulteros esse. Ego autem dico vobis, quod grauius peccant, qui tales diuidunt.

Hic quoque Iesuitam & Augustino & mihi quoque iterum facere iniuriam, ex eodem probabo libro eiusdem. Sic enim scribit: Sed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur. Quæ expetita & electa, **ET VOTI DEBITO OBLATA**, iam non solum non capescere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est, &c. Non quia ipsæ nuptiæ, vel talium damnandæ iudicantur : sed damnatur propositi fraus, damnatur facti voti fides, &c. Proinde qui dicunt talium nuptias, non esse nuptias : sed potius adulteria, non mihi videntur

Augustinus lib. de bono viduit. cap. 9.

Refutatio defensionis

fatis acutè, ac diligenter considerare quid dicant, fallit eos quippe similitudo veritatis. Hactenus Augustinus.

Videtæquus Lector, non me, sed Iesuitam, non bona fide, sed ad decipiendos incautos, Cypriani & Augustini sententias corripuisse. Loquitur enim manifestis verbis Augustinus, de continentia viduali & virginali, iam **VOTI DEBITO OBLATA DEO**, quod non est simplex, vt ipse nugatur, votum animo conceptum, & propositum sed professione solenni consummatum.

In quam sententiam Hieronymus quoque, tametsi maximus aliàs Monachus admirator, Epistola ad Demetriadem, de seruanda virginitate, scribit: sanctum virginum propositum, & coelestis, Angelorumque familiæ gloriæ, quorundam se non benè gerentium, nomen infamat. Quibus apertè dicendum est, vt aut nubant, si continere non possunt, aut contineant, si nolunt nubere.

Anticyranum
Concil. can. 19.

Et Anticyranum Concilium. Quotquot virginitatem pollicitam præuaricati sunt, professione contempta, inter Digamos haberi debebunt.

Quare non pro Apostolica habenda aut agnoscenda est traditione, quod refert Ephiaphianus, peccatum esse, post decretam virginitatem ad nuptias conuerti, quod pugnet, vt probatum est, cum doctrina Apostolica.

Postremò quod me fingere asserit, sed non probare, quod scripsi multa in Ecclesiam per negligentiam Episcoporum irrepisse, vel à Pontificibus excogitata, vel ab hæreticis delumpta, quæ postea titulo Canonum, & Traditionum Apostolicarum, Ecclesiæ sint obrusa: quia hactenus multis exemplis planum feci, ideo prolixiori responso non opus esse existimaui.

122.

» Quæ contra hanc meam asserit Iesuita, responso non indigent.
» Initio enim commendat fratrem suum Aforum, à rara quadam & abstrusa scientia & eruditione, in scriptis suis contra Confessionem & Apologiam Vvittenbergensem æditis.

Et quidem non alijs vllis testibus melius hominis illius incisiua in sacris & insulitas, adde & impietas euinci poterat, quam illis ipsis eius scriptis. In quibus adeo turpiter se dedit, vt eius maxime pudere merito deberet Iesuitas omnes, nisi frontem iam dudum perficulisissent. Sicut cum ex sacra Scriptura, tum ex Patrum scriptis, reuerendus vir D. Brentius in sua Apologia ruditatem hominis demonstrauit, vt Aſinus ad Iyram ab omnibus qui vel

uicam

micam habent salis, A forus cognoscatur. Sed vt similes habeant las
bra lactucas, pascat se & suos Iesuita eiusmodi libris, per nos sanè
licet. Quia melioribus non sunt digni.

Deinde vt cumulet absurda, addit, non omnia esse scripta que
Christus docuit, instituit, & egit, quæq; Apostoli seruanda docue-
runt. Ideo Apostolicis opus esse traditionibus, quæ non minus
ratae sint habendæ, quam quæ scripto post se reliquerunt.

Scripturæ sufficientia suprâ copiose à nobis est demonstrata.
Vt traditionibus istis incertis nobis opus non sit, cum vel à solo
Iohanne Euangelista & Apostolo scripta, nobis ad salutem & vi-
tam æternam consequendam abunde sufficiant. Qui verò hac
non contenti, ipsi sibi quærant aliundè, qua extra cœlum eue-
lent.

Et quod Iesuita dicit, testari Cyprianum, non minus ratum
esse, quod dictante Spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quam
quod CHRIS TVS ipse tradidit: Verissimum esse libenter agno-
scimus. Sed tam certè nobis fides fiat, de ijs quæ Apostoli tra-
diderunt extra Scripturam, quam ipsi descripserunt nobis, quod
Christus ipse tradidit; & amplecti ea parati sumus, eo sensu quo il-
la tradiderunt ipsi.

Postremò quod pro asserenda Traditionum autoritate ad-
dit Iesuita: Vnde sacrosancta Synodus Nicæna diuinæ scripturæ
consonans, his verbis Traditiones esse seruandas præcepit. Opor-
tet nos Ecclesiasticas Traditiones siue scripto, siue consuetudine in
Ecclesia retentas, vnanimiter, & inuiolabiliter obseruare.

Vbi primùm obseruandus est dolus, fraus & impostura Ies-
uitæ, incauto Lectori volentis imponere: quasi Synodi illius pri-
mæ & celeberrimæ Nicææ celebratæ Canon & verba sint, de Tra-
ditionibus Ecclesiasticis: cum sint secundæ, aliquot seculis subse-
quutæ, anno 785, celebratæ, in qua de imaginibus earumq; veneratione
potissimum est actum.

Deinde non est tanta huius Concilij autoritas, vt propter
eam, Traditiones humanas, quocunq; modo in Ecclesiam inue-
ntas, recipiendas iudicemus. Præsertim cum à Christo, eiusq; Pro-
pheta reijciantur, tanquam frustranei cultus. Vnde falsum appa-
ret, quod Iesuita dicit, Traditiones consuetudine in Ecclesia reten-
tas, obseruare, sacræ Scripturæ esse consonas.

Recitaueram hac propositione Regulam ex scripto fr. Pes 123.
eri à Soto, contra Apologiam confessionis nostræ addito: Ea

Refutatio defensionis

videlicet quæ Romana Ecclesia obseruat, cum in sacra Scriptura non sint, necesse esse ad Apostolos autores referre. Ad quam res
» sponsurus Iesuita, dicit: Ecclesia Romana non agnoscit eiusmodi
» Regulam, qualem Aduersarius fingit. Atqui bone vir, non ego
eam fingo, sed præscripsit eam Fr. tuus Afotus, & quidem no-
mine Catholicæ suæ & tuæ Ecclesiæ, quem tu iam primum tanto-
perè prædicasti: Virum (hæc enim tua sunt verba) excellenti pro-
fecto tam pietate, quàm doctrina clarum, qui plus ingenij, plus
eruditionis, plus pietatis & acrimoniæ, vel vnguiculo minimo
declarauerit, quàm omnes aduersarij, quotquot & quicumque sint,
totis corporibus suis queant præstare. Huius, inquam, Seraphici
& Cherubici doctoris verba sunt hæc: Circa cultum, & Sacramen-
ta agnoscimus multo plures traditiones Apostolicas. Circa Ba-
ptismum in primis consecrationem aquæ, adunctionem Chrisma-
tis, abrenunciationem Sathanæ ex traditione habemus. Habemus
totum Sacramentum confirmationis, atque Ordinis, & Matrimo-
nij, & extremæ vnctionis, & elementa, & verba, atque effectus ex
Traditione Apostolica. Non quod negemus in Scriptura esse
NONNULLA DE IIS SACRAMENTIS: SED OMNIA
QVÆ AD INTEGRITATEM EORVM CERTA FIDE NE-
CESSARIA TENEMVS, CVM IN SCRIPTVRA NON
SINT, NECESSE EST APOSTOLICÆ ESSE TRADI-
TIONIS. Circa reliqua verò duo, Eucharistiam & poenitentiam,
habemus ex certissima Traditione sacrificij altaris, orationem, Les-
ctio num, Psalmorum, et cantionũ vsus, inuocationem Sancto-
rum, pro defunctis orationes. Et circa poenitentiam, peccatorum enume-
rationem sacerdoti faciendam, necessitatem satisfactionis ex Apo-
stolica similiter habemus. Hæc non parua sunt, non incerta, sed
talia, sine quibus magna pars Religionis, perit, de his habemus cer-
tissima Patrum testimonia. Hactenus Afotus.

Atqui nos requirebamus Scripturæ sacræ testimonia. Quia
verò hæc haberi non possunt, NECESSE EST APOSTOLI-
CAS ESSE TRADITIONES. O igitur vos miseros Aposto-
los, patronos omnium harum ineptiarum, & impietatum Ponti-
ficarum, iuxta Afoti regulam. Quæ quia absurdior videtur, &
crasior Iesuitæ subtiliori, & qui fucum facere solent imperitiori-
bus: ideo aliam ipse tradit traditionarius pro Traditionibus sta-
biliendis Regulam. Cum enim dixissem, iuxta hanc Afoti Regulam
ad Apostolos referri autores multos Pontif, errores, cum tamen
de illorum authoribus constet: falli me dicit, Quod non illi sem-
per primi

per primi sint rerum, aut factorum authores, quibus ea tanquam
 authoribus nonnunquam ab historicis attribuantur. Nam frequen-
 ter, inquit, dicuntur Pontifices instituisse nonnulla, non quod tunc
 illa primum instituta, sed quod vel renouata, vel maiori solici-
 tudine posteris commendata fuerint.

Color hic est a Schola Iebusitica excogitatus, & Regulæ huius
 Iesuiticæ falsitatem, vel vnicum Missæ, Pandoræ Heliodicæ ex-
 emplum, quod supra in 81. à nobis est propositum, demonstrat.
 In qua nullos equidem alios potest monstrare singularum partium
 authores, quàm qui à me ex Historicis sunt nominati. Nuda, inquit
 de Missa Platina, primò hæc erant, & omnia simpliciter tracta-
 bantur, Petrus enim ubi consecrauerat, oratione, pater noster, vsus
 est. Alexander 1. anno Domini. 110. electus, addidit: Qui pri-
 die quàm pateretur &c. Vide supra, ubi dixi.

Platina in vita Six-
 ti. 1.

Quid hic Iebusæ, iuxta tuam Regulam, dices ne Pontifices
 singulos, quicumq; aliquid Missæ apparatus, & deinceps Canoni
 addidere, donec Centones isti complerentur & consarcinaren-
 tur, sicut habent historici, non ipsos authores fuisse istorum addi-
 tamentorum, sed Christum ipsum, vel Apostolos: Pontifices
 verò illas singulas partes, ab Apostolis acceptas renouasse, vel
 maiori sollicitudine particulas sigillatim posteris commendasse?
 Ita tu quidem fingis. Sed reclamant, vel te inuito, frustra q; re-
 pugnant, & Platina, qui dicit: Nuda primò hæc erant, & omnia
 simpliciter tractabantur. Petrus enim cum consecraret, oratione
 Pater noster vsus est. Et idem alij de reliquis Apostolis testantur
 omnibus. Et Chlichtouæus scriptor Pontificius Parrhisiensis, re-
 censer varia à diuersis Pontificibus addita, tandemq; defatigatus,
 concludit: Et alij summi Pontifices, diuerso tempore, alias sacri
 Canonis particulas adiecisse prius compactis traduntur (en tibi
 etiam Traditionem) instituisseq; cæremonias, in ipso Missæ Ca-
 none, à Sacerdote sacra faciente, obseruandas.

Quid tibi videtur Iesuita de tua Regula? Num hic quoq; locum
 eam habere, in summo tuæ Religionis & fidei articulo dices? quod
 omninò necessarium est vt defendatis Catholicum vestrum
 Θεωρημα: Vos videlicet Pontificios Catholicos Romanos, non
 aliam celebrare Missam, quàm à Christo institutam, & sicut
 Apostoli ante annos 1500. & amplius eam celebrauerint.
 Miror itaq; vos novos homines, & novos Pontificiæ impietatis
 Patronos, non vel tandem in tam manifestis, tam turpiter depre-
 hensos mendacijs, vel suppedere nonnihil & erubescere. Sed video
 frontem

Refutatio defensionis

frontem vobis perijisse. Scribitis enim vestris hominibus, quibus nostra legere non est permillum. Et eo res vobiscum & cum illis deuenit, vt fides vobis habeatur, quemadmodum de Rabinis & Iudæis dicitur, quod si illi asserant dextram esse sinistram, & sinistram esse dextram, tamen hoc fidem apud illos mereatur. Pergite igitur fideles famuli Domini vestri, vt coepistis, præmia vobis aliquando digna acceperunt.

124. 125. Hic Iesuita, vt per omnia fidelis suo domino, cui fidem dedit, miles reperiatur, Apostolum ipsum prohibuisse bigamiam Presbyteris, & Episcopis asserit, cum velit esse vnus vxoris virum, Episcopum, hoc est, vt interpretantur Patres, ne defuncta priori vxore, ducat aliam, vel viduam.

Accipient æquo animo plerosq; Sacerdotes omnes, Principes quoq; Catholici offensi celibatu impuro, vagis libidinibus suorū, qui instar equorum emissariorum, & boum initorum, ad alienas vxores & virgines hinniunt, hanc Loci Paulini interpretationem, à Patribus factam. Sed adeo sunt duri & inclementes sanctuli, & puri cælibes, vt nulla habita ratione salutis animarum miserarum, quæ lege cælibatus excarnificantur, vt nec Apopolum curent, nec Ecclesiæ primitiæ praxin. A qua, simul & Apostolica Regula, qui alias inniti Patrum vestigijs, seruare canones Apostolorum, & Ecclesiæ consuetudinem, sesquipedalibus verbis crepatis, cur defeceritis, & vagas vestrorum libidines silentio vestro approbeat: imò palam honesto coniugio præferatis, adeoq; in vestris sacrificulis, & ordine damnetis, alia causa non est quam ea, quod à fide, iuxta eundem Apostolum defeceritis, adhærentes doctrinis dæmoniacis, prohibentium nubere, & cibos, &c.

Quod igitur ad locum Pauli attinet, scimus Patres coniugio parum æquos, variè illum esse interpretatos, ne scilicet quis priori coniuge mortua, alteram ducens, Episcopatus munere fungatur. Alij prorsus postea, vt Stricius, & ipsum sequuti, coniugium Sacerdotum paulatim damnare inceperunt, donec tandem per vim illis sint ademptæ vxores. Sed quid hæc admodum ad nos? quid alij fecerint, aut scripserint: de quo ipsi iusto iudici reddent rationem, vt Cyprianus loquitur.

Et tamen Hieronymus, licet ipse quoq; coniugio iniquior, in primis verò secundis nuptijs, aliam recitat istius loci interpretationem. Quidam de verbis Pauli, inquit, ita sentiunt: Iudaicæ consuetudine

consuetudinis fuit, vel binas vxores habere, vel plures. Quod etiam in veteri lege de Abraham & Iacob legimus. Et hoc nunc volunt à Paulo esse præceptum, ne is qui Episcopus eligendus est, vno tempore duas pariter habeat vxores.

Quemadmodum & alibi, eodem interpretatur, modo Id. ad Occannm. verba Apostoli: Episcopus sit vnus vxoris vir, inquit: Hoc quod dicit, vnus vxoris virum, potest & aliter differi. Ex ludæis erat Apostolus: prima Christi Ecclesia de Israel reliquijs congregabatur: sciebat lege concessum, & exemplo Patriarcharum ac Mosi: familiare populo nouerat, in multis vxoribus liberos spargere. Ipsis quoq; Sacerdotibus huius licentia patebat arbitrium. Præcepit ergo, ne eandem licentiam Ecclesiæ sibi vendicent SACERDOTES, NE BINA PARITER ET TRIENA SORTIANTVR CONIVGIA: SED VT SINGVLAS VNO TEMPORE VXORES HABBANT.

Quam huius loci interpretationem, non vt alias, quas recenset, reprehendit. Rationes quæ afferuntur, cur sacerdotes non debeant priori defuncta alteram ducere, non tanti sunt momenti, vt propterea recipienda sit Parrum constitutio, & sententia: quod videlicet Sacerdos talis non possit castitatis laudem commendare, cum ipse libidinis vel concupiscentiæ plus satis indulgisset. Scilicet sacrificuli egregij sunt castitatis encomiastæ, eamq; suo docent exemplo, cum vix centesimus quisq; non dico castè, sed cautè viuat, nec pollutus sit manifesta turpitudine. His ergo sicut scortis demandandæ laudes pudicitæ. Atqui multo vobis omnibus castior Paphnutius, castitatem esse dixit, cum propria Vxore concubitus. Sicut Mantuanus vester de S. Hilario Episcopo Pictauiensi cecinit.

*Non nocuit tibi progenies, non obstitit vxor
Legitima coniuncta thoro: non horruit illa
Tempestate Deus thalamos, cunabula, tadas.
Sola erat in precio, qua nunc incognita virtus
Sordet, & attrito viuuit cum plebe cucullo.*

Mantuanus in Fastis.

Quod deniq; probare conatur, idèd non licere Episcopo ducere viduam, quod idem Sacerdotibus Leuiticis sit prohibitum. Respondeo, q; si placet hac in parte Legem Mosi sequi: agite vos sacrifices

Refutatio defensionis

sacrifices iniquissimæ legis diabolicæ patroni, sequimini, & altera in parte eiusdem legem, qua & summo, & reliquis omnibus Sacerdotibus ac Levitis conjugatis esse licuit. Quem enim elegistis pro vobis, ferte contra vos, præsertim cum consentiant in hoc Leges veteris & Noui Testamenti.

cc Ad Ieiunium Quadragesimale quod attinet, de quo Iesuita discit: Quis ignorat illam esse traditionem Apostolicam? Imò quis dubitat de illo? Respondeo, tota Christi Ecclesia. Quod enim ad exemplum Christi attinet, qui 40. diebus, & totidem ieiunauit noctibus, miraculum id fuit, nobis imitatu impossibile. Sicut & Moïsi & Helix. Nec Christus hoc à se disci voluit, dicens: Discite a me. Quid? Ieiunare? Non, sed quia mitis sum, & humilis corde. Non est superbus aut crudelis hypocrita, vel vir sanguinum, sed mitis & humilis.

Luc. 5. Quod verò idem respondet scribis murmurantibus, & quærentibus, cur, cum discipuli Ioannis & Phariseorum ieiunarent frequenter, sui verò ederent & biberent: Nunquid potestis filios sponsi, quam diu sponsus cum illis, facere ieiunare: venient autem dies, cum ablatu fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Certè his verbis non statum illud Quadragesimale instituit, & solenne ieiunium: sed in genere illis futuras prædicte calamitates, crucem & ærumnas. Id quod ex Matthæo apparet, qui ita hoc Christi responsum reddidit: Nunquid possunt filij sponsi **LVGERE** &c. Idem: & tunc ieiunabunt, omiſſis vocabulis: **IN DIEBUS ILLIS**, quæ non certum definiunt tempus, sed indefinite accipiuntur, pro tempore, vel tum temporis.

Matth. 9. Quod igitur ad ieiunium: non negauimus vnquam, ieiunandum esse, idque ex mandato Dei: & cum discipulis Domini, ablato a nobis sponſo, plus ieiunamus omnibus pontificijs, Monachis, Sacerdotalibus, cuiuscunque sint ordinis, quorum ieiunia merum sunt coram Deo & hominibus ludibrium. Vnde puerbio dicitur, Germanorum ieiunia, & Italicorum deuotio vno valent obulo. Diebus enim ieiuniorum & Quadragesima, hoc illorum est ieiunium, vt carnibus deuotiores non vescantur, vespertinas preces decantent hora decima ante meridiem, vt illis matutino tempore decantatis, ieiunasse videantur ad vespertum vsque, more gentis Iudaicæ, & sic prandium differatur ad horam propemodum vnde, ciam. Vbi aqualiculos suos ita piscibus, & opiparis alijs cibis infarciunt vinoque replent, vt non secus actympana distendantur, vt cœnare non delectet: verum vt appetitus pro-
uocetur,

tuocetur, affati pisces, & alia deliciae ex saccharo & alia materia con-
fectae apponuntur cum vino optimo. Hae sunt ieiunia in omni-
bus Monasterijs, & Collegijs, quibus se Deum demereri toti Mun-
do persuadere conantur. Et cum Hypocritis Iudaeis iudicio cum
Deo contendunt: quare ieiunamus, & non aspicias? affligimus nos
& nescis? sed respondet illis Dominus, nunquid hoc est ieiunium,
quod elegi? &c.

Isa 55.

Non enim in ciborum discrimine consistit ieiunium, sed in om-
nimoda abstinentia a cibo & potu. Ita enim gens Israelitica per
totum diem ab omni cibo & potu diebus ieiuniorum ex manda-
to Dei abstinebat. Erat autem per totum annum vnus tantum diei
in lege statum ieiunium, die nempe expiationis. Deinde vero
ingruente aliqua calamitate, conueniebant ad tabernaculum, &
Templum Domini ieiunantes: non vt ieiunio Deum placarent,
sed vt ad preces coram Domino fundendas essent magis idonei.
Quemadmodum enim plenus venter non gignit sensum tenuem,
ita nec ardentibus precibus. Vnde cum ieiunio in sacra Scriptura sem-
per orationes sunt coniunctae. Nec per ieiunium (vt Iesuita hic
perperam dicit) Spiritus sanctus datur, sed precibus impetratur a
Deo, dicente Christo: quanto magis pater meus caelestis dabit spi-
ritum sanctum petentibus: non dicit ieiunantibus. Ieiunare pos-
sunt omnes, sed non omnes possunt ex fide Deum inuocare: de-
murmurare quidem & deblaterare preculas possunt, sed non om-
nes vere Deum inuocare.

Leuit. 16.

Hac assertionem, inquit Iesuita, nihil aduersarius, praeter Scriptu-
ram sacram cum Vvaldensibus admittit. Vnde traditiones Apo-
stolicas, & Ecclesiasticas, ac probatas consuetudines plane rejicit.

126.

Respondeo mi Iesuita: siue Vvaldenses, siue quicumque alij sen-
tiant & dicant, in rebus diuinis, & animae salutem concernentibus,
nihil praeter Scripturam sacram admittendum, recte & pie senti-
unt. In his enim de omnibus illis sufficienter erudimur, quod in
hac propositione abunde est demonstratum. Quae cum refutare &
cum vniuerso Papistarum exercitu expugnare nequeas: absurda
scilicet ex illa colligere te imaginariis: quae quidem Ecclesiae Anti-
christianae Romanae absurda videri possunt: Caeterum verae Chri-
sti Ecclesiae in Scriptura sacra exercitatae, minime ex mea illa asser-
tione sequuntur.

Nam quod primum quaerit, vbi hoc ipsum, quod dico: nihil
praeter Scripturam sacram recipiendum: scriptum sit? Respondeo,

Vu

Dei ipsius

Refutatio defensionis

Deut. 4. Dei ipsius verba sunt, & à Mose descripta: Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Et iterum: Quod ego tibi præcipio, hoc **TANTVM** facito Domino, non addas quicquam, nec minuas. Et in Prouerbijis Salomonis: Omnis sermo Dei, ignitus clypeus est sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax.

In quibus locis Dominus ipse Deus seuerissimè cauit, ne quicquam verbo suo, quod Moses ex mandato ipsius descripsit, sacerdotibusq; custodiendum tradidit, addatur. Et Spiritus sanctus per Prophetam ad legem & testimonium eius nos remittit, & non vult à mortuis (quod vos Romanenses fecistis & facitis) vt quærant veritatem. Sic Christus ipse remittit ad Mosen & Prophetas, hos vult audiri, & scripturas eos scrutari, non Maiorum traditiones, quas damnat. In quam sententiam etiam Patres scriperunt. Tertul. de Resurrectione carnis Aufer denique Hæreticis, quæ eunquæ Ethnici sapiunt, vt de Scripturis **SOLIS** quæstiones suas siliâr, & stare non poterunt. Idem: Aduersus Hermogenem scriptum esse doceat Hermogenis officina. Si non est scriptum, timeat vx illud, adijcientibus aut detrahentibus destinatum. Et Ambrosius de **VO**cat. Gent. lib. 2. cap. 3. sanctis scripturis non loquentibus, quis loquetur? sed hoc loco Iesuitæ iudaizant, & Rabbiniſant. Iudæorum enim Rabbini fingunt, Mosen quidem scripsisse verba, quæ locutus est illi Dominus: Deinde vero septuaginta senioribus Synagoga, sensum illorum & Myſteria quædam sine scripto clari tradidisse, quæ illi postea per successionem quasi manuum traditione ad posteros propagauerint. Quæ vocant ipsi Cabalam. Et hæc scripturam miris modis interpretantur, & in varias, diuersas, prodigiosas & monstrosas opiniones detorquent, deprauant, & corrumpunt.

Ad hunc eundem planè modum & Pontificij scriptorculi sentiunt, Paulum multa tradidisse, quæ non scripserit: Et ingentem cumulum traditionum Apostolicarum, & Ecclesiasticarum, atq; consuetudinum colligunt, quas longè Scripturæ sacræ præferunt, quod videlicet pleniores & planiores sint ipsa Scriptura, quæ non omnia salutaris myſteria contineat, ideoque insufficiens, & per has illam interpretandam: sine hac nos ne quidem sacram Scripturam habere, sed Scripturis Canonicis omnibus nos priuari; de qua calumnia responsi supra proposuit. 115, 116. Item: perdere nos 12. fidei articulos, quia nusquam scriptum sit, illos ab Apostolis profectos, &c. Nam

Nam quod ad Paulum attinet, fieri potuit, quod quasdam passim instituerit ceremonias, varijs locis diuerlas, pro circumstantia temporis, loci & personarum, quæ faciunt ad ordinem, & decorem: sed hæc natura indifferentes, & nihil ad dogmata pertinent. Nam quod ad hæc: sunt ea perpetua & eadem omnibus temporibus, locis & personis. De his sciendum est, Paulum non alia scripsisse, alia docuisse, vel tradidisse viua voce,

Quod enim scribit Timotheo, vt hæc, quæ ex ipso audiuit, per multos testes, commender fidelibus hominibus, &c. nequaquam ad arcana quædam dogmata aut traditiones sunt referenda, & Cabalam Iudaicam, aut quod aliud omnibus, & aliud quibusdam priuatim prædicauerit. Sic enim Tertullianus interpretatur hunc locum: sed nec quia monet illud, HÆC fidelibus hominibus de mandare, qui idonei sint & alios docere, id quoque argumentum occultit alicuius Euangelij interpretandum est. Nam & cum dicit, HÆC: de ijs dicit, de quibus in præsentia scribebat. De occultis autem, vt de absentibus apud conscientiam, non HÆC, sed illa dixisset. Hactenus Tertull.

Tertul. lib. de præscriptionibus aduersus Hæreseis.

Quod ad Apostolici Symboli articulos duodecim: miror Iesum negare illos scriptos, cum vel vnica D. Petri concio, ad Cor. 10. apud Cornelium habita, plærosque illos contineat. Cætera, quæ hic connectit, & colligit, cum suis Romanensibus, quod ea habemus ex traditione, & non ex Scriptura sacra: suam produunt in sacris Scripturis, quas oderunt, & lacerant miserè, vt canes & sues, ideoque eas intelligere non permittunt, inscitiam. Respondi autem ad has & alias consimiles plures quæstiones, nuper admodum hoc anno, mihi à Friburgensi Theologo propositas, in Hypothesi meo, copiosè.

Quod verò D. Iohannes fatetur ipse, non omnia esse scripta: ipse se interpretatur, quod de signis loquatur, quæ fecit Iesus. Sed quorsum opus erat miracula singula describere, cum ad eundem finem tendant omnia? Et tamen ipse ibidem addit, sufficere hæc ad Christi veram agnitionem, & salutem inde consequendam æternam. Quam si habeamus, sufficit nobis, & alia incerta nolumus curiosè inquirere. Hæc enim, quænam, aut qualia sint, inquit Augustinus, quis audebit dicere?

Hæc propositio me exagitat, & quærit qua Scripturæ auctoritate, ego homo priuatus, durius Episcopos ipsius tractauerim negando eos legitimos esse Apostolorum successores. Quicumque enim

127.

Refutatio defensionis

- » sint ratione suarum personarum, tamen officij respectu audiendos;
- » Quod Christus etiam scribas & Phariseos super cathedram Mo-
- » sis sedentes audire præceperit. Et mali etiam moribus & vita,
- » prophetare possint, vt Caiphas, Saul quoque & Bileam.

Respondeo: de mea persona nihil attinet dicere, quisquis tandem sim. Sed miror te Iesuita, qui tibi Magister esse videris in Israël, & ignoras, quæ me Scriptura moueat, priuatum scilicet, vt tales tantosque viros, Maiores meos, Apostolorum successores, Christique vicarios ita turpiter perstringam. Valde dolet delicatulis istorum auribus, alluetis magnificis titulis, audire veritatem. An verò non legit Rabinus iste, quod Christus Phariseis eiusmodi responderet: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, vt destruas inimicum & vitorem: addens, Quod si hi tacuerint, lapides clamabunt. Quod si obijciat, me deprauare Scripturam, cum hi Christum laudauerint, ego verò vituperem Christi vicarios, absit à me procul: Non enim Christi, sed Antichristi vicarios perstringo, idque Christi & Baptistæ exemplis.

De ministris non est nobis disputatio. Concessimus enim omnia hæc: semper Ministerium esse efficax propter diuinam institutionem. Nec illud à personæ dignitate vel indignitate dependere: sed si doctrinam cœlestem sincerè sonent, audiendos.

Hoc enim est federe super cathedram Moysi. Tantisper ergo audiendi sunt, dum Moysi doctrinam incorruptam proponunt auditoribus. Si verò alienam ab hac profiteantur: idem Christus cauere præcipit à fermento Phariseorum, sicut & traditiones Maiorum ipsorum rejicit & damnat.

Ita Episcopi tunc sunt Apostolorum successores, & super Apostolorum cathedram, Petri, & Christi etiam, sedent, cum horum doctrina oues Christi pascunt. Faciant hoc Episcopi, & hortatores erimus non subditis solum eorum, sed etiam nostris hominibus, vt ipsos audiant: nec curiosius etiam in vitam & mores ipsorum, vt monet aduersarius, inquiremus: modo sint tolerabiles, & non publicè ac notoriè offensiculo Ecclesiæ.

Quòd autem Apostolorum doctrinam retineant, Romano Pontifici, non Christi vicario, sed Antichristo obligati: de hoc non modo non constat, vt asserit Iesuita, sed planè contrarium verum est, idèò non audimus eos: sicut etiam nec intelligunt eam, multò verò minus docent. Hoc enim, exceptis paucissimis, qui bene sunt numerabiles, nec possunt, nec si possent, vellent, quod ipsorum dignitati aduersaretur.

Quòd

Quod verò testimonium Petri, contra Lutherum allegasse me dicit Iebusæus, qui aliquando eam non agnoscat Epistolam, Quæ so te, mi homo, diligentius inspicias præfationem Lutheri, quæ Epistolæ illi præfixit, qua singulorum capitum summaria & argumenta recitat, & videbis, non solum, quod eam agnoscat, sed planè me ex ipsius sententia allegasse. Vt autem te labore querendi leuem, non grauabor excripta recitare Lutheri verba. Monet, inquit Luth; cap. 2. Apostolus, cauendos esse futuros falsos doctores, qui opera ita docent, vt per ea Christum abnegent, & minatur illis grauitè, tribus horribilibus exemplis. Et ita graphicè illos suis coloribus, auaritia scilicet, superbia, temeritate, fornicatione & hypocrisis depingit, vt palpari possit, quod statum hodiernum Ecclesiasticum intelligat, qui totum mundum sua auaritia deglutiuit, & dissolutam, carnalem, mundanam vitam, magna cum temeritate agit.

Summa est, cap. 2. demonstrat, quis Ecclesiæ tempore Papatùs, & traditionum, vel doctrinarum humanarum futurus sit status. Hactenus verba Lutheri. Quid tibi videtur de mea allegatione Iebusæe, fatin rectè, & commodè me sententiam illius affecutum arbitraris?

Eodem planè modo, nec impertinenter, nec contra me locum Ioh. 8

ex Iohanne de filijs Abraham, qui ex operibus censendi sunt, vt Iesuita loquitur, produxi. Nequaquam enim Christus Abraham filios Rom. 8.

ex operibus fieri dicit: Quandoquidem nec Abraham ex operibus suis est iustificatus, sed fide. Credidit enim Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: quod Apostolus multis prolixè tractat argumentis. Sed filij Abraham ex operibus cognoscuntur: sicut arbor non fit bona ex fructibus: sed arborem bonam prius esse oportet, deinde sua natura bonos profert fructus, Christo docente & dicente: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, Aut facite arborem malam, & fructum eius malum, siquidem Matth. 12.

ex fructu arbor cognoscitur. Et addit: Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?

Initio huius nostræ Propositionis, qua diximus ordinariam illam Episcoporum Rom. in loco successionem, Episcoporum 120.

quorundam, in Hæresis apostasia, interruptam: corrasis Patrum quorundam testimonijs magnoperè commendat hanc Iesuita, quæ quidem in veteri Testamento, diuinitus fuit instituta: Et etiam in primitiua Ecclesia non caruit omni vtilitate. Verum, vt supra copiosè aliquoties dictum est, quai res carnalis est, & in Nouo

Refutatio defensionis

Testamento, nec à Christo, nec ab Apostolis, Ecclesia in totum terrarum orbem propagata, mandata, aut obseruata: Idè non tanti facienda, vt propter eam ideò Romana sedes & Ecclesia pro vera Christi & Apostolorum eius agnoscat, maximè cum doctrinam illis contrariam, & ex diametro pugnantem afferat. Deinde vt hanc seriem & successionem personarum perpetuam propugnet, quod in hac plurimum momenti esse sentiat: valde pertinaciter negat, quenquam in illo ordine & successionem errasse: sunt enim ἀναμάρτητοι.

Hier. in Catalogo
scriptorum Eccles.
Libro pontificali
Damasi Papæ.

22 Liberium Arriana hæresi infectum fuisse, falsissimum esse dicit. Quod si falsum hoc est, Iesuita, mentitus est Hieronymus, qui in viuis cum fuit, & subscripsisse eum affirmat hæresi Arrianæ. Mentitus est & Damasus Episcopus Rom. Liberij successor, qui testatur, non cum solum, cum in exilio, & extra sedè Pontificale fuit vt nugatur Iulianus, sed etiã pontifex errauerit. His enim verbis de ipso scribit. Ingressus Liberius in urbem Rom. 4. Non Augusti, consensit Constantio Heretico, non tamen rebaptizatus est, sed consensum præbuit. Et tenuit Basilicas B. Petri, & B. Pauli, & Basilicam Constantinianam annis sex.

Mentitus est & Marianus Scotus, qui Liberij Papæ annos conscribens, inter cætera sic ait: Liberius tædio victus exilij, in Hæretica prauitate subscribens, Romam quasi victor intrauit.

Nec eum excusat, quod dicit Iesuita, cum pernegare factum non possit, vt cupit: Nec ea, si qua fuit, spontanea, sed vt minisq; ex tortis subscriptio fuit: Cogi nescit, qui scit mori. Nec enim abnegantes Christianam Religionem, vt metuq; adacti, excusationem merentur.

Mentitus deniq; est Platina, qui in vita Liberij scribit, hunc à Constantio reuocatum ab exilio, morum hoc eius beneficio, cum Hæreticis in rebus omnib. (vt quidam volūt) sensisse. Illud tamen addens, cum Catholicis tenebar, Hæreticos ad fidem redeuntes, non esse rebaptizandos. Errasse me quoq; dicit Iesuita circa Anastasium. 2. quod scripserim, hunc Acatio Hæretico fauisse, sequutus Gratianum.

Atqui non Gratianus solus, Decretorum compilator, hoc habet sed & alij rerum scriptores, Pontificale ipsum. Et Volaterranus sœcundum Arrij sinem consecutum scribit, dum ventrem exoneraret, in testina in latrinam emisisse. Quibus & Platina consonat, dicens: Anastasius verò (vt quidem scriptores referunt) Anastasium Imperatorem excommunicauit, quod Acatio faueret: tamen si postea ipse ab Acatio seductus, dum eum reuocare clanculum tentat, Clerum à se grauiter alienauit, qui se a comunione Pontificis tum maximè subtraxit, quod etiam sine Catholicorum consensu, Photino Thesaloni

falonicensi Diacono communicasset, qui tum Acatij errorem imitabatur. Hanc ob rem serunt diuino nutu hominem subito morbo correptum interiisse. Sunt qui dicunt, eum in latrinam effudisse intestina, dum necessitati naturæ obtemperat.

Quod verò de Iohanna octaua eius nominis Papiſſa scripsi : factus homo, quibuscunq; potest modis eludere conatur, quod ex Rherorum scholis attulit, qui quæstionum violentiam ioco eludendâ docent: Ita hic, fabulam vocat. Et argumentatur bonus vir, ac veritatem rei, futili argumento, a cognomine Iohannæ sumpto, cupit falsitatis cõuincere: A iunt, inquit, Comẽtatores illi, Ioannem Moguntia in Anglia fuisse oriundâ, cum tamen Anglia nullâ habeat Moguntiam. Sed heus tu lebusce, aiunt te esse calumniatorẽ maximũ : qui nihil ne minimũ quidẽ, incorruptum relinquis. Dicitur est Papa ista Ioannes Anglicus: Non q; ex Anglia esset oriundus, sed ab Anglo quodã Fuldensis Cõnobij monacho, quẽ ipsa ardentissimẽ dilexit. Genere autem Germana fuit, ex Moguntia: Ioannes Balcus, co, vt Platina scribit, oriunda, & sexum mentita.

Platina vitas Pontificum omniũ descripsit, qui cum ordine recitasset historiã de partu castissimæ dominæ Papæ in processione (Deum ad Lateranensem Ecclesiam inter Colosseum, & Clementis solenni,) addit circa finem, quod fere omnes id affirmant.

Mantuanus & ipse Monachus Pontificius, in Alphonso Inferos Mant. lib. 3. describens, Ioannæ Papiſſæ mentionem facit his verbis :

Hic pendebat adhuc, sexum mentita virilem

Femina, cui triplici Phrygiam diademate mitram

Extollebat apex, & pontificalis adulter.

Sed ne in posterũ in similem, tanquam foedũ inciderent errorẽ, Patres in spiritu S. legitimẽ cõclusi, constituerunt, vt statim recens electi Pontificis genitalia per sedem perforatã à Diacono attractarentur, quòd marẽ esse cognoscerent. De quo Ioannes Pannonius:

Non poterat quisquam referantes athera clauas,

Non exploratis sumere testiculis.

Cur igitur nostro mos hic iam tempore, cessat ?

Ante probeat sese quilibet esse marem.

Postremò quod addidi, Pontifices plurimos Magos fuisse: meam esse dicit calumniam, quam ille nunquam probauerit. Quasi verò non omnium historicorum, quialiquid de rebus Pontificum Rom. scripserunt, libri ijs sint resenti: Benno, Petrus Præmonstratensis, Volaterranus, Sabellicus, & Platina.

Refutatio defensionis

De Syluestro 2. qui Gilbertus antea est vocatus, natione Gal-
lus, scribunt, quòd relicto Monasterio in Hispaniam ad quandam
Necromanticum se contulerit, cui opera filix præceptoris, librum
surripuit, & Sathanæ iureiurando se totum tradidit, vt ipso ad-
iuuante pontificatum consequeretur; quod & factum est. Caput
æneum in abdito quodam loco seruabat, ex quo cum quicquam
peteret à maligno Spiritu, suo familiari, responsa semper accepit.
Postea sibi pulchrè placens in Papali fastigio, sciscitabatur ex suo cõ-
gerrone Diabolo, quamdiu potiturus esset Pontificatu: Ambi-
guè ille respondit: Si non attigeris Hierusalem, diu viues. Moris
autem fuit, vt pontifex certa quadam Quadragesimalis stationis
die, Romæ sacra faceret, in Basilica S. crucis, quæ Hierusalem
vocabatur, in qua Syluester, parum circumspèctus Missam celes-
brauit. Vbi statim graui correptus febrì, ex strepitu dæmonum
(inquit Petrus Præmonstratensis) sensit sibi mortem adesse, pen-
sumq; Sathanæ reddendum, scelus magici erroris publicè plo-
rans inde confitebatur: miserabili & horrendo hoc interitu præ-
uentus. Et inter ipsas mortis angustias suppliciter petiuit (inquit
Benno) manus & linguam abscindi, per quas in ipso cœlibatu
sacrificando Dæmonibus, Deum ipsum blasphemauit.

Huic Ioannes 19. cognomine Siccus, vt Blondus autor est, ac
natione Italus, adiuuante Diabolo, Siluestro Mago ac Satanico
monstro in eadem sede successit. Certamen fuit (inquit Benno)
inter ipsius Syluestri discipulos necromantas, dum quisq; anhela-
ret ad rapiendum sibi Papatum.

Gregorius verò 7. Hildebrandus antea dictus, natione Hetrus-
cus, patria Senensis, secta Cluniacensis Monachus, relicto cœno-
bio Romam profectus, Laurentio Archipresbytero, qui iuuenis
adhuc, in Gallijs à Syluestro prædicto, qui ibidem scholas ape-
ruerat, artes Magicas, & Necromantiam didicit. Hic cum vellet,
(teste Bennone) manicas suas discutiebat, & in modum scintilla-
rum, ignis dissiliebat. Et quia Diabolus (inquit) per paganos
ipso, Christum publicè persequi non poterat, per pseudomo-
nachum, sub specie religionis, nomen eius fraudulenter subuers-
tere disponebat. Idem Benno ralem de hoc narrat Hildebrando
Papa historiam. Die quodam (inquit) cum de Albano Romam
veniret Gregorius, oblitus est ferre secum familiarem sibi li-
brum Necromanticæ artis, sine quo nusquam, aut raro incede-
bat. Quod cum in itinere ei ad memoriam redijisset, in introitu
portæ Lateranensis festinanter vocauit duos de familiaribus suis,
assuetos

affuetos & fidos ministros scelerum suorum. Et vt eundem librum citiſſime ſibi afferrent, præcepit: ac terribiliter interminatus eſt, ne librum in via aperire præſumerent, nec vlla curioſitate ſecreta eius inueſtigarent. Sed quanto amplius inhibuit, tanto vehementius eorum curioſitatem ad inueſtiganda eiusdem libri arcana accendit. Igitur dum in reditu librum reſeraſſent, & Diabolice artis præcepta curioſe legerent: ſubito affuerunt angeli Sathanae, quorum multitudine, & horrore duo illi iuuenes propè effecti amentes, vix ad ſe reuerſi ſunt. Et (vt ipſi retulerunt) maligni ſpiritus inſtabant, dicentes: Ad quid nos vocaſtis? quare fatigatiſis? cito præcipite, quod nos agere vultis, alioquin inſurgemus in vos, ſi nos diutius tenueritis? Ad hoc alter iuuenum, ſeltinanter, inquit, muros illos deſcrite. Et hæc dicens manu oſtendit muros altos Romæ vicinos, quos in momento maligni ſpiritus deſecerunt. Et iuuenes ſanctæ crucis ſigno ſe ſignant, tanto terrore exterriti, trementes, & palpitanter, vix Romam ad Dominum ſuum peruenerunt. Hæc Benno. Hi ergo, vt alios præteream quam plurimos, Magos, pacta cum Diabolis facientes, ordinarij illi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, ſcilicet. Qui num ſimiliores ſint Simonis Petri magis, an verò Simonis Magi, tu videris Iebulæe, vnde & plerique etiam fuerunt, & dicti ſunt Simoniaci, Antichriſtiani certe & Idololatæ, iam multis ſeculis omnes, turpi ſimi. Cum verò Ieſuita dicat, ſucceſſionem illam Pontificum Romanorum ab ordinatione diuina pendere, ex nouo Teſtamento eam mihi demonſtrari cupio, vbi ſit inſtituta à Deo: Nam quod ad vetus Teſtamentum, in vna gente & terra Iudæorum Abaronis familia, eiusque ſucceſſione, iam olim cum gente illa ceſſauit, & cum reliquis ceremonijs Moſaicis, adcoque ſacerdotio toto eſt abrogata.

129.

Contra ordinariam loci ſucceſſionem Epiſcoporum in Papatu, locum Hieronymi attuli hac propoſitione, dicentis: Non omnes Epiſcopi, Epiſcopi. Attendis Petrum, ſed & Iudam, &c. Vbi me contradictonem implicare dicit Ieſuita. Atqui non mea, ſed Hieronymi ſunt verba, cum quo ſibi dimicandum nouerit Iebulæus, non mecum.

Quod verò addit, me negligentes, ac ſcandalofos Epiſcopos ſimpliciter pro Epiſcopis non agnoscere, luculentam mihi facit iniuriam, nec vnquam me hoc dixiſſe aut ſcripiſſe probare poterit aduerſarius. Reſpondi enim & in præcedenti propoſitione: Miſterium etiam indignorum eſſe efficaciſſimum, quod non a perſonæ di-

Refutatio defensionis

gnitate vel indignitate pendeat Ministerij efficacia, sed ab ordinatione & institutione diuina. Et addo: Falsa dogmata serentes, Pseudoprophetas esse, & cauendos, non audiendos: Lupi enim sunt rapaces, non pastores gregis Domini. Scandalosos vero, ut leuita loquitur, hoc est, qui prauis moribus offendunt Ecclesiam, si emendare illos nolint, non serendos. Quam diu autem serantur tales ab Ecclesia, Ministerium illorum efficax.

Distinguo igitur inter Episcopos malos. Alij sunt doctrina mali, alij moribus, alij in vtroque. Sicut & inter officium Ecclesiasticum, vel Ministerium ipsum, & inter personas, quæ eo funguntur, ingens est discrimen. Munus ipsum, quia diuinitus institutum, idcirco sanctum & pium ac bonum semper est, & manet: personæ verò illæ lo fungentes officio, non semper probe illud faciunt, fuerunt enim & sunt Pseudoprophetae, Pseudoapostoli, Pseudoepiscopi, ut male non dixerit Hieronymus, non omnes Episcopos, Episcopos esse. Sed quærit Iebusæus, quod cauilletur, homo contentiois magis, quam veritatis studiosus, quod & hæc, & alibi passim ex toto eius libro apparet. Quod enim repetit & negat, Lutheranos veros esse ministros: de hac calumnia supra de uocatione respondi copiose.

Apoca. 19.

Quod verò in fine de charactere sacerdotij indelebili addit: Character is est Bestiæ, & Meretricis Babylonis, quem qui tulerit, vna cum Bestia, & Pseudopropheta, qui est Antichristus Romanus, in stagnum sulphuris, & ignis æterni mittetur. Nam totus iste ritus consecrandi sacrificulos ad Missandum & offerendum pro viuuis & defunctis, figmentum est & commentum, doctrina & traditio humana, carens verbo Dei, κακοῦνλαξ legis Mosaicæ & sacerdotij Aharonici abrogati, introducta. De qua saluator: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur.

130.

Quæ ego de patribus dixi determinare, quòd multum tribuerint, suo tempore, Episcoporum successioni, propter certas causas, quæ tùm habebant locum, quòd videlicet in plerisque adhuc uigeret Apostolorum doctrina incorrupta. Et quia Heretici quidam Scripturas quasdam non recipiebant. Ideoque rectè ad illas Ecclesias prouocatum, in quibus ab Episcopis, qui ordine sibi successerant, studiosè Authentica, & originalia Apostolorum scripta seruabantur. Id iam dissimulatis rationibus, bonus ille uir, aduersarius meus, simpliciter accipit, & addit: Quid obsecro prohibet, quò minus id quoque nunc fieri possit, & debeat?

Dicam

Dicam mi Iesuita: Quia ingens est diuersitas, inter illa & hæc tempora: Inter illos Episcopos & nostrorum temporum. Primitiua enim Ecclesia testimonium ferre poterat de Authenticis & Canonicis Apostolorum & Euangelistarum scriptis, quæ nouerat illos, dum adhuc in carne vixerant, & de illis, quæ viderat ipsa & audierat ex Apostolis, testari poterat. Quæ cur nonnulla reiecerit, paulo ante est commemoratum, & probatum.

Vnde igitur hodie Ecclesia Romana Pontificia certiora habet & firmiora acquisiuit argumenta & testimonia, quibus nobis fidem faciat, de veterum quorundam scriptis, quod sint Canonica & indubitata? Nisi quod suo studentes compendio, in numerum Canonicorum, quæ veteres pro Apocryphis habuere, retulerunt, quales sunt libri Machabæorum, vt Missas inde & oblationes pro defunctis, & purgatorium nonnihil stabiliant, & confirmant. Et sic de cæteris.

Quod verò ad Episcopos: bone Deus, quanta dissimilitudo? Aut potius, quæ inter eos similitudo? Illi fuere Theologi doctissimi in Scripturæ S. lectione, meditatione, enarratione die nocteque versati, se exercuerunt, officium fecerunt pastorale, cauentes, quantum fieri potuit, errores. Hæreseis refutarunt Scripturæ sacræ testimonijs, plebeculam suæ fidei commissam sedulo erudierunt pro concione: adeò vt ipsis præsentibus, PRESBYTERI non docuerint.

Quales sint hodie Episcopi Romanenses, nihil artinet dicere. Quod numerare se posse ordine omnes, scribit Iesuita, Pontifices Romanos: quid hoc ad rem? sic numerari ex historiarum scriptoribus Imperatores Romani omnes possunt eodem ordine à Julio Cæsare. Sed quid iam Romani Imperatores habent de Roma, & Italia tota, nisi nomen nudum? Quantum de Romani Imperij prouincijs & regnis amplissimis, florentissimis plurimis: tantum, vice versa, Romanus Pontifex de Ecclesia, eiusque veris bonis, doctrina cœlesti, sacramentis & beneficijs CHRISTI, in verbo ipsius promissis, habet & possidet, corticem videlicet, mundanam Pompam, potentiam, iurisdictionem, imò tyrannidem potius, neglectis veris Ecclesiæ Christi thesauris.

Quod ad crimen falsi, quod commississe Pontifices Romanos in concilio Carthaginensi sexto, scripsi: ingentem ac stupendam

Refutatio defensionis

Iesuitæ huius impudentiâ nemo verbis consequi potest. Qui tam aperta, tam manifesta, omnibusq; in tota Ecclesia nota negare audeat. Missis enim legatis Pontifex Ro. Bonifacius, sicut & antecessor eius Zozymus, et post illum Cœlestinus, ad primatum suum (quem anhelabant) stabiliendum, & iurisdictionem in alias Prouinciâs ampliandam, ex Africa ad Romanum Episcopum appellationes concedi, idque etiam ex decreto (vt prætexebant) Nicæni Concilij, ab Africanis Episcopis petebant. Verum patres in Concilio Carthaginensi sexto, Ducenti decem & septem, inter quos & Augustinus, negant, tale quid se inspectis exemplaribus Græcis & Latinis inuenire potuisse. Ideo decernunt, Legatos esse mittendos in urbem Constantinopolitanam, vbi Authentica Concilij illius Decreta haberi perhibeantur. Et simul etiam ad Alexandrinum & Antiochenû Episcopos, vt mittant illius exemplaria quod & factum est, vt paulo post dicitur. Sed minimè hæc in illis se inuenire potuisse respondent Episcopo Romano. Vnde & decretum fecerunt, vt extat inter illa, capitulo 92. Item placuit, vt Presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in causis, quas habuerint, si de iudicijs Episcoporum suorum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos, quicquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, nisi ad Africana Concilia, vel ad primates prouinciârum suarum. Ad transmarina autem, qui putauerint appellandum, a nullo inter Africam in communionem suscipiatur.

Cap. 105
Vide insignem synodalem Epist.

Et ad Cœlestinum vrbis Romæ Episcopum, Epistolam dedit concilium hoc Africanum, in hæc verba.

” Præfatio itaq; debita salutationis officio, &c.

Tom. 1 Concil.
Ius Canonicum,
non est Concilium
Nicænum:
sed habet Paparum
Decreta,
ideo meritò est
illius priores pia &
sancta Lutheri
scripta exusserint
Sicut fecerunt
mihi, sic feci eis.
Iud 15.

” Sed hic nouo excogitato dolo, impostor Iesuita hæc conatur infringere, inquit: Nam illud falsi crimen, non à Rom. Pontifice, sed ab Arrianis commissum fuisse luculenter explicant & probant Athanasi ac Marci Pontificis & Felicis Epistolæ, quibus illi declarant, non tantum 20. sed 70. Canones à Concilio Nicæno fuisse æditos, eosque ab Arrianis partim combustos, sicut à Luthero Ius Canonicum, ad Arrianorum imitationem, flammis traditum esse constat, partim mutilatos. Ac proinde Africani illi integros Nicænos Canones, & vera originalia, non à Constantinopolitana Ecclesia, Alexandrina, aut Antiochena, in quibus dominati fuerant Arriani, sed D. Athanasi & Ægyptiorum Episcoporum exemplo, à Romana Ecclesia petere debuissent, vbi cum fide Nicæna Canones Concilij Nicæni integri, & incorrupti, teste Iulio summo Pontif. asseruabantur.

Quid

Quid audio Iebulæ? Et quis tu es, qui in dubium concilij Nicæni decreta, hæctenus Euangelio æquiparata, Sacrosancta, reuocare non erubescas? Ergone, vt demus iam, quod Arriani exemplar decretorum Nicæni Concilij, in Aegypto, quod extabat, incenderint: Constantinopoli & Antiochiæ idem factum est? Et Romæ tantum integrum & Authenticum asseruatum?

Sed vt dicam quod sentio, si aberrauero, hæreticus tamen non ideo ero. Scio autem Iesuitam clamaturum: crucifige, crucifige, Hæreticus superciliosus &c. Iudico Epistolam illam quæ nomine Athanasij circumfertur, notham esse. Idq; has ob causas. Primo, quia valde ridiculæ afferuntur in eadem Epistola rationes illorum 70. Canonum, quas ad verbum exscripsi. Ita enim scribere fingitur Athanasius ad Marcum Papam: Sanè præsentibus nobis octuaginta capitula, in memorata tractata sunt Synodo (Nicæna) scilicet 40. à Græcis, Græca ædita lingua, & quadraginta à Latinis, similiter Latina ædita Lingua. Sed visum est trecentis, decem & octo Patribus, Sancto Spiritu repletis, in prædicto Concilio cõgregatis, & maxime iam dicto Alexãdro Alexandria Archiepiscopo, cui negotium cum Arrio ab initio fuerat, & Apostolicæ sedis Apocrisarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atq; congruis locis infererentur: **ET AD FORMAM LXX. DISCIPLINARVM: VEL TOTIVS ORBIS TERRÆ LINGVARVM,** septuaginta tantis, & tam excellentis Concilij fierent capitula. Deinde scribunt Patres 217. Concilij Carthaginensis vel Africanani ad Archiepiscopos Alexandrinum Cyrillum, & Constantinopol. Atticum, petentes authentica ab illis Nicæni Concilij exemplaria: quæ etiam se mittere in Rescriptis suis respondent.

Hoc modo in uersum 40. tantum fuissent & non 80.

Risum tenete amici.

Ex Epistola Cyrilli ad Concil. Africanum.

Scripta venerationis vestræ, multam habentia querimoniam, cum omni lætitiâ per filium vestrum Innocentium presbyterum suscepti. Quibus à nobis speratis, vt de scrinio nostræ Ecclesiæ VERISSIMA EXEMPLARIA, EX AVTHENTICA SYNODO apud Nicænam ciuitatem metropolim Bithyniæ, à sanctis Patribus constituta atq; formata, sub nostræ fidei professione, vestræ dilectioni porrigamus. Vnde domini venerabiles fratres, salute præeunte, per harum latorem filium nostrum Innocentium Presbyterum FIDELISSIMA EXEMPLARIA, EX AVTHENTICA SYNODO, IN NICÆA BITHY-

Ex Actis Concilij Africanani cap. 102. Tomo 1. Conciliorum.

Refutatio defensionis

RIÆ HABITA, vestræ charitati dirigere, quæ & in Ecclesiastica historia requirentes, inuenietis.

Dubium autem non est, quin si verum est, quod vterq; & Athanasius scripsit, & Marcus Episcopus respondit, Romæ respondit, mittens 70. capitula, tum adhuc tempore Cyrilli, hoc est post annos 80. qui intercesserunt, fideliter ea asseruasent. Remittit autem Cyrillus sua Epistola Africanos ad Hist. Eccles. in qua eadem extent decreta Synodi Nicænæ. Verum in hac non nisi 20. habentur vsitata.

Ibid. cap. 103.

Ad eundem modum & Atticus Constantinop. Archiepiscopus Africano Concilio responderet: Scribitis sanè, vt VERISSIMOS CANONES, apud Nicæam ciuitatem Bithyniæ à Patribus constitutos, sub fidei adstipulatione dirigam. Et quis est, qui communem fidem, vel statuta à Patribus firmata, suis fratribus denegat? Qua de re, per eundem filium meum Marcellum, subdiaconum vestrum, nimium festinantem, SIC VTI STATUTI SVNT IN NICAEA CIVITATE à PATRIBVS CANONES (VT IVSSISTIS) DIREXI: petens vt pro me plurimū vestra sancta congregatio orare iubeat.

Adhæc si maximè verum esset, septuaginta canones fuisse in Concilio Nicæno statutos: Tamen hoc longè certissimum est, illos ipsos non fuisse contrarios. Quæ hæc enim vesania? Manifestum autem est illius Canone sexto, Alexandrinum, qui primo loco nominatur, Romanum, & Antiochenum Episcopos, pares esse; nec vlli in alium concedi Iurisdictionem. Ita enim habet: Antiqua consuetudo seruetur per Ægyptum, Lybiam & Pentapolim, ita vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem: quia & vrbis Romæ Episcopo parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasq; Prouincias, suis priuilegia seruentur Ecclesiis. Item alibi: Episcopo Romæ suburbicantarum inspectio demandatur.

Sequenti verò Canone. 7. Prærogatiua & præeminentia singularis conceditur, non Romano, sed Hierosolymitano Episcopo, his verbis: Quoniam mos antiquus obtinuit, & VETUSTA TRADITIO, VT Æliæ, id est Hierosolymæ Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen Metropolitanæ ciuitatis propria dignitate.

Hi canones sunt genuini Concilij Nicæni, ab omnibus historicis descripti maximo consensu. Nec possunt aliq; exhiberi.

Ex quibus omnibus sequitur, verum esse, quod in Proposit. 130. dixi, Pontifices Rom. crimen falsi admisisse in illis Canonibus, in quibus finxerunt, primatum & Iurisdictionem, in omnes Ecclesias sibi à Concilio Nicæno concessam: quæ demum post annos à Phoca Cæsaricida Bonifacius multis & importunis precibus agrè obrinuit: & non, ut Iesuita dicit, ab Arrianis commissum. Quorum tamen impietati, crudelitati, hæresi, adeoq; blasphemiae horrendæ nequaquam patrocinari volumus; sed illos, cum tota Ecclesia abominamur, detestamur & damnamus.

Hoc quoq; sequitur, falsum esse, quod Iulius Rom. Episcopus, Marci in sede successor, Epistola sua, ad Orientales scripsit: Ipsi verò primæ sedis Ecclesiæ conuocandarum Generalium Synodorum iura, & iudicia Episcoporum, singulari priuilegio Evangelicis, Apostolicis, atq; Canonicis concessa sunt institutis. Quia semper maiores causæ ad sedem Apostolicam, multis auctoritatibus referri præceptæ sunt, &c. Et ibi iterum: Porro dum à Sanctis Apostolis, successoribusq; eorum, in Præfatis antiquis decretum fuerat statutis, quæ hæcenus sancta & vniuersalis tenet Ecclesia, **NON OPORTERE PRÆTER SENTENTIAM ROMANI PONTIFICIS CONCILIA CELEBRARI** &c. Postea: Hæc eadem postea in Nicæna Synodo propter prauos & hæreticos homines ab omnibus corroborata.

Vbi? Capite nullo, folio lacerato.

Huius contrarium in præcedentibus est demonstratum, Theodosiū & Martianū contra Leonis 1. voluntatem indixisse & celebrasse concilia.

Et id contra Orientales Episcopos, cap. 29. Nec vllum ratiū est, aut erit vnquam Concilium, quod non sultum fuerit Romani Episcopi autoritate.

Ad reliqua Iesuitæ, quæ sequuntur in præcedentibus est responsum.

Eos esse legitimos dixi Apostolorum successores, qui doctrinam eorum syncerè prædicant. Hic insert aduersarius: Ergo Rom. Pontif. semper fuerunt, & adhuc sunt Apostolorum successores, quando quidem semper prædicarunt & vsq; prædicant synceram Apostolorum doctrinam.

131.

Quid prædicauerint, & prædicent vsq; Rom. Pontifices, ex decretis Concilij Tridentini apparet: doctrinam afferentes Apost. planè contrariam, & ex diametro cum illorum pugnantem, sacra scriptura iam olim damnatam. Id quod luculenter nostri hæcenus, cum alijs, tum in primis Reuerendus vir, & Doctor Clariss. Dominus

Refutatio defensionis

Dominus Martinus Chemnizius prolixè, de verbo ad verbum
demonstravit, & solidis Scripturæ Sacræ testimonijs refutavit.
Deut. 17. Quod verò locum Moſis aſſert Ieſuita, quo ſummus ſacerdos
audiri iubetur, eiusq; decreto ſtandum. Reſpondeo, nihil hoc ad
Pontificem Rom. cum hic non ſit ille Sacerdos diuinitus vocatus,
ſicut nec Primatus, Romanus aut Episcopatus à Deo eſt fundatus,
ſed ab alio, de quo ſupra. Et ſi maximè hoc probari poſſet, quod in
æternam non eſt futurum: tamen non ſolus ille, cognouit ſed ex
ordinatione & mandato diuino, cum ipſo Iudex ſecularis, vel qui
poſtea uceſſit, Rex cauſas. Hunc uero tanquã prophanum homi-
nem, ad cauſarũ Eccleſiaſticarũ cognitionẽ, Pontificij nõ admittunt,
ſed arcent, pculò procul ire prophani. Quod tu quoq; facis in tuæ
huius defenſionis præſatione.

Et quid audiendam præcepit Chriſtus Eccleſiam: ſed ueram,
ſuam, quæ ipſa prior uocem Chriſti, eiusq; audit Apoſtolos.
Quod ueſtram minimè facere, in præcedentibus probauimus.

Chriſtum autem in Nouo ſuo Teſtamento Cathedram Petri
firmam & perpetuam eſſe uoluſſe, eiusq; Cathedræ Sacerdotes,
atq; ſucceſſores perpetuò difficiles, & ambiguas Religionis con-
trouerſias, inſtar ſummorum Pontificum ueteris Teſtamenti cõ-
ponere: Nec id quidem ſuo modo diſſitemur, ſi rectè intelligatur
nempe, ſi doctrinam D. Petri per omnia retineant, ſyncerè & in-
corruptè eam ſonent, & proponant, ſecundumq; eam contro-
uerſias fidei dirimant.

Añ. 4. Sed quantum ab hac diſceſſerint, uel ex concionibus Petri ap-
paret, quæ in Actis deſcriptæ extant, ubi Petrus dicit, non eſſe
in alio quoquam ſalutẽ. Nec aliud nomen ſub celo datum homi-
nibus, in quo oporteat nos ſaluari, niſi in nomine Ieſu Chriſti.
Pontifices uero Romani cum ſuis aſſectis, & Doctõribus, pro-
pmodum infinita alia excogitarunt nomina, & non nomina
tantum, ſed etiam res, in quibus iſti docent ſalutem conſequen-
dam, tot uidelicet, quot ſunt ordines Monafterii, quot ſunt ope-
ra bona, quot cultus ab hominibus etiam conſecti, in quibus
omnibus & ſingulis ipſi quærent ſalutem, & mereri docent homi-
nes uitam æternam. Hæc adẽo ſunt manifeſta & decantata, ut
negare, niſi mentiri uelint, non audeant.

Añ. 16. Sic idem Petrus dicit & docet, Deum purificare fide corda, ab-
l. Petri. ſuta pretioſo ſanguine agni immaculati Chriſti. Nec per opera bo-
na in lege præcepta hominem ſaluari, quia factu ſunt impoſſibilia
Iſta, ſed per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti credentes ſaluari,
ſicut Patres in ueteri Teſtamento.

Sed quid Pontifices Romani: varios modos abluendi peccata, & purificationis excogitauerunt. Missam, Eleemosynas, ingressum ordinis Monastici, tam mundare hominem, quam Baptismum, & sic alterum esse quasi Baptismum. Sicut Thomas scribit, in vitis Patrum dici, quod quidam viderit eandem gratiam descendentem super eum, qui habitum Religionis adsumit, & super eum qui baptizatur. Sicut & aqua lustrali, peccata venialia deleri docent, VIRGINITATEM ET COELIBATVM, MAXIMAM ESSE PECCATORVM SATISFACTIONEM, ET MERITVM VITAE AETERNAE.

Thom. super 4. sent. dist. 4. art. 2.

Afotus.

Legem esse possibilem. Hominem ex puris naturalibus Deum posse diligere super omnia. Patriarchas saluos legis naturæ obseruatione. In veteri Testamento homines, Legis Mosaicæ, Christianos legis Euangelicæ obseruatione saluari.

Hæc scilicet est harmonia doctrinæ Pontificiæ, & Petri Apostoli: cuius quidem doctrina firma manet & perpetua, cuius cathedræ successores sunt, qui doctrinam eius sincerè proponunt Ecclesiæ, & ex ea Religionis controuersias componunt. Quod cum non fiat à Romanis Pontificibus, vt iam breuiter ostensum est, id eo non audiendi vt pastores, sed fugiendi vt lupi rapaces.

Contra hanc propositionem Iesuita Primatum Petri, & successorum eius stabilire conatur. Primum hinc, quia Christus illi ter dixerit, *Pasce oues meas*: quibus verbis, cum antea non pauerit ille gregem Domini, nec vllam illius pascendi commissionem habuerit, illum tanquam supremum, & generalem suum in terris vicarium constituerit, vt oues scilicet omnes, etiam cæteros Apostolos, tanquam inferiores Episcopos pasceret.

132.

cc
cc
cc
cc

Initiò quod negat, Petrum ante Christi in cælum ascensum, prædicasse Euangelium, mirari satis hominis in sacris literis ignorantiam non possum, qui id non videat, quod omnes vident, nisi quod maiestate, pompa & splendore, primatus Papæ Rom. ita oculos ipsius præstrictos existimem, vt ea quæ Mathæus scripserit, cæcutiens ipse legere non potuerit. Ita enim habet: Et conuocatis discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum imundorum, Ne verò putare quis possit, hæc de septuaginta illis, quos præterea elegit, discipulis dicta esse: statim immediate subiicit, qui nam illi fuerint à Christo conuocari discipuli. Duodecim autè Apostolorum nomina sunt hæc. Ne quis verò iterum putaret, non hos, sed illos esse emissos tunc statim, sed Apostolos demum post ascensum

Math. 10.

Refutatio defensionis

ſuum in cœlos, vt Iefuita narrat: ſtatim & immediatè ſequitur: **HOŠ DVODECIM MISIT IESVS.** Sed quando? cum aſcendurus eſſet demùm in cœlum? Et tunc quidem illos emiſit. Sed & antea, non in futurum, vt Ieſuſaſ garrir, ſed in præſens emiſit. Et vt id videat, aperiat oculos. Diuerſa enim dat præcepta tunc in præſens, præcipiens, inquit Matthæus, eis, & dicens: in viam gentium ne abieritis, id tunc prohibebatur: ſed potius ire ad oues, quæ perierunt domus Iſraël. Poſtea verò in cœlum aſcendurus, contrarium præcipit: Ite in orbem vniuerſum, docete omnes gentes. Quid igitur ante ipſius paſſionem emiſi inter Iudæos, & ciuitates ipſorum, ad oues quæ perierunt Iſraël, faciant? Pergit Matthæus Chriſtum addidiſſe; Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquant regnum cœlorum.

Quid tibi hæc videtur Iefuita? An non videtur tibi Petrus quæque, qui inter Apoſtolos eſt recensitus, pauiſſe gregem Domini? An verò quia Iudæos tum, & non Gentes, idè non grex Domini? At qui Chriſtus ipſe hos & agnoſcit, & vocat oues ſuas. An tu putas aliud eſſe, prædicare regnum cœlorum: & aliud, paſcere oues Domini? An verò negas tu, quod facis, commiſſionem Petrum vllam paſcendi gregis habuiſſe? Quid igitur eſt, quod ſcribit Matthæus, Chriſtum dixiſſe, **EUNTES PRÆDICATE?** An hæc non eſt commiſſio paſcendi gregem Domini? O inſpidum caput, o cæcutientes oculos, o Doctorem indoctum, & Iefuitam longè à Ieſu, cuius nomen indignè gerit, cum vocem eius non audiat, nec intelligat. O Rabinum & Magiſtrum in Iſraël, qui hæc ignorat.

Et vbi quæſo te, & in quo Euangelista, aut Apoſtolo legiſſi, ſoli Petro, omnes, omnes inquam Chriſti oues, etiam ipſos Apoſtolos, tanquam inferiores Epiſcopos paſcentes, commiſſos eſſe. Niſi fortè tu, Quintum habeas Euangelium? ſicut nouos Concilij Nicæni Canones, qui tam diu latitauerunt.

Et vbi quæſo te, Apoſtoli reliqui, tanquam inferiores, Petro ſubiecti fuiſſe leguntur?

Gal. 2. Paulus certe, Petro aperte in faciem reſtitit, & coram omnibus illum reprehendit. Et nequaquam illum ſuperiorem ſe agnoſcit.

Cyprianus de ſimplicitate Prælatorum.

Sic & Cyprianus ſcribit. Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, **PARI CONSORTIO PRÆDITI, ET HONORIS ET POTESTATIS.** Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.

Quod

Quod ad reliqua attinet, quæ hinc inde ex Evangelistis colligit, passerendo Petri primatu, quod Christus, inquit, Iesuita pro ipso singulariter orauit, ne eius deficeret fides. Et pro se ac pro ipso tributum solui voluit. Ergo Petrus superior fuit reliquis Apostolis. Valet consequentia à baculo ad angulum. Omnes enim vident, nullam esse rationem consequentiæ. Cum quod ad rem ipsam, Primatum scilicet Apostolorum, Christus oblata commoda occasione, cum de hoc ipso contenderent Apostoli, penitus illum suis Luc. 22. derogat Apostolis.

Velli maximè Petrus princeps fuisset Apostolorum, quod nunquam villo Scripturæ probabitur testimonio: tamen non hæreditario id transmisisset iure ad loci successorem. Et quid hodie commune habet Pontifex Romanus cum Apostolo Petro? Non doctrinam, de cuius diuersitate paucis iam disseruimus. Non officium, quod ille prorsus non facit. Petrus dixit: Aurum & argentum non est mihi. Hic thesauros mundi, per fas & nefas corradit. Petrus omnia reliquit, & sequutus est Christum. Vnde igitur patrimonium amplissimum, & opes plusquam Regiæ? Petrus noluit, vt Cornelius coram ipso se prosterneret: Hic verò non solum pedes sibi vult osculari, verum etiam orbis Christiani Monarcharum colla, pedibus suis calcet. Vnde igitur, aut in quò, Papa Petri successor?

Quæ omnia cum ita, sicut hætenus recensuimus, habeant: non mouet nos confictus, & Dilingæ excusus Concilij Nicæni Canon 44. quo dicitur: Vt autem cunctis dirionis suæ nationibus imperat Patriarcha, & leges indicit: & vt à principio Petrus Christi vicarius, religioni, Ecclesiis, cæterisque ad Christum rebus pertinentibus, præfectus fuit principum Christianorum, Prouinciarum, & omnium gentium dominus, & rector erat: Ita ille, cuius principatus Romæ est, Petro similis, & autoritate par, Patriarcharum omnium dominatum & principatum obtinet. Huic sanctioni si quis repugnauerit, & obistere ausus fuerit, totius Synodi decreto, anathemati subiicitur.

Et quis tandem, amice Lector, fingendi quiduis finis? Ergone Concilium Nicænum contraria statuit decreta? Nam sexto Canone, vt dictum est, pares esse voluerunt Patres, Episcopos, Alexandrinum, Romanum, Antiochenum, & Hierosolymitano prærogatiua honoris fuit concessa. Hic verò principatus Romano, &

Refutatio defensionis

Gal. 2 dominatus omnium conceditur. Hæc duo contraria decreta, non ab vno & eodem spiritu sunt profecta. Et pugnat hoc cum rerum experientia. Nusquam enim Petrus præfectus fuit Principum Christianorum, Prouinciarum & omnium gentium Dominus. Nec etiam quo ad ministerium Ecclesiasticum, cum ita partiti sint officia & prouincias Apostoli Paulus & Petrus, vt hic Iudæorum, ille gentium esset Apostolus præcipuè.

Præterea ingens est inter Apostolos, & reliquos etiam veros Episcopos, ratione donorum, officij & authoritatis discrimen. Vt nequaquã, quemadmodum in illo canone, sed falsò dicitur, Episcopum Romæ, Petro similem, & authoritate parem esse: de quo discrimine, ab alijs dictum est copiosè. Nec verbis opus est, quod ad Pontifices Romanos, cum tales se præbeant, vt manifestè ingens inter hos, & Apostolos appareat diuersitas.

133.

Dici vix potest, quantis contra hanc nostram propositionem Iesuita Diabolicis nos oneret calumnijs. Primum enim multis & varijs asserit verbis, me Catholicam veritatem, calumniari antiqui serpentis sibilum: Orthodoxos Patres, Pharisæos & Scribas vocitare: Maiorum traditiones corruptelis me facere similes, nostrosq; complices cum arbitrarijs nostris documentis, quæ subindè varie m⁹ & mutem⁹, semen pmissum me (neglecto Christo) vocare. His quid atrocius contra nos dici possit? Quæ tamen meræ sunt & plane Diabolicæ ex orco profectæ calumniæ. Absit enim a me, vt Catholicam veritatem calumnier: multò vero minus, vt antiqui serpentis sibilum vocitem. Sed ipsius Iesuitæ complicitumque eius calumnias contra nos diabolicas, nouorum dogmatum, nouos pluresq; magistros nos vocantis, qui nos mer ipsos à corpore Christi mystico reseceamus, aliudquæ Euangelium prædicantes, &c. Papatusq; dogmata praua, his omnibus titulis & encomijs, quod cuius huius propositionis legenti principiũ, est manifestum, orno.

Gen. 3 Quibus, addit aduersarius, se suosq; complices, semen pmissum, (neglecto Christo) vocat. Hoc ne Diabolus quidem ex inferno contra nos dixerit, nedum bonus vir. Nequaquam enim nos, neglecto Christo, semen illud mulieris benedictum voco, quem sic à Deo in Scripturis, primis parentibus, totiq; Ecclesiæ promissum, optimè Dei beneficio nouimus, qui contriturus sit caput serpentis antiqui. Quæ gloria ipsi soli, & in solidum debetur, eamq; alteri non dabit. Quod Papistæ Romanenses impie & blasphemè D. virgini Mariæ, corruptis & deprauatis Biblijs faciunt, reddentes, IPSA Quod conteret caput serpentis.

Quod verò dico, per ipsos, sibilū antiqui serpentis, seminis promissi calcaneum petentis, agnosci; bene, & cum Scriptura, adeoq; cum Christo ipso, locutus sum. Hic enim Paulo, furiosè pia ipsius membra persequenti, se peti affirmat, clamans de cœlo: SAUL, Saul, quid ME persequeris: Torus enim Christus, inquit Augustinus, caput est & corpus. Quam diu itaq; & quodcumq; membra patiuntur, Christus pati dicitur. Ad caput enim refertur, cuius sunt membra, & propter ipsum patiuntur. Sic vos crudeles hypocritæ, & sanguisugæ, dum passim pios persequimini, & ubicunq; potestis, immani odio filij Dei, eius meriti & beneficiorum confessores trucidatis, Christum ipsum, semen illud mulieris petitis, eiusq; calcaneum mordetis. Et certè credentes in ipsum naturalem Dei filium, & ipsi sunt & sunt filij Dei adoptiui, Ioh. 1. Hos vos persequimini, occiditis, imo Christum ipsum eiusq; latera, per hos petitis & configitis.

Deinde Lutherum dicit, veteres pessimorum Sectariorum iam olim damnatas hæreseis renouasse, & ab inferis reuocasse: & ordine multas recenset. Ad quas antequàm respondeam singulas, in initio protestor, me ex animo abhorrere, adeoq; detestari omnes phanaticas opiniones erroneas, & hæreseis cum sacrosancta Scriptura pugnantibus: meq; cum vera Christi Catholica & Apostolica omnium temporum Ecclesia, sentire de omnibus fidei, & Religionis Christianæ articulis, & per Dei gratiam ad finem vsq; vite in eis perseverare velle, & sic ad tribunal Christi, ipsius gratia, & Spiritus sancti auxilio accessurum.

Deinde, instituti nostri ratio non fert, horum, quos Iesuita recenset, Hæreticorum opiniones & hæreseis discutere, quid de singulis senserint & quos fouerint errores. Et vnusquisq; onus suū portabit, & p se iusto respondebit iudici in illo die. Nimis hoc foret prolixum. Sed de his, quæ in Lutero & Lutheranis hic damnat, breuiter respondebo, & quid sentiamus de singulis, bona fide, ordine exponam.

Manichæi, inquit, publicū olim Missæ sacrificium negauerunt, quæ hæresis à Lutheranis & Calvinistis nuper ab inferis reuocata videtur, cum nec illi publicum Missæ sacrificium agnoscere volunt.

Quæ fuerint Manichæorum deliria, & aliorum olim hæreticorum, dixi me nolle disputare, cum illi nihil ad nos, neq; nobis quicquam cum illis commune. Sed quod ad Missæ sacrificium, certè temporibus Augustini, nec erat Missa Pontificia hodierna,

Refutatio defensionis

nec pro Sacrificio agnoscebatur verè propiciatorio, pro peccatis viuorum & mortuorum. Quod supra 81. copiose est probatum & demonstratum, Et qui eius fuerint authores, offensum. Et quia in Christi institutione, nihil de ea habetur, sed cum unico Christi sacrificio, semel in cruce peracto pugnat, & prophanatio est Coenae Dominicæ horrenda, vt alibi sapius dictum est, & probatum à multis nostrum: Ideo non agnosceimus, sed damnamus, vt scias, Iesuita.

Luth. lib. de seruo arbit.

Eph. 2.

Cum eisdem negare Lutherum Arbitrii Libertatem: & omnia quadam necessitate fieri, cum Simone Mago docere, asserit Iebusæus. Respondeo, Lutherus rectè negat in Actionibus Spiritualibus hominem habere Liberum Arbitrium: rectè etiam affirmat cum Augustino, esse Seruum, imò planè mortuum cum Apostolo. Sed in ciuilibus, rationi subiectis, & se inferioribus, docet esse liberum. Hæc enim ipsius sunt verba: Vt homini liberum arbitrium, non respectu superioris, sed tantum inferioris se rei concedatur, hoc est, vt sciat, sese in suis facultatibus & possessionibus habere ius vtendi, faciendi, omittendi, pro libero arbitrio. Sic etiam contingenti & mirabili voluntate hominis fieri dicit.

Lutheranos, quando credentes in Christum per operas iustas saluari pernegant, nonne Simonis Magi turpissimam hæresin resuscitant? Hic enim docuit, homines secundum ipsius gratiam saluari, & non secundum operas iustas.

Respondeo. Nihil nobis cum Simone Mago comune. Pontificios autè Simoniacos esse totus mūdus, & ipsimet clamāt Papistæ.

Quod autem ad nos remicq̃ ipsam attinet, negamus vticq̃ per opera bona hominem iustificari, & saluari coram Deo. Idc̃q̃ hanc ob causam, quòd cum fidei analogia, & tota sacra Scriptura, eiusc̃q̃ consensu pugnet. Quod vt manifestum faciamus, vel ex vnica Pauli ad Galatas scripta Epistola manifestum euadit, in qua ex professo operum iusticiam coram Deo oppugnat, eamc̃q̃ varijs describit & ornat Epithetis: quòd nihil aliud sit quam transferri à vocatione Gratiae, aliud Euangelium amplecti, perturbare fideles mentes, Euangelium Christi inuertere, Anathema esse. Huiusmodi autem, hominibus placere, Christi seruum non esse. Imò possibile esse operibus iustificari, præuaricatorem fieri. Abijcere gratiam Dei, Christum frustra mortuum iudicare. Fascinari, insensatos fieri, veritatem non audire, Christum crucifigere: Spiritum operibus acceptum ferre. Sub maledicto esse. Testamento Dei superordinare, & illud abijcere, peccata abundare facere. Sub peccato

cato

cato concludi, Elementis egenis seruire, Euangelium frustra prædicare. Seruum fieri, & ancillæ filium, cumq; eadem ab hereditate expelli. Christum non prodesse. Euacuari à Christo, excidere à gratia, fermentum corruptionis habere. Gloriarì in alijs quam in Deo. Quin imò operum iusticiam stercorea vocat. Et causam, propter quam Iudæi salutem non sint consecuti. Isaias vero dicit, omnes Sanctorum etiam iusticias, esse velut pannum menstruatae. Vides lebutæe, qualis sit operum iustitia, & quam salutem ijs, coram Deo coniequamur, quòd videlicet ex ijs, non iustificetur vllacaro coram iplo.

Hæc non eo à nobis dicuntur consilio, vt vos calumniari soletis, quòd vel prohibeamus, vel non facienda sentiamus aut doceamus bona opera: sed ne fiduciam in illa, vestro more collocemus, qui doceris cum Pharisæis confidere in illis. Sed hos maledictos esse docet Propheta Domini.

Luc. 18.
Ier. 17.

Pergit Iesuita, & dicit. Sic olim quidam Pseudoapostoli docebant, ad salutem Solam fidem sufficere: sed nonne Lutherani & Calvinistæ resuscitarunt illam hæresin, quando solam fidem sufficere clamitant.

Respondeo. Si Hæresis est, vt dicit Iesuita hic, Hæresiarcha erit Apostolus Paulus, electum illud Dei organum. Quid enim est, quod dicit hominem iustificari gratis fide, absq; operibus, nõ nisi sola fide: Quæ verba multo fortius negant, & excludunt opera à Iustificatione, quam particula, SOLA. Explicite enim negat, bona opera quicquam ad iustificationem facere.

Hac ratione etiam Patres propemodum omnes, ad quos subinde nos Iesuita ablegat, Hæretici erunt, secundum hunc egregium Doctorem.

ORIGENES. Arbitramur igitur, fide iustificari hominem, absq; operibus Legis. Apostolus hisce verbis dicit, sufficere SOLA FIDE Iustificationem, ita vt credens quis tantummodo, iustificetur, etiamsi nihil ab eo operis fuerit expletum. Quòd si exemplum requiratur, quis sine operibus fide iustificatus sit? suscipere arbitror illum Latronem, qui cum Christo crucifixus, clamauit ei de cruce: Domine Iesu, memento mei, &c. Nec aliud quicquam describitur boni operis eius in Euangelio, sed pro hac SOLA FIDE ait ei IESVS: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Fer fidem ergo iustificatus est hic Latio, sine operibus Legis. Quia super hoc DOMINVS non requisit, quid

Orig. in Epistolam
ad Rom. cap. 3. li. 3.

Refutatio defensionis

quid prius operatus esset: Nec expectauit, quid operis, cum credidisset, expleret: sed SOLA Confessione iustificatum, comitemq; sibi Paradisum ingressurus, assumpsit. Sed ad mulierem, quæ in Euangelio secundum Lucam refertur, ex nullo legis opere, sed pro SOLA fide, ad eam ait: Remittuntur tibi peccata tua. Et iterum: Fides tua te saluam fecit. Sed & in multis Euangelij locis, hoc sermone vsus legimus Seruatorem, vt credentis fidem, causam esse dicat salutis eius.

Chryf. in Epistolâ ad Rom. cap. 3. **CHRYSOSTOMVS.** Sola fides per se saluum fecit Latronem.

Idem in Epistolam ad Gal. cap. 3. **Id.** alibi. Siquidem illi (Iudæi) dicebant, qui non seruauerit Legem, execrationi est obnoxius. Hic vero (Apostolus) declarat eum, qui seruat, execrabilem esse: e diuerso qui non seruat, benedictionis consortem. Rursum illi dicebant: **QVI SOLA FIDE NITITVR**, execrabilis est: Hic contra demonstrat: **QVI SOLA FIDE NITITVR**, benedictum esse.

Grego. Naz. oratione de modestia in disceptationib, obseruanda. **GREGORIVS NAZIANZENS.** Thesaurum hunc intellectus habet, & lingua, hic quidem credens, illa vero confitens. Quid his operibus succinctius? quid dono hoc facilius? Confitere Christum, & credas illum a mortuis suscitatum esse, ac saluaberis. Siquidem & credere **SOLVM, IUSTICIA EST.** Salus autem perfecta, confiteri, loquendiq; libertatem addere scientiæ.

Basil. homilia de humilitate. **BASILIVS MAGNVS**, super verba (Qui gloriatur, in Domino gloriatur) Hæc est perfecta & integra gloriatio in Deo, quando ne quidem propter iustitiam suam aliquis effertur, sed agnoscit sibi deesse veram iusticiam, **FIDE AVTEM SOLA** in Christum iustificari

Hesich. in Leuit. lib. 1. cap. **HESICHIVS**, Miseratus Deus humanum genus, cum illud ad explenda legis opera infirmatum vidisset, iam **NON EX OPERIBVS** saluari, sed per gratiam hominem voluit, Gratia vero ex misericordia, **FIDE** apprehenditur **SOLA**, **NON EX OPERIBVS.**

Theophil. ad Gal. 3. **THEOPHILACTVS**, super verba: Quoniam in lege nemo iustificabitur apud Deum, ostendit, lege execrabiles reddi homines, & maledictioni subesse, fide vero benedictiones accumulari. Nunc plane demonstrat, **FIDEM IPSAM VBI SOLAM IUSTIFICANDI** in se habere virtutem.

Ambros. ad Rom. cap. 3. **AMBROSIVS.** Iustificati gratis per gratiam ipsius, Iustificati sumus gratis, inquit, nihil operantes, neq; vicem reddentes, **SOLA fide** iustificati sunt, dono Dei.

Id. ad

Id. ad Rom. 4. Quomodo ergo Iudæi per opera Legis iustificari se purant, iustificatione Abrahamæ, cum videant Abraham non ex operibus Legis, sed SOLA FIDE iustificatum? Non ergo opus est lege, quando impius per SOLAM fidem iustificatur apud Deum. Postea: Secundum propositum gratiæ Dei, sic decretum dicit à Deo, vt cessante Lege, SOLAM fidem gratia Dei posceret ad salutem, &c. Et immediatè quater repetitur, SOLA FIDE hominem iustificari. Hoc inquit constitutum est à Deo, vt qui credit in Christum, saluus sit, sine OPBRE, SOLA FIDE, gratis accipiens remissionem peccatorum.

AVGVSTINVS. Et quia SOLA FIDES Christi mundat, non credentes in Christum, soluti sunt ab emundatione. August enarrat. in Psal. 88.

Et idem iterum. Sed etiam præcogniti, qui non fuerant crediturici a fide, qua SOLA possent à peccatorum obligatione liberari. Id. expof. in Epist. Ioan. Tractatu 42.

Et iterum, super verba: Credidit Abraham Deo. Ecce, sine opere iustificatur ex fide, & quicquid illi legali posset obseruatione conferri. Totum credulitas SOLA donauit. Id de Tempore Scim. 68.

PRIMASIVS. Si gentes fides SOLA non saluauit, nec nos, Quia ex operibus nemo iustificabitur. Primas ad Gal. 2. Id. Gal 3.

Id. Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, ita & vobis fides SOLA sufficit ad iustitiam.

Rursus. Vt in gentes benedictio Abrahamæ veniret, id est, vt SOLA FIDES gentes benediceret.

Item. Vt pollicitationem Spiritus accipiamus per FIDEM SOLAM.

GLOSSA ordinaria in Epistola Iacobi. Abraham per opera quæ præcedebant iustus non fuit, sed SOLA FIDE, &c. Oblatio enim eius, est opus & testimonium fidei ac iustitiæ.

NICOLAUS LYRANVS. Ad quid fuit Lex utilis: quasi dicat, Si LEX non iustificauit, sed SOLA FIDES, quare ergo posita est & data? Nicol. Lyra ad Gal. 3.

Habes Iesuita testimonia Patrum Græcorum & Latinorum, nos SOLA, sola, inquam, fide in Christum iustificari. Vnde palam fit, exclusiuam particulam de SOLA FIDE iustificante, non esse nuper à Luhero confectam: sed iam olim à sanctis Patribus, per multa secula, & in diuersis orbis plagis habitantibus vsurpam, idq; iuxta Apostoli mentem. Si ergo Hæreseis est Pseudoapostolorum, vt ait Iesuita, Hæretici & Pseudoapostoli omnes hi erunt, quos iam recensuimus.

Quod de Zuuinglianis & caluinistis dicit, turpissimè eos negare in Eucharistia carnem esse christi: Idem nos conquerimur, Ideoq;

Refutatio defensionis

Ideoq; nihil isti ad nos. Exiuerunt enim a nobis, sed non erant ex nobis.

Sed nec illa Hæresis ad nos, quæ tradidit, Mulieres esse sacerdotes & Episcopos, quam tamen iam olim damnatam, Lutherum ex orco reuocasse, asserit Iesuita. Ego verò mihi non sum conscius istarum sacerdotum, neque quo locorum officium illæ faciant, docendo vel Sacramenta administrando, in Ecclesia apud nos, Ideoque turpissimum & manifestissimū est mendacium. Sed si quid horum est, magis id quadrat Pontificijs, vbi mulierculæ baptisant, & cynge di sacerdotali funguntur munere, vt Mantuanus de illis cecinit.

Sicut Zuuingliani, ita etiam Anabaptistę non ad nos pertinent,

Homines absq; baptismo ordinarię saluari, non docemus, sed in casu necessitatis gratiam Dei Sacramentis non ita alligatam esse dicimus, vt Deus absq; illis saluare eos non posset. Præsertim vbi Sacramentum non contemptus, sed necessitas excludit. Sicut multi Martyres antea ad supplicium sunt abrepti, quam Baptismum consequi possent. Vnde hi in suo sanguine baptisari, dicuntur & Baptismo sanguinis baptisari. Sicut Magister sentent: habet, & hunc & alios casus recenset, vbi rem Sacramenti, absque Sacramento consequantur. Sed tunc, inquit, impletur inuisibiliter, cum mysterium Baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit.

Quod verò dicit, Messalitanos cum Proclo docuisse, in Baptismo non tolli peccata, sed tantum abradı, idemq; docere Lutherum. Respondeo. Docemus cum Augustino, (quæ verba multi vestrum falso negant eius esse) peccatum originis, siue, vt ipsius verba recte tenem: dimitti concupiscentiam carnis in Baptismo, non vt non sit, sed vt in peccatum non imputetur. Quamuis autem reatu suo iam soluto, manet tamen, donec sanetur omnis infirmitas nostra, proficiente renouatione interioris hominis de die in diem, cum exterior induerit corruptionem: non enim substantialiter manet, sicut aliquod corpus aut spiritus, sed affectio quædam malæ qualitatis sicut languor. Non ergo aliquid remanet, quod non remittatur, cum sit, sicut scriptum est, propitiuss Dominus omnibus iniquitatibus nostris; sed donec fiat & quod sequitur, qui sanat omnes languores tuos, qui redimet de corruptione vitam tuam. **MANET IN CORPORA MORTIS HVIVS CARNALIS CONCEPTA**: cuius vitiosis desiderijs ad illicita perpetranda non obedire præcipimur, ne regnet peccatum in mortali nostro corpore. Quæ tamen concupiscentiæ quotidie minuitur in proficientibus.

Quod

Magister Sentent.
lib. 4. dist. 4.

August. lib. 1. de
nupt & concupisc.
cap. 25.

Quod ad Vigilantiū & Iconoclastas, qui imagines abrogarunt, ubi maximè damnat Zvinglianos Iesuita: et si respondere possem, indifferens hoc esse, modo ne ad cultum, aut superstitionem proflent: tamen malo Epiphanijs Episcopi doctissimi, & hæreticorum acerrimi hostis, quam meis verbis respondere. Is igitur in hæc scribit verba. cum venissem a nablatha, & vidissem esse templum, & intrassem ut orarem: inueni ibi velum pendens in foribus eius Ecclesiæ, tinctum atque depictum, habens imaginem quasi Christi, vel Sancti cuiusdam, non. n. satis memini, cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in Ecclesia Christi, contra autoritatem Scripturarū, hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, ut pauperem mortuū obuoluerent, & efferrent.

Epiphanius Epist. ad Leonem Episcopum Hierosoly. ab Hieronymo versa.

Heriani, inquit Iesuita, & Armeni docuerunt olim, pro fidelibus vita defunctis orandum non esse. Quæ hæresis licet damnata ab Ecclesia, nuper ramen à Lutheranis est renouata.

Vah turpissimam et sacrificulis istis Baaliticis, de quorum culina & ventre, deorum maximè agitur, nocentissimam & pestilentissimam. Quomodo igitur ferre eam possent Zelosi, qui maxima tenentur cura & charitate erga vita hæc defunctos. Quid illi senserint, propter quod sint damnati, ignoro ego: si vero aliud non docuerint, certè hanc solam ob causam, iniuste (ut scias Iesuita quid sentiamus) sunt damnati. Eius enim rei verbum & mandatum Dei in Scriptura S. non habemus. Oponet autem ex fide orare, Vbi vero testimonijs Scripturæ S. destituimur, fides non est, sed tantum opinio: Quia fides est ex auditu; auditus per verbum Dei.

Hieligt er / was gibt er / Leger nit / so geb er nit.

Deinde cum duo sint hominum genera, ita & loca post hanc vitam sint, verè nempe credentes, & increduli, secundum Christum & Baptistam: Credentes verò vitam habeant æternam, in mortem non veniant, sed per illam transeant in vitam: Increduli verò iam sint condemnati: frustra pro his oratur: illi verò precibus viuorum non indigent. Non. n. inquit Augustinus, vilius est vili medicus locus, ut possit esse nisi cum Diabolo, qui non est cum Christo,

Ioan. 3.

August. de peccatorum merit. & remiss. lib. 1. cap. 28.

Pergit Iesuita: Iouinianus Ecclesiasticum ieiunium, cælibatum, virginitatem calumniatus est: verum nonne Lutherani plus satis istas hæreseis hoc tempore resuscitarunt? De his paulo ante in precedentibus copiosè est responsum.

Lampertiani, inquit, Damasceno teste, piorum hominum vota Deo facta, tanquàm inuentiones humanas dissoluebant, omnem Modis libertatem permiserunt. Respondeo: Non male factum a bi-

Magister Sent. lib.
3. distinct. 39.

ror, sed secundum Apostolum; melius enim est nubere, quam vri
Qui potest capere, capiat, inquit Christus. Quia non omnes capi
unt verbum istud, sed quibus datum est. Vnde & Magister sentent,
ex Isidoro. In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta
decretum. Quod incaute vouisti, ne facias. Turpis est promissio,
quæ scelere adimpletur. Quæ autem scelera ex iniura ista virgi
nitate sint subsecuta, supra attrigi.

Postremo addit, Donatistæ olim Chrisma reiecerunt, & clam
tarunt Catholicam & Romanam Ecclesiam in fide & doctrina er
roneam esse, &c. Quoribus hic aduersarius, vt nihil dicam de cæteris,
Catholicam, Apostolicam, & Romanam Ecclesiam his assertioni
bus suis tanquam erraticam & Antichristianam damnauit ?

Respondeo. Quod ad Chrisma, o piaculum ingens, & morte
piandum. Scimus cæremoniam esse, ex lege Mosis desumptam.
Ideoque nihil ad nos, quantumuis diu vsurpata. Umbra enim
istæ, adueniente corpore euauerunt, & cæremoniæ Mosaicæ abro
gata. De Ecclesia quod additur: non est eadem Catholica, Apo
stolica & Romana: sed maxima non solum diuersitas, verum &
contrarietas. Hanc igitur etsi merito damnemus: tamen illam agno
scimus, prædicamus, eiusq; membra sumus.

Ecce ergo Iebusæ, frustra & temere nos laceras, & multarum
hereseon reos agis. Aut enim iniuste quidam sunt damnati, vt osten
dimus: aut nihil nobis cum illis comüne. Sed assueti sumus vestris
clamoribus, & iniquis ac diris anathematismis, & condemnationi
bus: Tu, inquit Dominus, maledices, ego benedicam. Sic Christus
iniuste à Pontificibus & toto Synedrio est accusatus, & tanquam pe
stilentissimus & blasphemus seditiosus condemnatus: Non est disci
pulus supra Magistrum: Beati inquit estis, cum maledixerint vo
bis homines, & persequuti vos fuerint, & omne malum verbum
contra vos dixerint, mentientes propter me. Gaudere & exultate,
quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Sic enim persequuti
sunt Prophetas, qui ante vos fuerunt.

Non possum hic facere, quin cum dicere placuerit quod voluit,
audiat etiam, quæ non vult,

Heus Iebusæ, ne impune hanc tuam seras petulantiam, & ma
ledicam in nos gratis vibraueris linguam, ἀνίστασθαι recipias, se
cundum legem rationis. Tu enim, qui nos multarum accusas hæ
reseon, cum tua Cacolyca, Apostolica Rom. Synagoga, plurimas
& maximas foues hæreseis, opiniones erroneas multiplices, adeoq;
serè innumeras. Sicut D. Heshusius ordine 693. recenset, peculiari
de eis ædico libello, Breuiter igitur quasdam recensere libet.

Ebino

Ebionæi Hæretici custodiendam censent etiam Legis obseruationem: Nec sufficere ad salutem **SOLA M** Christi existimant fidem, Euseb. hist. Eccles. libro. 3. cap. 23. ubi additur, Ebionæos significare pauperes. Ideoq; verè & rectè Ebionæos, id est, pauperes. Quia verè pauperes sint & egeni, in scientia gloriæ Christi.

An non idem planè sentiunt, dicunt & docent Romanenses, quod in huius Propositionis oppugnatione audiuimus, Iesum verumq; dixisse: hæresin esse, negare, per legis obseruationem, & bona opera saluari, & solius fidei in Christum iustificationem.

Valentiniani hæretici, ingentem Deorum turbam excogitauerunt, vt recenset **Irenæus**. An non Romanenses innumeram Deorum Diuarumq; multitudinem in Ecclesiam inuexerunt, eisq; diuinos exhibuerunt cultus, ieiunijs, inuocatione, officia inter ipsos distribuendo, & singulis necessarijs, opitulatores præficiendo. Iren. lib. 1.

Collyridianorū Hæresin descripsit **Epiphanius**, mulierum, quæ in nomen & honorem semper virginis Mariæ, sacrificium, panem nempè obtulerunt. Vanitatem, impium, nefarium, imò blasphemiam vocans: à prædicatione Spiritus alienum, totum Diabolicum opus, & Spiritus immundi doctrinam. Huic verò vora esse facta, donaria & sic sacrificia oblata, anathemata pailsim in templis ipsi dicatis & consecratis, testantur. Epiphanius.

Pelagianorum non vnus error, sed multiplex & varius fuit, qd **Augustinū** legentibus notum est. Senserunt enim, vt ex eius libris apparet, & docuerunt, concupiscentiam esse naturalem, ideoq; non esse peccatum. Hominem etiam in rebus Spiritualibus liberum habere arbitrium, Gratiam secundum merita dari. Hominem viribus suis naturalibus, absq; Spiritus sancti adminiculo & gratia, Legem Dei implere posse, quæ ad hoc solum detur, vt facilius possit per Legem, eiusq; obseruationem, & sic per bona opera iustificari. Pelagiani item docuerunt, primum homines vixisse iustos ex natura, deinde sub lege Moysi, tertio sub gratia, singulorum obseruatione suo quocq; tempore fuisse saluatos.

An non singulos hos errores docent, & mordicus etiamnum hodiè retinent Romanenses, à Scholasticis ex orco reuocatos: **Cōcupiscentiam** enim in renatis peccatum esse pernegant. Hominem suis viribus, & puris naturalibus Deum posse diligere super omnia. Implere Legem Dei, quo ad substantiam actus. Homini facienti quod in se est, Deum infallibiliter dare gratiam. De merito congrui & condigni disputant. Præcepta Dei esse impletu possibilia. Homines ante legem Moysi, obseruatione legis naturæ, Iudæos Mosaicæ, Christianos nouæ & Euangelicæ perfectionis legis Christi

Refutatio defensionis

gis Christi obseruatione iustificari, & saluari. Cum Manichæis à sacramento calice in vsu cœnæ dominicæ abstinere, imò prohibent.

Cum Tacianis & Encratitis, alijsq; hæreticis acerbis quibusdam, & coniugio abstinere, imò prohibent.

Et quis singulas præterea hæreseis Romanensium, veteres & nouas facile percereret?

134.

Ioh 10. Matth. 23.
Luc. 19.

Ingratam & impiam me hac propositione cantilenam recantare dicit Iesuita, de corruptelis Scripturæ, & Sacramentorum prophænatione, & mutilatione à Pontificis facta. Ingratam quidem ipsis hanc Cantilenam, non ignoro, impiam vero esse nego. Fures enim & latrones, non solum acculandi, verum etiam ab ouili Christi ipsiusmet exemplo abigendi. Septem Sacramenta ab eodẽ instituta, pernegantur, nec ex Scriptura s. probari potest: paulo superius ex Fratris à Soro confessione & Regula ostensum est.

Quam verò impie & sacrilege, Iesuitæus prophanus asserit, cœnam Domini integram, vel dimidiam administrare, cæremoniam esse indifferentem, quæ pro ea potestate, quam Ecclesia habeat, dispensationem admittat: De quo supra me etiam respondisse puto.

Quod crimen idololatriæ, cum ex Paulo diximus, fugiendum esse ab idolorum cultoribus, & ex Babylone egrediendum, Synagogamq; Sathanæ deserendam, in nos regerit Iesuitæus, facilius multo ab homine impio dicitur, quam probatur. Quod si accusasse sufficit, quis erit innocens? Probat Iesuita nos idola colere: Et probat ex suo cerebro insano, sed ex Scriptura sacra nos conuincat, sicut à nobis est conuictus, & dicat postea in nos quod volet.

Ad Sanctos verò hac vira defunctos, quòd eos mortuos vocamus homines, calumniam grauem esse dicit. Calumniator ergo est Ioannes Apostolus, qui etsi beatos vocet, tamen mortuos etiam nominat: Beati, inquit, MORTVI, qui in Domino moriuntur. Imò Christus ipse ab hoc conuicio non erit immunis: Hic enim vocat etiam Sanctos mortuos: Sicut Pater, inquit, suscitatur MORTVOS, & viuificat, sic & filius. Item ibid. MORTVI audient vocem filij Dei. Calumniator erit & Paulus, qui dicit: MORTVI resurgent primum. Calumniator est ingens & D. Augustinus, qui scribit: Nos Martyribus nostris, non templa sicut Dijs, sed memorias, sicut HOMINIBVS MORTVIS, quorum apud Deum VIVVNT Spiritus, fabricamus.

August. de Ciuit. D.
Dei, lib. 22. cap. 10.

In cogita

In cogitantiam autem Iesuitæ mirari satis nequeo, quod ex ma-
 la translatione fundamentum ponit Idololatricæ inuocationis
 Sanctorum, locum ex Genesi: Et inuocetur super eos nomen me- Gen. 45.
 um, nomina quoq; Patrum meorum, Abraham & Isaac. Absit
 autem à Sancto Patriarcha tanta impietas, quod à suis post mors-
 tem, tanquam Deus opitulator, velit inuocari: cum Isaias neget,
 & dicat: Abraham nos ignorat, Israel qui est Iacob, nescit nos. Isai. 63.
 Tu autem Domine pater noster es, hoc nomen tuum à seculo. Cū
 nihil velit aliud Iacob, quàm quod antea dixit, & fecit, adoptans
 suos duos nepotes ex Ioseph, Ephraim & Manasse, in filios, vt sibi
 cum reliquis filiis æquis portionibus succedant, & inter duodecim
 tribus nominentur, sicut verba eius habent: Nunc ergo duo filij
 tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti, antequam venirem ad te in
 Ægyptum, mei sunt, Ephraim & Manasse, sicut Ruben & Simeon,
 erunt mei. Et hoc est quod dicit, sicut Vatablus, Hebrææ Lin-
 guæ olim Lutetiæ regius professor, reddidit: & vocetur in eis no-
 men meum, & nomen patrum meorum Abraham & Isaac, &
 multiplicentur plurimum in medio terræ. Vbi etiam annotat Va-
 tablus, super verbo VOCETVR, id est, posthac dicantur filij
 mei, & filij maiorum meorum. Hæc nota est adoptionis, cuius
 imperfecta est mentio: suum enim nomen illis imponit, vt locum
 obtineant inter Patriarchas. Neq; enim aliud sibi vult phrasis He-
 bræa, quàm recenseri sub nomine. Sic dicitur inuocari nomen ma-
 xiti super vxorem. Isai. 4. Quia vxor à capite, cui subest, nomen
 mutatur. Hactenus Vatablus.

Quod postremo subiicit Lutherum ipsum docuisse, non solum
 Angelos, sed etiam B. virginem Mariam, & Beatos Apostolos
 inuocandos esse, vt pro nobis orent: Nemo non videt hominis
 vanitatem, & calumniandi studium, immemoris illius vulgaris:
 Concordate tempora, & concordabit scriptura. Scripsit hæc olim
 & ab initio, vt supra quoq; alicubi memini, cum adhuc multis
 Papatus erroribus esset imersus, nec omnes statim ab initio agno-
 sceret. Postea vero, cum maior illi affulgeret lux, ex Scriptura sa-
 era, damnauit hanc Papatus Idololatricam mortuorum hominum
 inuocationem. Hoc Iesuita quoq; faciat, & fugiat idola, exeat e
 Babylone, nisi de plagis eius velit accipere, & particeps fieri Ido-
 latrarum damnatorum.

Cōstringere me vult, vt ait Iesuita, vno verbo, vt cogar fateri me
 defecisse

Refutatio defensionis

“ defecisse a doctrina Catholica. Audiamus acutissimi ingenij So-
“ phistam, Quid dignum tanto profert promissor hiatus Catholicū
“ inquit, iuxta Patrum sententiam, & Erymon vocabuli, & vltim
“ Ecclesie, dicitur id, quod vbiq; , quod semper, quod ab omnibus
“ est creditum. Ergo Lutheranorum doctrina, non potest Catholica
“ ca censerī: quippe quæ non vbiq; viguit, nec viger, sed quarun-
“ dam Germaniæ prouinciarum limitibus concluditur, nec semper
“ fuit, cum ante annos 44. primū cœperit, sicut aduersarius fate-
“ tur: & iam paulatim euaneſcat, & in Calvinismum conuertatur,
“ quod Germaniæ Principes non ignorant, Nec ab omnib. creditur.

O ingenij acumen. Hic videre est, quantum doctus vir ab in-
docto differat. Hic me constrictum habet, vt qua euadam vix has
beam. Hi funes illi sunt, quibus à Philisthæis Simſon est ligatus
validissimè. Sed sicut ille, irruente in ipsum Spiritu Domini, soluit
& dissipauit vincula, quibus ligatus erat, non secus, ac solent
ad ardore ignis ligna consumi: Ita nos nullo negotio Thraſonis
huius nodos, non Gordios illos, gladio Spiritus sancti, quod est
verbum Dei, facile dissecabimus.

Vt enim concedamus definitionem illam, seu descriptionem
Catholici, ita negamus vel assumptum vel probationē consequen-
tiæ, quod videlicet nostra doctrina, nō vbiq; , neq; semper fuerit,
neq; ab omnibus credatur. Quicunq; enim quocunq; locorum &
tempore, verè & rectè vnquam crediderunt, & saluati sunt, hinc
à mundo condito, à iusto Abel primo, in tota Ecclesia Dei Ca-
tholica Patriarcharum, veteris & Noui Testamenti: hi omnes
semper & vbiq; crediderunt, quod nos credimus, & non aliud.
Ergo Iehusæ, nos Lutherani (quos tu sic vocas) non defecimus
a doctrina Catholica. Idq; hoc modo probo: Doctrina Ca-
tholica omnium temporum & locorum in Ecclesia filij Dei, hæc
viguit, viger, & vigebit, quod Iesus Christus, Dei & hominis
filius, vnicus sit Mediator Dei & hominum, propiciator & recon-
ciliator, qui passione sua & morte, p̄ peccatis totius humani gene-
ris satisfecerit, æterna redemptione inuenta, ipse sit iustitia nostra,
satisfactio, Legis impletio, redemptio, Iustificatio, Sa-
lus, vita, &c. Semen illud benedictum mulieris, qui caput ser-
pentis contriuerit, opera Diaboli soluerit, Agnus Dei occisus
ab origine mundi, heri hodie & in seculum, super quem Deus pos-
suerit omnium nostrum iniquitates, qui tollat peccata mundi, qui
redemerit Israel ex omnibus iniquitatibus eorum. Qui vnica sua
oblatione in cruce semel peracta, perfectos fecerit & consumma-
uerit sanctificandos, Quem fide agnoscentes, adprehendentes,
sibiq;

sibiꝫ applicantes, iustificentur absolui à peccatis suis, iustique reputentur coram Deo, eiusꝫ tribunalī, viuunt ea, & saluentur perpetuum, iustitia enim Dei, per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes, qui credunt in eum, quem Deus proposuit Propiciatorium, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum. Fides enim reputatur ad iustitiam, secundum propositum gratiæ Dei, non soli Abrahamæ, sed & omnibus credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis. Hoc modo per fidem iusti, & bonæ arbores facti iustè & iusta operantur, & bonos fructus afferunt in patientia, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis. Hoc inquam, crediderunt, & non aliud, quorū vnquam saluati sumꝫ, à mundi exordio vsque ad nos, & ad eiusdem finem. Hæc ergo verè Catholica est doctrina, quæ & nostra, & non alia. Quòd si tu Iebusæe cum tuo sodalitiō alia viā volueris salutem consequi, & ingredi in cœlum, næ tu aberraueris à ianua, & ostio, & tanquam fur & latro, aliunde volens irrepere & irrumpere, excluderis, præcipitatus in barathrum inferni cum Ecclesia tua cacolyca. Nec dubito, quòd & in disputationis meæ præfatione dixi, & iam repero, multos esse passim in omnibus locis, qui nobiscum faciant, ita sentiant, credant, & saluentur, præter vos Iebusæos, qui mauultis cum vestris Scholasticis Doctoribus, & Pontificibus, alijsꝫ quos seducitis vobiscum, in infernum descendere, quàm nobiscum in regnum cœlorum ingredi.

Vnde & altera diluitur calumnia, nouitatis scilicet doctrinæ, de qua & in præcedentibus aliquoties est responsum, & quidem ab initio ferè copiosè.

Quòd ad Calvinismum attinet, qui ab initio Cinglianis fauerunt, desertis horum castris, multi subinde ad nos Dei beneficio, transeunt: quòd, heus liuide calumniator Iebusæe, Germaniæ Principes magna animi læticia, sciunt, & non ignorant.

Quæ hinc ad finem vsque per propositiones 15. responsiones sequuntur, generalia sunt & contra, vt loquuntur Iureconsulti, & in præcedentibus sæpius ad ea est à nobis responsum, ac sacre Scripturæ testimonijs perspicuis & indubitatis sunt refutata: qualia sunt de Romana Ecclesia, quòd vera sit, vna, sancta, Catholica (Cacolyca) & Apostolica (Apostatica) Christi, (Antichristi Ecclesia) quæ veram, synceram, & Apostolicam, Euangelicam doctrinam nunquam deseruerit, sed perpetuò conseruauit (scilicet, quemadmo-

136.

Refutatio defensionis

dum Iudæi) fimiliter & traditiones (humanas quas excogitarunt Pontifices Romani) noſtram Confefſionem, nouam eſſe credendum) angulare, vnde & Auguſtina nuncupetur (ſicut Nicænum Symbolum à Nicæa) ab omnibus Catholicis (Cacolycis) nationibus, regnis, & prouincijs damnata (Parū refert, orbis enim terræ regna, & prouinciæ non ſunt Eccleſia Dei: ſed Eccleſia Dei eſt in regnis & prouincijs, nec omnes regnorum Mundi ciues, regni etiam cœleſtis ciues ſunt. Quia multi vocati, pauci electi) quæ nec à ſectarijs aliarum nationum recipiatur (rectè, nihil enim nobis cum illorum erroribus, ſicut nec cum veſtris Antichriſtianiſ eſt commune) fidem Petri in illis, qui ſuper eius cathedram ſedent, non deficere. Reſpondeo. Verum eſt, ſi de doctrina Petri intelligas, ſecus de ſede illa externa, & carnali in Romana Eccleſia Pontificum ſucceſſione. Eccleſiæ veteris Teſtamenti promiſſiones, inquit Ieſuita, non niſi conditionales fuiſſe. Si audieritis vocem meam. Et ad hanc proprie ſpectare verba Oſeæ: Iudicate matrem veſtram, &c. Eccleſiæ veteris noui Teſtamenti abſolutas promiſſiones. Reſpondeo. Ergo ne, qualiſcunque ſit ille coetus, & quomodocunque ſe gerat, quicquid credat, eſt & manet Eccleſia Dei? Nequaquam vero: planè eadem vtrique factæ ſunt promiſſiones. Nam Iſraël filius Dei primogenitus dicitur. Et eadem eſt ratio promiſſionum Eccleſiæ factarum. Nequaquam enim ſimpliciter abſolutæ, ſed tantum quo ad genus, minimè verò ad ſpeciem, dicente Chriſto: Si manſeritis in ſermone meo, & verba meâ manſerint in vobis, veriſ diſcipuli mei eritis, &c. Nam quod dictum eſt: Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: valde generalis eſt promiſſio, de perpetua Eccleſiæ, ad mundi vſque finem conſeruatiõne, vbi cunque illa ſit. Hinc verò minimè ſequitur, Romanam non defecturam à fide. Sicut nec hoc: Monachus eſt, ergo Bernhardinus vel Franciſcanus. Religioſus eſt, (vt iſti vocant) ergo Ieſuita. Chriſtus Eccleſiæ perpetuitatem promiſit. Ergo Pontifex Romanus cum ſuis & Eccleſia Romana, eſt illa vera Dei Eccleſia. Non valet conſequentia à genere ad ſpeciem affirmatiuè. Seruatur Eccleſia perpetuò nihilominus, abiectis etiam Idololatriæ Romanitiſ, ſicut & verbum Dei manet in æternum, etiam deficientibus ab illo Antichriſtianiſ Romanenſibus. Qui quidem vſque ad mundi finem durabunt, quòd verbo Dei, ſit regnum ipſorum confirmatum & ſtabilum, nempe quòd filius Dei, illuſtri ſuo aduentu ad iudicium, illud ſit deſtructor. Vt maximè igitur particulares quædam pereant Eccleſiæ: Vniuerſalis tamen ſemper manet, & manebit. Quod porro

Exod. 19.

Exod. 4.

2. Theſſ. 2.

porro dicit Iesuita, Apostolos recte legitimam & ordinariam
 Aharonis successiōnem reliquisse, quæ tunc expirauerit, nec am-
 plius præsentē Mesiā censebatur legitima, cum finem suum acce-
 pisset, Id non tam propter Mesiæ aduentum, quàm propter ipso-
 rum incredulitatem, quòd illum recipere noluerunt, factum est, Iohan. 1.
 qui venit vt quæreret oues perditas domus Israël. Et Apostolus Matth. 9.
 ramos, propter incredulitatem fractos pronūciat. Planè igitur Rom. 11.
 eadem est ratio cum Romana Ecclesia, quam Deus eandem ob
 causam abiicit, sicut gentem Iudaicam.

Nec quicquam illos iuuat, quod instar Pharisæorum circum- Matth. 23.
 eunt mare & aridam, vt ad suam conuertant fidem Indos, &
 Nouum orbem, (vt hic gloriatur Iesuita) cum duplo faciant
 filios gehennæ, quàm ipsi sunt. Quemadmodum etiam cum
 illis vociferantur & ingeminant : Templum Domini, Ecclesia,
 Ecclesia, &c.

Et sicut lupus, (vt in Apologo habetur) missus in scholam
 ad discendas literas, cum prima illi traderentur Elementa Alpha-
 betica, voce præeunte Magistro, ad singularum literarum recita-
 tionem, agnum ingeminauit : Ita hi lupi in ouili Christi, eiusque
 schola, nil nisi Ecclesiam Romanam, Traditiones, Patres, successio-
 nem ordinariam crepant; quæ singula pluris quàm ipsam Scriptu-
 ram sacrosanctam, quam è medio sublaram cupiunt, quod ex his
 nullum ad sua impietatis, Idololatriæ, & cultuum fictitiorum defen-
 sionem, præsidium aut patrocinium petere possint, faciunt.

Sicut etiam de loco : Dic Ecclesiæ. Et quòd nomine Eccles- Matth. 18.
 iæ, non Prælati tantum veniant, suprâ copiosè dictum & proba-
 tum est, quemadmodum & de multitudine & paucitate eiusdem.

Quòd postremò me calumniatur, quòd scripserim, nihil præ-
 ter Scripturam sacrosanctam, in his quæ sunt fidei, recipiendum; &
 tamen nihilominus Patrum testimonia præter Scripturam admit-
 tam; & hoc absurdum non leue esse asserit, & admiratione dignum.
 Respondeo, Admiratione dignum esset, quòd tantus Theologus
 ignoret, quid sit PRÆTER SCRIPTURAM recipere, si Scriptu-
 ras sacras magnificeret : Nunc verò, cum illas non magnificat
 mirum non est adeò, quòd ita pueriliter de illo nugetur, quid sit,
 PRÆTER SCRIPTURAM. Non enim tantum de nudis voca-
 bulis agitur : sed de re ipsa, & sententia his literarum notis conten-
 ta. Sic non est præter Scripturam, filium Dei esse Patri Homouisi-
 on : Infantes esse baptizandos. Quòd si Patres aliquid proferunt,
 quod testimonijs Scripturæ probare non possunt : id præter Scri-
 pturam esse affirmamus. Ideoque non admittendum.

Refutatio defensionis

Tantum ergo merentur fidei, quantum momenti in Scriptura sacra habent. In alijs ea libertate utimur, ad quam nos Christus vocavit, & ad quam nos Apostoli hortantur: Precio empti estis, nolite fieri serui hominum; & quantum etiam Patres ipsi sibi tribui volunt, de quibus supra, fere ab initio.

Sub finem breuiter etiam ad aspergines quasdam, testimonijs ex Augustino citatis, illatas, paucis respondebo. Nam de illis, ad quæ responsum est hactenus, nihil attinet dicere.

Ad primum testimonium addit, Lutheranos suam doctrinam nullis diuinis attestacionibus comprobare. An vero profane Iebusæ, diuinæ attestaciones, non sunt sacrosanctæ Scripturæ testimonia, ex Prophetis & Apostolicis libris desumpta, & diuinis eorundem miraculis confirmata?

Si verò per attestaciones diuinas intelligit mendacia, dolos, fraudes, imposturas, fallacia signa Monachorum, & Satanæ astu, apparitionibus demomonum tumultuantium, & spectrorum, vel etiam ad statuas mortuorum facta, facile concedimus, nos, nostraq; dogmata, eiusmodi nugis & illusionibus destitui.

De Luthero quod reperit ex turpissimi Apostatæ Collegæ relatione, nescio iniquiens quid illi, cum dæmonem expellere præsumeret, acciderit: purum putum est mendacium. Nihil enim aliud fecit, adducta ad se puella à Diabolo obsessa, quam quod ad presces est hortatus.

Ad secundum. Romanenses, iuxta Augustinum, fidem integram sequi, & bonos mores, asserit: Lutheranos neutrum facere. Ideo non bonos esse Catholicos.

Quæ fides sit, & qui mores Romanensium, & nos hactenus abun de ostendimus; & testantur ipsorummet Doctores, Dantes Florentinus, Franciscus Petrarcha, Mantuanus, delecti a Pontifice, ad emendationem Ecclesiæ, Legati in Concilio Tridentino.

De moribus atq; operibus, eorumq; dignitate, necessitate, vtilitate, præmijs, nostrorum extant scripta, ad quæ breuitatis studio Lectorem remitto.

Ad tertium. Non bona fide me Augustini verba recitasse calumniatur, quod in citato capite non reperiantur: Verbum Dei dixit, Ecclesia arbor. Respondeo. Augustinus eo loci verba & similitudinem Apostoli Pauli ex cap. 11, ad Rom. adducit de olea & ramis, & hoc ipsum planè vult, quod nos diximus.

Ad quartum addit, nec hanc me plenam & integram Augustini adduxisse sententiam. Vbi mihi iniuriam facit manifestam. Sed quærit Iesuita, quid hæc sententia contra Romanam faciat Ecclesiam?

Respondeo.

Respondeo. Quod verbum Dei commendat; dicit enim, Animam verbo Dei inherere, adeo quidem, vt sint duo in carne vna. Vos vero Iesuitæ, & omnes Rom. cordibus & animabus vestris, ita inheretis traditionibus & doctrinis hominum, quæ verbo Dei non modo præceptæ non sunt, sed etiã damnatæ, vt aliud non creperis quàm illas. Ideoq; nunquam illi coalescitis.

Ad quintum quæ assert, responsum est supra copiose.

Ad Sextum, vbi Augustinus probat, Donatistas non esse oues Christi, quia non solum non audiant voces Pastoris, sed etiã re-
 pugnent. Esse autè lupos docet. Quicunq; inquit, oues segregant, & alienatas atq; raptas **NECANT**, nonne ipsi sunt lupi rapaces? Vos igitur lupos esse, & a vobis ouiculas Christi, hoc est, pios, verè & sincere credentes, crudelissimè laceratas, dilaniatas, occisas, & necatas; restantur Hispania, Italia, maximè autem Gallia, & Germania inferior, in quibus intra annos 50. multa & innumera hominum millia, exilijs, carceribus, fure, flamma, sumine, & alijs mille modis, & exquisitissimis suppliciorũ & tormentorum generibus, miserrimè, immanissimè, & crudelissimè occisi & contrucidati sunt. Quæ laniena certissima nota est, vos non oues, sed lupos esse saeuissimos, & Ecclesiam esse Iesuitas, nõ Iesu Christi, sed Antichristi. Vt interim de doctrina taceam.

Aug. contra literas Petil. Donatist. lib. 2. cap. 73.

Ad septimum. Flagellat me Iebusæus, & dicit egregia me dorso meo parasse lora, dum Augustinum adduco dicentem, In Petra esse eos, qui verba Christi audiunt, & faciunt ea. Cum igitur doceram, præcepta Christi factu esse impossibilia, ideò nec in petra, nec in eius Ecclesia me esse.

De loris bono & quieto animo sit Iesuita, nullam enim ex enervatis eius ictibus (frustra in aërem tendentibus) plagam vel vibicem vllam accepi, vel sensi. Gladio enim Spiritus, quod est verbum Dei, & galea salutis, & scuto fidei munitus, absq; magno negotio, tela omnia etiã ignita, nequissimi, nedum tua Iebusæi illæsus excipiam, & in teipsum retorquebo.

Me etenim in vera consistere Petra, a qua vos Iebusæi & Romanenses ad idolum vestrum, & caput Pontificem Antichristianũ defecistis, acquiescere, in eiusq; Ecclesia, cui per Baptismum insertus sum, fideliter permanere, vel hoc scriptum, omnibus qui verbum eius audiũt, fidem faciet. Hoc ipsum etiã, sicut hactenus, & viua voce, per annos, Dei beneficio 34. pro talento mihi concredito, & scriptis propugnaui: ita acerrimè porro ad vitæ vsq; finem, Deo propitio, maximè contra te, cuiq; similes hypocritas sum propugnaturus.

Refutatio defensionis

Tuam autē Iesuita vicem doleo , q̄ circa principia Theologica
ira cæcutias , & hallucineris miserè , vt de Legis diuinæ implerione
Luc. 12. superbus Pharisæus gloriaris , inq̄ operum tuorum iustitia consti-
das. Et discrimen puerile Legis & Euangelij, & iterum Legis Mos-
faicæ, & Christi de dilectione , dupliciq̄ eius implerione ignores.
Quòd vel ex Augustino discere poteras , cum tibi Scriptura sacra
sordeat fordido, dicente. Væ hominum vitæ , quantumuis laudæ-
bili, si remota misericordia, discutias eam. Et , sed in eisdem man-
datis est etiam, quòd iubemur dicere, Dimitte nobis debita nostra:
quam orationem vsq̄ ad finem seculi , tota dicit Ecclesia. Omnia
ergo mandata Dei facta depurantur , quando quicquid non sit
ignoscitur. Et iterum : Da quòd iubes , & iube quòd vis.

Ad octauum. Nec nos, inquit Iesuita, diffitemur, Ecclesiam in
verbis Christi quærendam esse. Faciatis ergo , & traditiones hu-
manas, ac nœnias vestras, vestrorumq̄ Pontif. relinquite, & iam
inter nos pax erit. Verum hæc vestra Confessio , & protestatio,
facto est contraria. Quid enim de scriptura sentiat, quantiq̄ facia-
tis eam , hactenus audiuimus.

Ad Nonum. Dicit me non bona fide , sed truncatim sententiam
Augustini hanc allegasse. Videat & legat æquus Lector , apud
Augustinum , & inueniet me textum & verba Augustini , integre
& verè citasse. Nam quæ verba me omisisse ait, infra in Testimonio
11. à me adscripta & recitata sunt. Quare nolui eadem sæpius re-
petere , aut prolixè ex Augustino referre.

Ad Decimum, inquit, Augustinum non simpliciter , sed certo
respectu, relictis Patrum sententijs, solis Canonis scripturis, cum
aduersario congressum esse, &c. Quasi verò alia sit certior vincen-
di hostes ratio, quam ea, qua ex solidis Scripturæ sacræ testimonijs,
certa, firma & immota argumenta petuntur : quæ nulla ratione
labefactari, aut euenti possunt.

Ad Undecimum. Ait, Augustinum, quando ad Scripturam nos
remittat , tantum probare, Ecclesiam per totum terrarum orbem
diffusam, ideoq̄ non Catholicos, sed Lutheranos eam oppugnare.
Quasi verò non hoc velit : Ecclesiam Scripturæ sacræ consentire,
q̄ si non faciat, non esse Ecclesiam, et si in omnib. locis inueniatur.

Ad Duodecimum. Nihil hæc, inquit, cōtra Rom. Ecclesiā faciunt,
perstringit enim Donatistas &c. Non hos solum, sed omnes qui
in eadem sunt noxa. Vos enim Papistæ in multis esse Donatistas
similimos , suprà ostendimus.

Ad 13. nil ad rem facere citatam hanc sententiam affirmat , Aus-
gustinum enim Hæreticorum somnia, portentosa fallacium Spirituū
& mira-

& miracula cauenda iubere. Respondeo, cum plurima eiusmodi fallacia prodigia facta sint, & fiant in Papatu vestro, Iesuita, An non vos etiam cauere iubet Augustinus?

Nora est Historia, quæ Bernæ accidit Anno Domini 1509. cum fratribus S. Dominici prædicatoribus, Priore, Lectore, Subpriori, & Custode, qui propter dolosas, falsas, ac impias & Diabolicas (inquit Nauclerus) machinationes, sunt combusti.

Similiter & Aureliæ in Gallijs, quid Monachi Franciscani architectati sint, quàm cruentum & funestum ediderint ludum, & prætextu Spiritus tumultuantis, & quomodo impostura deprehensa, videre est apud Sleidanum. Quod ut fiat, æquum Lectorem præcor, & mira inueniet, ac planè Pontificijs digna. Quorum similia plurima recitari possent.

Talia quoque sunt miracula Papistica, & Iesuitica.

Quæ hic de Cinglio inspergit, sicut & supra de Caluino, ea nihil ad nos,

Lutherum quoque iniuste exagitat Iesuitæus, eisque atrocem facit iniuriam. Semper enim eiusmodi Somniatores & Mirabiliarios præstigiatores, Enthusiastas, angue peius, & cane odit, & strenuè contra eos in suis pugnavit scriptis. Quod editi ab ipso, in hoc argumenti genere, testantur libri, Contra fanaticos & cœlestes Prophetas. Et eo ipso in loco, quem citat Iesuita, reprehendit & refutat eos, qui neglectis studijs & linguarum cognitione, Scriptura non intellecta, multum de Spiritu gloriantur. Et de se addit: Der Teuffel achtet mein Geiſt nit so fast / als mein Sprach vñ Feder in der Schrift / dan mein Geiſt nimt im nichts / dan mich allein. Über die heilig Schrift vnd Sprachen / machen im die welt zu eng / vnd thut im schaden in seinem Reich.

De somnio Lutheri, quod addit Iesuita, ipsemet nouit, non Lutherum somniasse, sed Cubiculariū Papæ hoc fecisse. Nō curamus ergo ficta & vana illorū somnia, quæ cothurni illi maliciosè finxerunt.

Ad Decimum quartum & quintū, Eludere hæc vult Iesuita, & nihil ad rem facere inquit. Sed certè Augustinus per CVBICVLA secreta Traditiones (de quibus Romanenses tanquam pro aris & focis digladiantur) atque doctrinas intelligit.

Ad Decimum sextū & septimū. Ait Iesuita, in Romana Ecclesia Deum legitimo & Catholico coli cultu. Sed quàm vana sit eius gloriatio, ex superioribus notum est, vbi ipsorum prophanam Religionem & Idolomaniam multiplicem, Magiam & ficta Numina depinximus.

De Appendice Iesuitæ.

Hic

Refutatio defensionis

Hic ex Augustino testimonijs collectis & coaceruatis, prolixè probat, quòd Ecclesia Christi, sit vna, Sancta, Catholica, extra quam salus nemini contingere possit: quòd propter malos, quos bonis admixtos habet, delenda non sit, **EX P E R V E R S A** Scripturarum intelligentia, hæreseis nasci: Quod propter nos opus non erat, & parcere labori potuisset Iesuita, si noluisset eximiam suam ostentare eruditionem, quòd hæc nunquam negauerimus.

Sed quòd verbum Dei, & verus Sacramentorum vsus, non sint evidentes notæ, Ecclesiæ Christi interris: extra Romanam Ecclesiam, nullâ esse salutem: Ecclesiam Romanâ nunquam errasse, neq; erraturam: Romana sede & Pontifice illius, de doctrina iudicium ferri, & Hæreseis damnari debere: hæc constantissimè pernegamus, reijcimus, & damnamus. Contrarium enim hæctenus, cum ex Scriptura sacra, tum etiam fide dignis Historijs, Patrumq; testimonijs, euidenter probauimus. Ideoq; pio & candido Lectori de his omnibus iudicium relinquimus.

Deum patrem Liberatoris & Mediatoris nostri vnici, Domini nostri Iesu Christi, quem Iesuitæ oderunt, & persequuntur, toto pectore oro, vt per Spiritum suum sanctum, nos in agnita, & hoc nostro seculo immensa bonitate iterum patefacta verbi sui veritate, propicius conseruet: Et det Ecclesiæ suæ, & studijs docentium & discipulorum verbum eius, hospitia, & halcyonia. Reprimat etiam furores Diabolorum, & organorum eius, crudelissimè in delira hac mundi senecta, contra Christum, & pia ipsius membra sæuientium: vt cum verè ex illo agnoscamus, inuocemus, celebremus & colamus, in hac & futura vita perpetua, cum omnibus electis ciuibus regni cælorum, qui soli vera sunt Ecclesia, & oves summi Pastoris, audientes vocem ipsius, quas pascit verbo & Sacramentis, quæ notæ sunt infallibiles: vt & in futuro iudicio audiamus lætissimam eius vocem: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum vobis à mundi constitutione paratû. Quod faxit

Deus pater cœlestis, per Iesum Christû, filium suum dilectum,
cui cum Spiritu sancto laus sit, & gloria in omnem
æternitatem, **A M E N.**

ERRATA

Primus numerus foliû, secundus faciem, tertius lineã denotat.

4. 2. 1. lege propter, 11. 2. 23. candor. 12. 1. 22. famosa. 12. 2. 11. eligam.
19. 2. 7. intolerabilis. 39. 2. 9. heresum. 43. 2. 40. hæctenus. 48. 2. 34. nouerã
aut adulterã. 55. 2. 24. conatos. 73. 1. 5. decreta. 82. 2. 1. adde suã. 91. 2. 34. au-
uagia. 93. 2. 41. notam, 98. 2. 29. momentu.